33. f.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
3 L
9

12
8
a
30

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MEDICVS
POLITICO-CATHOLICVS.

Digitized by Google

Et dabo tibi Theſauros abſcon-
ditos, & arcana ſecreto-
rum, vt ſcias quia ego
Dominus.
Iſaiæ c. VL. v. III.

Digitized by Google

MEDICVS
POLITICO CATHOLICVS,

Seu Medicinæ Sacræ tùm cognoſcendæ, tùm faciundæ IDEA,

HIERONYMI BARDI GENVEN.
Philoſophi, Medici, ac Theologi,

Iam tùm in Piſano Athæneo Ariſtotelicæ, & Platonicæ Philoſophiæ Profeſſoris induſtria delineata.



GENVÆ, Typis Io: Mariæ Farroni. Anno MDCXXXXIV.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Magno Eccl. Gen. Antiſtiti Vigilantiſs.

Eminentiſsimo Principi

STEPHANO

CARDINALI DVRATIO

B. P. cùm feliciſſima Vita.

VT apes è varijs floribus ſua decerpunt condimenta mellitiſſima Eminentiſsime Princeps, ità qui fœtus edunt literarios, habent è varijs fontibus, quæ poſteà digerunt in

melli-

mellificium, nectarq; ſuauiſſimum doctrinarum. Non meliùs exprimitur fœtus, quam ſi varijs ſuccis, tanquam opus teſſellatum conficiatur, vt palato ſapientum arrideat, qui Sapientiam mandunt in alimoniam animorum.

Ego obſtreticante calamo, peperi neſcio quid recens, & abortiuum, ſed non adeò citrà ſpem vitalitatis, vt ſicut Aegyptius quiſpiam ſua luce frui non poſſit; inter vagitus & cunas, tuum Eminentiſſime, poſcit patrocininm, poſcit ſolidiorem cibum, quo incrementum capeſſat, ac perennitatem.

Antiquitus ſcio perennabant cadauera in melle, aut ipſo condita; cũ adſpirat ad melleas tuas virtutes, quæ in te, tanquã in excelſa Regiâ ſolium poſuiſſe videntur, equidem vel ſolo

earum

tarum afflatu reſpirat cum Parente fœtus, quibus vitam inſpiras; ſæuiat licet rabida temporis ingluuies, totáque liuoris paratura. Tuæ virtutes ſunt enimuero Eccleſiæ Genuenſis medella, ne dum libelli vagientis; hoc illitus cedro, nec blatas exhorrebit, nec ſentiet ſpicula luridæ inuidię. Equidem multitudinem ſapientum, ille qui præ alijs oracula Sapientiæ fudit, dixit orbis eſſe Sanitatem. *Sap.c.6.*

O minor id etiam ex tua Illuſtriſs. Familia, quæ procreatrix Ducum maximorum in noſtrâ Republicâ, gloriatur maximè de Petri Parentis tui, excelſi nominis Ducis, nunquã intermorituri.

Durate & vos met reb⁹ ſeruate ſecũdis. *Virg. Æneid. lib. 1.*

Duret gens tua DVRATIA, & cum ea qua ſe latè longèq; explicat Sol aureus,

reus, rapidè ſe vertat claritas tuarum virtutum, orbi non tam imitanda, quam ſuſpicienda. Ad hanc inhiat opella mea Sanitatem, veluti Suctura de Tantali fonte, hocque ſaturanda melle, non ſine ſpe immortalitatis.

Ergo ad ſinum tuum accurrimus venerabundi, tu noli detrectare patrocinium, ſimulq; excuſatam habeto operis exilitatem. Sed quid Carduus ad Cedrum Libani? Verum & Dijs lacte ruſtici, multęq; gentes ſupplicant, & mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura.

Plin. in præf.

Scioq; etiam magnitudinem in mediocritate probari, vt me docet ex Paulo Tertullianus. Hanc igitur accipe teſſeram famulicij, & dum Catholico-Medicus accurrit ad Medicinam, ad Medicum ſacrum alacriter eum ſuſcipe. Ego interim

L. 1. in Marc. c. 14.

ad pedes tuos aduolutus, ominor aliquandò in eis Petri pedes veneraturum. Vale, & qui es compos magnæ virtutis, ſis quoq; compos magnæ felicitatis.

E. R. T.

Humill.us Deuot.us & Obſequent.us

Hieronymus Bardi D. S.
Iatro Phileuchymicus.

Digitized by Google

EMINENTISS.MI CARD.LIS GENVENSIS ARCHIEPISCOPI

Virtutes, ingeniumque ex eius inſignibus dilucidantur.

Ode Lyrica.

Iam Muſa Vatum vana fides procul
Abſiſte, cantu non tenui decet
Laudare, Paſtoremque tantum
Pectine concelebrare noſtrum.
Tu Genuenſis ſidus adorea
Præſulque factus; te niueis ſuper
Cunis liguſtrorum reclinem
Pulcher honos, croceoque Phœbus.
Perfudit imbri; te roſeus pudor
Virtuſque primum, non pueriliter
Riſere naſcentem, & ſupinis
LILIA ſuppoſuere membris.
Te prorogati filia temporis
Germana recti candida veritas
Nutrit nitens, qua & PATRVM ad te
Protrahis agmina PVRPVRATA.

Ferues honeſto ſedulus ardua
Curare rerum, Te PATRIAE PARENS
Tranquilla LIBERTAS, FIDESQVE,
Et gemini ſtudioſa mundi
Illiterato quæ vigil otio
Facunda veri tempora diuidit,
Arcemque cauſarum, & coruſci
Prævehitur vaga regna Phœbi
Effudit aſtris. Te puerum Themis
Inter ſerena fulgura gloriæ,
Lunæque, ſtellarumque cunas
Siderea religaſſe zona;
Et molle fertur FASCIBVS, ET MITRIS
Aptaſſe fulcrum, quæ ſtipulæ modo
Prenſaſſe per ludum, & tenaci
Diceris arripuiſſe dextra;
Tunc & iocoſis non ſine fletibus
Arguta primis verba leporibus
Dulceſque vagitus ab ipſis
Crederis edidiciſſe Muſis.
Tunc & caducis ningere LILIIS
Molles pruinas, & violaria, &
Nubem roſetorum proteruo
In puerum cecidiſſe nimbo.

Sic

Digitized by Google

Sicque eloquuto benè cadentibus
In verba lymphis. Ite loquacibus
Per plana camporum fluentis,
Ite nouos iterate luſus.
Auræ cachinno molliter herbidas
Plangente ripas naſcitur INGENI
Sincerus, illimiſque morum
Innocuæ fluit amne ripæ.
Ora ſuauis lympha Liguſticæ
Illa & profundæ protinus indolis
Feruens potentes, & latinis
Reſtituet ſata læta campis.
Auroque fuſum tempus, & aurei
Latè per Vrbem flumina STEPHANI
Diffundet, & DVRATA priſco
LILIA conſolidabit æuo.

Nono-

Digitized by Google

Nouorum Auctoris Librorum veræ non fictæ

Epigraphæ.

Totius Operis Ordo, & Digeſtio.

IAtrochymurgiæ in genere, & in ſpecie vt quarti & præcipui Medicinæ Inſtrumenti, & Phyloſophiæ Libertas ad Platonis aures vindicata, & cum Sacra Medicina comprobata.

Prælum hæc præſtolantur *Paneuchymũ Hermetico-Spagyricum Dogmaticum & Iatrochymicũ Philoſophicũ Libertati condonatum, & experimentis arcanis diues effectum,*

I.

Mox prælo imprimitur, *Medicus Politico-Catholicus cũ Medicina Sacra Idea.*

I I.

Limam tamẽ affectans. *Medicina Sacræ in particulari Cimeliarchiũ Chymiatrico-Philoſophicum.*

Ency-

Encyclopedia, tum profana, tum Sacra, colluſtratum.

III.

Veſtigium libertatis Philoſophiæ in diuini Præceptoris Timæum Commentarius Chymiatrico-Philoſophicus. Tipographo conſignandū

Apud eundem prętereà ſunt quamplurima alia compaginata volumina, quę cum noua eſſe non videantur, & huiuſce ordinis methodum non reſpiciant remanent Endemioni conſecrata, licèt tamen ſint Muſis, Apollini ipſi, Palladi, & Mercurio tùm profano, tùm ſacro mancipata, & Scopeliano more elucidata.

Nouorum Auctoris Librorum veræ non fictæ Epigraphæ:

Totius Operis Ordo, & Digeſtio.

I*Atrochymurgiæ in genere, & in ſpecie vt quarti & præcipui Medicinæ Inſtrumenti, & Phyloſophiæ Libertas ad Platonis aures vindicata, & cum Sacra Medicina comprobata.*

Prælum hæc præſtolantur

Paneuchymũ Hermetico-Spagyricum Dogmaticum & Iatrochymicũ Philoſophicũ Libertati condonatum, & experimentis arcanis diues effectum,

---

I.

Mox prelo ſupprimitur,

Medicus Politico-Catholicus cũ Medicinæ Sacræ Idea.

I I.

Limam tamẽ affectans.

Medicinæ Sacræ in particulari Cimeliarchiũ Chymiatrico-Philoſophicum.

Ency-

Digitized by Google

Encyclopedia, tum profana, tum Sacra, colluſtratum.

III.

Veſtigium libertatis Philoſophiæ in diuini Præceptoris Timæum Commentarius Chymiatrico-Philoſophicus. Tipografo conſignandũ

Apud eundem pręterea ſunt quamplurima alia compaginata volumina, quę cum noua eſſe non videantur, & huiuſce ordinis methodum non reſpiciant remanent Endemioni conſecrata, licèt tamen ſint Muſis, Apollini ipſi, Palladi, & Mercurio tùm profano, tùm ſacro mancipata, & Scopeliano more elucidata.

Cl. (t) Eximio viro Hieronymo Bardi Sebaſtianus Baldus Medicus F. P. P.

PRofectò maiori quadam veneratione impellor, vt medicinam exambiam, Sacrum Dei, & cœleſte munus exoſculer.
Tu enim vero vir Doctiſs. videris mihi apotheoſin ipſius tot, tantiſq; teſtibus, encomijs, facinoribus, ſectarijs veluti conſtituiſſe. Hęc quam garrula anus, homuncio gygantum germanus, vel exercet, vel inficit, vel deprauat; Proh dolor! poſthac veluti reuiuiſcens in tuis operibus incutiet terrorem, ne dum ſilentium ijs, qui obloqui, & qui temerare eam audent. Ergo ne tanta, tam diuina, tam excellens facultas, quæ hominum ingenia maximorum fatigat, quę tot veluti prodigijs coruſcat, quæ tot habet, tamq; inſignes ſectatores Summos Pontifices, Reges maximos, Principeſque viros, quę SS. Patrum ſuffragio commendatur, quæ diuino Spiritus ſancti oraculo prę alijs humanis facultatibus extollitur, ſic in ludibrium erit, vt non niſi viris omni doctrina inſignitis, probitate excultis prælucere debeat; & iubar vitæ ab horum manibus ferri, non à quiſquilijs hominum terrigenarum.

Tu vir magne, qui ab vbere pinguiſſimo ſplendidiſſimæ Soc IESV quod per totum ſexennium ſuxiſti (licet poſtmodum diro inualetudinis imperio ab eo auulſus) lac effundis doctrinarum, quo docti viri pingueſcunt eximiè, ex eo nimirum alueo tua deriuans bona (vt palam vbiqne fateris, & gloriaris) à quo tot, tantique nobiliſsimi,

lon

longèque celeberrimi ſcriptores tanquam Troiano ex Equo prodierunt; tu inquam qui Platonicam Theologiam ſummæ Triados pediſsequam feciſti. Tu enim vero debebas opus adeò eximium, adeò ſpiſſum, adeò Hippocraticum, adeo medicinæ plenum medulla elaborare.

Tu Sacerdos ſacer Medicus in cenſum venias; & Gaffarelli viri ſanè eximij (dum recenſet ſummorum Medicorum, inſuperque Sacerdotum in re Medica excellentiam) album impleas, an ornes; Coronidem ponas, an Coronam? *In præf. ad Med. Capan.*

Tu Dogmaticam noſtram cum Iatrochymia Sancto fœdere copulaſti; & diſſentientes choros in harmoniam reduxiſti, vt ſanè.

Iungantur iam Gryphes equis, annoque ſequenti
Cum canibus timidæ veniant ad pocula Damæ. *Virg. Eglo. VIII.*

Fuerint licet Ægithali, & Acanthyllides Dogmatica, & Chymiatrica, iam in vnum te ſociante coibunt. Sed quid moror? Opus tuum mihi melle mellitius ſapit, habet ſaporem Medicinæ (da veniam, vt magni Tertulliani exemplo, ſapiat mihi hęc tranſlatio) raptim ſcribo: Qui tuum legent opus, veluti de Tantali fonte potabunt. Vale, & me ama. Genuæ ex meo Muſęo. *Cap. 40. de reſur. carnis.*

Die 30. Septembris Anno à Chriſti Dom. Natiuitate. 1643.

Iudicia

Iudicia Clariſſimorum virorum, qui typis inclyti ſunt, quorum nomenclatura hic exhibetur habita ratione temporis, quo ad me ſunt delata, quibus operum editio fuit ſolicitata, vel potius è manibus auulſa:

PRimum eſt *Adm. Reuer. Patris Athanaſij Kircherij in Collegio Romano Societ. Ieſu Matematices digniſſimi Profeſſoris, ſcientiarum omnium, linguarumque peritiſſimi, ſuo iuſto volumine de Magnete ad Mathematicas demonſtrationes deducto, aliiſque Magnetiſmis nobiliſſimis propalatis omnibus conſpicui, & Mundo ſubterraneo, quem meditatur, & typis ferè paratum habet admirabilis: qui ſic ad me ſcribit.*

Pernobilis, & Clariſsime Vir.

ACcepi Moliminum ſuorum ſpecimen, inſignis inquam Operis illius, quod moliris ideam, & rudem quandam, vt ita dicam τύπωσιν Ex qua tamen veluti ſub fauilla promicant radij, ita perſtringentes, vt clarè pateat vulgare, & commune neutiquam eſſe, quod tàm inuſitato ſplendore coruſcat; Author igitur ſum, vt opus illud Reip. literariæ quantocyus communices; Quod ſi perficeris ea, qua promittis methodo, næ immortalitatis tibi portam, præter quam quod omnes literatos inſigni tibi beneficio obſtrinxeris, non ſine fœnore aperies. Hoc igitur meum ſit de opere tuo iudicium. Nihil igitur reſtat, niſi vt me tuæ ſolitæ gratiæ vincè commendem. Romæ 15. Mart. 1643.

Seruus in Chriſto humill.

Athanaſius Kirchier
è Societ. Ieſu.

A tergo vero, *Al Molto Illuſtre Sig. il Sig. Gerolamo Bardi Patrone mio Colendiſs. A Genoua, ouero Rapallo*

SEcundum eſt Illuſt. & Excellentiſſimi DD. Roberti Dudlei Angli Comitis de VVaruich, & Ducis Northumbriæ Catholica noſtra fide magè conſpicui, pro cuius pulueris Chymico Dogmatici commendatione, & maximarum experientiarum plauſu extat tractus Methodicus Doctoris Marci Cornacchini practicæ Med. in Gym. Piſano Prof. Ord., à quo Maritimi cuiuſque ſinus, & tractatus, & breuium, & Syrtium ad amuſſim per tabulas hydrographicas diligentiſſima deſcriptio nauigantium, & peritiorum maximo commodo quam primum typis æneis expoſita expectatur. Has enim ad me literas dedit.

Molt' Illuſt. & Eccellentiſs. Sig.

HO riceuuto la lettera di V. S. e ne la ringratio aſſai per il fauore, che mi fà nel darmi parte della ſoſtanza dell'Opera, che V. S. hà fatto, e della Medicina ſacra pronta à ſtamparſi; e per la materia à me pare molto Filoſofica, e dotta, e curioſiſſima più che neſſuna altra, che habbia veduto; e però ſenza dubio ne hauerà molt'honore in ſtamparla per il bene di molti. La ringratio ancora per la ricetta Chimica, che V. S. mi manda di quel grand-huomo Ingleſe, e ſe bene io non hò più la commodità, ne forza di operare nelli ſecreti Chimici, eccetto in alcuni miei rimedij di puoca fatica, non oſtante à queſto ne la ringratio molto, per il fauore che mi fà, e per fine le baccio le mani. Di Villa Caſtello vicino à Firenze li 23. di Marzo 1643.

Di V. S. Eccellentiſſima

Affetionatiſſimo Seruitore

Il Duca di Northumbria.

A tergo vero.

Al molt'Illuſtre & Eccell. Sig. mio Oſſeruandiſs. il Sig. Dottore Girolamo Bardi.

Rapallo, ouero Genoua.

Cæter-

CÆterum opus quod prelo excuſum do, miris laudibus (quæ eorum humanitas eſt) extollitur à Cl. Viro doctiſſimoque noſtri ſeculi Mathematico Petro Gaſſendo typis iam inclyto, conſpicuoque, Gabriele Naudeo Viro preſtantiſsimo quos Gallia peperit: & à Leone Allatio Græco, omniſque litteraturæ ſcientiſsimo, alijſque nobilitatis eruditione, ac doctrina viris eximijs tam Medicis, quam Sacrarum paginarum ſtudioſis, & diuini verbi Præconibus, & Theologis doctiſsimis pręſertim verò Adm. RR. P. Raphaele Auerſa Cl. Min. olim Pręg. Gen. & PP. Io. Baptiſta Noceto, Nicolao Cabeo Soc. IESV. quorum Elogia non numero, ne liber extollatur in immenſum; ſufficit tam docta nomina laudare mei operis tenuitatem, à quibus, & alijs coactus præproperè exit in lucem, quem pario fœtus meus.

Die

Clariſſimi, & Excellentiſs. Viri Leonis Allatij Cenſorum Primipili, & Litteratorum Anteſignani multiplici Librorum editione celeberrimi.

Clariſſimo, & Doctiſſimo Viro Hieronymo Bardo Leo Allatius S.

Medicus tuus Politico catholicus ſerò, & nimis ſerò, ſi delectationem, qua ex eius lectione affectus ſum, reſpicies ad me delatus eſt: vellemq; citius perueniſſet, vt occupatione tã ſeria animus multò diutius recrearetur: neq; enim ex triuio, & quæ vbiq; offenderis, ſed ex ipſius naturæ penetralibus, & ſacrarum litterarum abditis erutum eſt, quidquid in eo perueſtigatur. Deprebendit ille ex pede, quam vaſta corporis mole Ioue ſatus aſſurgeret Hercules, brachiorum, lacertorumq; toros, & arumnis grauia pectora ad plantæ rationem dimenſus. An ſeriò is potuit, ex re incertiſſimè, coniectura aſſequi, quod coniectura minimè capi poterat? Dixit tamen ſe conſecutum poſtea ne illius in rebus mathematicis indagandis dignitatem frangerent, nulla noua rei inueſtigatione, fidem habuere. Difficile fuit rem ipſam pertingere per me quidem ne ab eorundem iuſtitia recedam, propiùs acceſſerit, licet. Quid ipſe? firmatam baſim intueor; & vnde magnitudinis Operis argumenta capere poſſum principia reipſa teneo. Prima Operis Politico Catholici capita, nã cætera deerant, meditatiùs introſpexi, ponderaq; argumentorum, & dictionis grauitatem, rerum etiam, quæ tractantur, methodum diligentiùs examinaui: certiſſima ſunt, firmiſſima ſunt; amœniſſimis eloquentiæ floſculis vernant, & nouis ſemper ſplendoribus exundant: quid dicam, ſcio, non coniecto, quæ conſequentur, multo erunt, & grauiora, & curioſiora, & elegentiora, nec, quæ modò aquilæ ſunt, progenerabunt columbas. Quotquot hic Romæ adſunt, qui Muſas amant, & diſciplinas tenent, mihi vnà omnes aſſentiuntur, dolentq; nimis, ſi diutiùs iſtiuſmodi Operis, & aliorũ

etiam

Digitized by Google

etiam, quæ paria prorſus erũt, editio protrahatur: inſtãt acriùs enixiſſimè rogant, ne ſtudia, arteſq; tam vtiles in tenebris latere patiaris; compellunt, vt hortatore me, ea tui eſt in me humanitas, lucem aſpiciant. Pareo ipſe, exoroq. Fruſtra ſcis, ſi te ſcire, non ſciet alter. Ne inuideas fœtibus vitam, quam ex illis habiturus es ipſe longè diuturniorem. Caue tibi ſoli vindices, quod in aliorum commodum, & natura, & labor abundanter adeò ſuppeditarunt. Aequè culpam commeret, qui noxam affert, & qui, cum ſubuenire alijs in diſcrimine poſſit, negligit. Quare vnum omnium votum eſt, vt quæ tuis tantùm Muſis reſeruas, publico vſui etiam inuita liberalitate donentur. Da mihi Barde, quod cupiunt; vt tanto obſtricti beneficio mihi quoq; pro rogatione, quæ largitionis inſtar erit, gratias agant. Rogo, rerogo. Vale. Romæ Kal. Nouemb. 1643.

Al Molto Illuſt. Sig. mio Patrone Collend.
il Sig. Girolamo Bardi.

Genoua.

Digitized by Google

Adm. R.P. Io. Baptiſtæ Alberti Congr. Som. multiplici librorum editione conſpicui.

Ad Hieronymum Bardum Virum eruditiſſimum, pro ſuo libro, cui titulus eſt Medicus Politicus Catholicus. Decaſtichon.

PHarmaca qui norit miſcere ſalubribus herbis;
Morboque implicitos Pæonis arte leuat.

Innumeris fertur ſuper æthera laudibus, iſque
Demiſſus ſimilis creditur Axe Deo.

Tu, qui mellifluos effundis ab ore liquores,
Queis reparet vires mens malè ſana ſuas;

Quonam exorneris titulo? qua laude? fatebor
Dicamque extemplò quæ mihi Apollo iubet.

Eſt in vtroque labor par, non par gloria, maius
Te manet, & ſequitur, Barde diſerte, decus.

D. Io:

Nouorum Auctoris Librorum veræ non fictæ Epigraphæ:

Totius Operis Ordo, & Digeſtio:

IAtrochymurgiæ in genere, & in ſpecie vt quarti & præcipui Medicinæ Inſtrumenti, & Phyloſophiæ Libertas ad Platonis aures vindicata, & cum Sacra Medicina comprobata.

[Prælum hæc præſtolantur] *Paneuchymũ Hermetico-Spagyricum Dogmaticum & Iatrochymicũ Philoſophicũ Libertati condonatum, & experimentis arcanis diues effectum,*

I.

[Mox prælo imprimitur,] *Medicus Politico-Catholicus cũ Medicinæ Sacræ Idea.*

I I.

[Limam tamẽ affectans,] *Medicinæ Sacræ in particulari Cimeliarchiũ Chymiatrico-Philoſophicum.*

Ency-

Encyclopedia, tum profana, tum Sacra, colluſtratum.

III.

Veſtigium libertatis Philoſophiæ in diuini Præceptoris Timæum Commentarius Chymiatrico-Philoſophicus. Tipogra pho con- ſignandũ

Apud eundem pręterea ſunt quamplurima alia compaginata volumina, quę cum noua eſſe non videantur, & huiuſce ordinis methodum non reſpiciant remanent Endemioni conſecrata, licèt tamen ſint Muſis, Apollini ipſi, Palladi, & Mercurio tùm profano, tùm ſacro mancipata, & Scopeliano more elucidata.

Cl. & Eximio viro Hieronymo Bardi Sebaſtianus Baldus Medicus F. P. P.

PRofectò maiori quadam veneratione impellor, vt medicinam exambiam, Sacrum Dei, & cœleſte munus exoſculer.

Tu enim vero vir Doctiſs. videris mihi apotheoſin ipſius tot, tantiſq; teſtibus, encomijs, facinoribus, ſectarijs veluti conſtituiſſe. Hęc quam garrula anus, homuncio gygantum germanus, vel exercet, vel inficit, vel deprauat; Proh dolor! poſthac veluti reuiuiſcens in tuis operibus incutiet terrorem, ne dum ſilentium ijs, qui obloqui, & qui temerare eam audent. Ergo ne tanta, tam diuina, tam excellens facultas, quæ hominum ingenia maximorum fatigat, quę tot veluti prodigijs coruſcat, quæ tot habet, tamq; inſignes ſectatores Summos Pontifices, Reges maximos, Principeſque viros, quę SS. Patrum ſuffragio commendatur, quæ diuino Spiritus ſancti oraculo prę alijs humanis facultatibus extollitur, ſic in ludibrium erit, vt non niſi viris omni doctrina inſignitis, probitate excultis prælucere debeat; & iubar vitæ ab horum manibus ferri, non à quiſquilijs hominum terrigenarum.

Tu vir magne, qui ab vbere pinguiſſimo ſplendidiſſimæ Soc IESV quod per totum ſexennium ſuxiſti (licet poſtmodum diro inualetudinis imperio ab eo auulſus) lac effundis doctrinarum, quo docti viri pingueſcunt eximiè, ex eo nimirum alueo tua deriuans bona (vt palam vbiqne fateris, & gloriaris) à quo tot, tantique nobiliſsimi,

lon

longèque celeberrimi ſcriptores tanquam Troiano ex Equo prodierunt; tu inquam qui Platonicam Theologiam ſummæ Triados pediſſequam feciſti. Tu enim vero debebas opus adeò eximium, adeò ſpiſſum, adeò Hippocraticum, adeo medicinæ plenum medulla elaborare.

Tu Sacerdos ſacer Medicus in cenſum venias; *In præf.*
& Gaffarelli viri ſanè eximij (dum recenſet ſum- *ad Med.*
morum Medicorum, inſuperque Sacerdotum in re *Capan.*
Medica excellentiam.) album impleas, an ornes; Coronidem ponas, an Coronam?

Tu Dogmaticam noſtram cum Iatrochymia Sancto fœdere copulaſti; & diſſentientes choros in harmoniam reduxiſti, vt ſanè.

Iungantur iam Gryphes equis, annoque ſequenti *Virg.*
Cum canibus timidæ venient ad pocula Damæ. *Eglo.*
Fuerint licet Ægithali, & Acanthyllides Dog- *VIII.*
matica, & Chymiatrica, iam in vnum te ſociante coibunt. Sed quid moror? Opus tuum mihi melle mellitius ſapit, habet ſaporem Medicinæ
(da veniam, vt magni Tertulliani exemplo, ſapiat *Cap. 40.*
mihi hæc tranſlatio) raptim ſcribo: Qui tuum *de reſurr.*
legent opus, veluti de Tantali fonte potabunt. *carnis.*
Vale, & me ama. Genuæ ex meo Muſęo.

Die 30. Septembris Anno à Chriſti Dom. Natiuitate. 1643.

Iudicia

Iudicia Clariſſimorum virorum, qui typis inclyti ſunt, quorum nomenclatura hic exhibetur habita ratione temporis, quo ad me ſunt delata, quibus operum editio fuit ſolicitata, vel potius è manibus auulſa:

PRimum eſt *Adm. Reuer. Patris Athanaſij Kircherij in Collegio Romano Societ. Ieſu Matematices digniſſimi Profeſſoris, ſcientiarum omnium, linguarumque peritiſſimi, ſuo iuſto volumine de Magnete ad Mathematicas demonſtrationes deducto, aliiſque Magnetiſmis nobiliſſimis propalatis omnibus conſpicui, & Mundo ſubterraneo, quem meditatur, & typis ferè paratum habet admirabilis: qui ſic ad me ſcribit.*

Pernobilis, & Clariſsime Vir.

A*Ccepi Moliminum ſuorum ſpecimen, inſignis inquam Operis illius, quod moliris ideam, & rudem quandam, vt ita dicam τοτγνω'εν Ex qua tamen veluti ſub fauilla promicant radij, ita perſtringentes, vt clarè pateat vulgare, & commune neutiquam eſſe, quod tàm inuſitato ſplendore coruſcat; Author igitur ſum, vt opus illud Reip. literariæ quantocyus communices; Quod ſi perficeris ea, qua promittis methodo, næ immortalitatis tibi portam, præter quam quod omnes literatos inſigni tibi beneficio obſtrinxeris, non ſine fœnore aperies. Hoc igitur meum ſit de opere tuo iudicium. Nihil igitur reſtat, niſi vt me tuæ ſolitæ gratiæ vincè commendem. Romæ 15. Mart. 1643.*

Seruus in Chriſto humill.

Athanaſius Kirchier
è Societ. Ieſu.

A tergo vero, *Al Molto Illuſtre Sig. il Sig. Gerolamo Bardi Patrone mio Colendiſs. A Genoua, ouero Rapallo*

Digitized by Google

SEcundum eſt Illuſt. & Excellentiſſimi DD. Roberti Dudlei Angli Comitis de VVaruich, & Ducis Northumbriæ Catholicæ noſtræ fide magè conſpicui, pro cuius pulueris Chymico Dogmatici commendatione, & maximarum experientiarum plauſu extat tractus Methodicus Doctoris Marci Cornacchini practicæ Med. in Gym. Piſano Prof. Ord., à quo Maritimi cuiuſque ſinus, & tractatus, & breuium, & Syrtium ad amuſſim per tabulas hydrographicas diligentiſſima deſcriptio nauigantium, & peritiorum maximo commodo quam primum typis æneis expoſita expectatur. Has enim ad me literas dedit.

Molt' Illuſt. & Eccellentiſs. Sig.

HO ricenuto la lettera di V. S. e ne la ringratio aſſai per il fauore, che mi fà nel darmi parte della ſoſtanza del'Opera, che V. S. hà fatto, e della Medicina ſacra pronta à ſtamparſi; e per la materia à me pare molto Filoſofica, e dotta, e curioſiſſima più che neſſuna altra, che habbia veduto; e però ſenza dubio ne hauerà molt'honore in ſtamparla per il bene di molti. La ringratio ancora per la ricetta Chimica, che V. S. mi manda di quel grand-huomo Ingleſe, e ſe bene io non hò più la commodità, ne forza di operare nelli ſecreti Chimici, eccetto in alcuni miei rimedij di puoca fatica, non oſtante à queſto ne la ringratio molto, per il fauore che mi fà, e per fine le baccio le mani. Di Villa Caſtello vicino à Firenza li 23. di Marzo 1643.

Di V. S. Eccellentiſſima

Affetionatiſſimo Seruitore

Il Duca di Northumbria.

A tergo vero.

Al molt'Illuſtre & Eccell. Sig. mio Oſſeruandiſſ. il Sig. Dottore Girolamo Bardi. Rapallo, ouero Genoua.

Cæter

CÆterum opus quod prelo excuſum do, miris laudibus (quæ eorum humanitas eſt) extollitur à Cl. Viro doctiſſimoque noſtri ſeculi Mathematico Petro Gaſſendo typis iam inclyto, conſpicuoque, Gabriele Naudeo Viro preſtantiſsimo quos Gallia peperit: & à Leone Allacio Græco, omniſque litteraturæ ſcientiſsimo, alijſque nobilitatis eruditione, ac doctrina viris eximijs tam Medicis, quam Sacrarum paginarum ſtudioſis, & diuini verbi Præconibus, & Theologis doctiſsimis pręſertim verò Adm. RR. P. Raphaele Auerſa Cl. Min. olim Pręg. Gen. & PP. Io. Baptiſta Noceto, Nicolao Cabeo Soc. IESV. quorum Elogia non numero, ne liber extollatur in immenſum; ſufficit tam docta nomina laudare mei operis tenuitatem, à quibus, & alijs coactus præproperè exit in lucem, quem pario fœtus meus.

Die

Digitized by Google

Clariſſimi, & Excellentiſs. Viri Leonis Allatij Cenſorum Primipili, & Litteratorum Anteſignani multiplici Librorum editione celeberrimi.

Clariſſimo, & Doctiſſimo Viro Hieronymo Bardo Leo Allatius S.

Medicus tuus Politico catholicus ſerò, & nimis ſerò, ſi delectationem, qua ex eius lectione affectus ſum, reſpicies ad me delatus eſt: vellemq; citius perueniſſet, vt occupatione tã ſeria animus multò diutius recrearetur: neq; enim ex triuio, & quæ vbiq; offenderis, ſed ex ipſius naturæ penetralibus, & ſacrarum litterarum abditis erutum eſt, quidquid in eo perueſtigatur. Deprehendit ille ex pede, quam vaſta corporis mole Ioue ſatus aſſurgeret Hercules, brachiorum, lacertorumq; toros, & ærumnis grauia pectora ad plantæ rationem dimerſus. An ſeriò is potuit, ex re incertiſſimè, coniectura aſſequi, quod coniectura minimè capi poterat? Dixit tamen ſe conſecutum poſtea ne illius in rebus mathematicis indagandis dignitatem frangerent, nulla noua rei inueſtigatione, fidem habuere. Difficile fuit rem ipſam pertingere per me quidem ne ab eorundem iuſtitia recedam, propiùs acceſſerit, licet. Quid ipſe? firmatam baſim intueor; & vnde magnitudinis Operis argumenta capere poſſum principia reipſa teneo. Prima Operis Politico Catholici capita, nã cætera deerant, meditatiùs introſpexi, ponderaq; argumentorum, & dictionis grauitatem, rerum etiam, quæ tractantur, methodum diligentiùs examinaui: certiſſima ſunt, firmiſſima ſunt; amœniſſimis eloquentiæ floſculis vernant, & nouis ſemper ſplendoribus exundant: quid dicam, ſcio, non coniecto, quæ conſequentur, multo erunt, & grauiora, & curioſiora, & elegentiora, nec, quæ modò aquilæ ſunt, progenerabunt columbas. Quotquot hic Romæ adſunt, qui Muſas amant, & diſciplinas tenent, mihi vnà omnes aſſentiuntur, dolentq; nimis, ſi diutiùs iſtiuſmodi Operis, & aliorũ

etiam

etiam. quæ paria prorſus erũt, editio protrahatur: inſtãt acriùs anxiſſimè rogitant, ne ſtudia, arteſq; tam vtiles in tenebris latere patiaris; compellunt, vt hortatore me, ea tui eſt in me humanitas, lucem aſpiciant. Pareo ipſe, exoroq; Fruſtra ſcis, ſi te ſcire, non ſciet alter. Ne inuideas fœtibus vitam, quam ex illis habiturus es ipſe longè diuturniorem. Caue tibi ſoli vindices, quod in aliorum commodum, & natura, & labor abundanter adeò ſuppeditarunt. Aequè culpam committit, qui noxam affert, & qui, cum ſubuenire alijs in diſcrimine poſſit, negligit. Quare vnum omnium votum eſt, vt quæ tuis tantùm Muſis reſeruas, publico vſui etiam inuita liberalitate donentur. Da mihi Barde, quod cupiunt; vt tanto obſtricti beneficio mihi quoq; pro rogatione, quæ largitionis inſtar erit, gratias agant. Rogo, rerogo. Vale. Romæ Kal. Nouemb. 1643.

Al Molto Illuſt. Sig. mio Patrone Collend.
il Sig. Girolamo Bardi.

Genoua.

Adm. R.P. Io. Baptiſtæ Alberti Congr. Som. multiplici librorum editione conſpicui.

Ad Hieronymum Bardum Virum eruditiſſimum, pro ſuo libro, cui titulus eſt Medicus Politicus Catholicus. Decaſtichon.

PHarmaca qui norit miſcere ſalubribus herbis;
Morboque implicitos Pæonis arte leuat.

Innumeris fertur ſuper æthera laudibus, iſque
Demiſſus ſimilis creditur Axe Deo.

Tu, qui mellifluos effundis ab ore liquores;
Queis reparet vires mens malè ſana ſuas;

Quonam exorneris titulo? qua laude? fatebor
Dicamque extemplò quæ mihi Apollo iubet.

Eſt in vtroque labor par, non par gloria, maius
Te manet, & ſequitur, Barde diſerte, decus.

D. Ioc

Cl. Allatio Auct. D.

Digitized by Google

LECTORI
Sacrarum literarum, & Medicinę Sacrę ſtudioſo.

CVM multa, ac multa quidem phyloſophica in noſtra Iatrochymia elucidata, & iuxtà noſtras ingenij debiles, & nimis imbecilles vires conati fuerimus è naturæ ſinu educta cum Sacrarum Paginarum ſenſu corroborata reſerare; tamen ne nimis iuſtum volumen in vaſtiſſimam molem excreſceret multa de induſtria Medico; phyſica potiùs prætermiſimus, quæ ad amuſſim in noſtra Iatrochymia ſacra omnes libros Biblicos excurrente, & vnicuiq; ſuum ſymbolum impertiente, & in vnoquoq; loco dignum punctum, tum Phyſicum, tum Medicum, tũ etiam ſenſui Sacræ Paginæ dicatum faciente euentilamus, quam Dei benigno faciente auxilio, cum limam tantum ſubire debeat, propèdiem in lucem expecta.

Auctoris Scopus.

Medicina ſacraque, & qualis.

Enim verò ne tibi, mihiq; iniurius ſim, & hanc per optantium aliquo pacto expleam ſatietatem, huiuſcæ exemplar (ſicut & de Platonis Timæo per textus explicato) curaui tibi exhibendum, vt ex maximis hiſce fontibus lymphas, quas breuitas interta patitur deguſtares.

Plato elucidandus.

Verum at enim vero, cum Medicina ab Altiſſimo creata ſacra quidem ſit, & conſequenter etiam veritate maxi-

mè illuſtrata, quia nimirum ab ipſa infallibili veritate originem ducit, & dependet; cum Chriſtus ipſe dicat: Ego ſum via, veritas, & vita Io. 14. v. 6. *cuius nutu, & imperio (ſicut, & cuncta vniuerſi, at meliori quidem ratione, cum de vita hominis creatura quidem perfectiſſima peragatur, & illam ſolummodo reſpiciat) hæc quidem rectè gubernatur, & adminiſtratur.*

Medicina cur ſacra.

Cæterum hæc noſtra Medicina multiplici ſenſu deſumi poteſt, vno quidem ſpirituali, quo pacto ſupernaturalis eſt quo ad ſubſtantiam, & quo ad modum (vt terminis vtar philoſophicis) de qua hic verba facere non audeo, ne in alienam meſſem falcem immittam, cum ſacrarum paginarum Interpretum, & diuinorum Dei verbi præconum propria ſit: de qua habet pulcherrima notatu digna eximius, & multiugis litterarum eruditionis peritiſs. P. Io. Baptiſta Nocetus Soc. IESV collecta, dum Mantuæ ſacras litteras commentarijs elucidaret in Emporio tunc à Sereniſsimo maximo Ferdinando excitato, à quo in maxima veneratione habebatur, & grani piperis denominatione inſigniebatur ob excellētiā, et prōptitudinē, et acumē in quacumque materia quæſtio proponeretē exagitāda; altero quidē vt ita dicam corporeo, qua ratione, ſi vt miraculoſa ſumatur, non mei hæc eſt inſtituti; ſed ſi vt naturalis conſideretur quo ad ſubſtantiam, & ſupernaturalis quo ad modum (de qua per multa in ſacra Chriſti hiſtoria extant exēpla, & Gulielmus Ader De Ægr. Euang. *perbello libello adæquata trutina æquilibrauit) aliquo pacto noſtri hæc etiam erit operis argumētum, quæ ab eodem Cl. Viro habui.*

Quotuplex ſit.

Supernaturalis quæ, & cuius ſit opus.

Miraculoſa.

Naturalis & ſupernaturalis mixta.

At vero tota noſtra induſtria deſudabit in ea conſideranda, & propalanda naturali quidem quo ad ſubſtantiam, & quo ad modum, de qua licet multa Doctiſs. Valeſius, de Sacra Philoſophia *vt Anteſignanus alijs multis præcedens exarauerit; quia potius in philoſophicis eius fuit tota*

Naturalis ſimpliciter quæ noſtri eſt operis argumentū.

mens

mens reuoluta, ab eius inſtituto nos abſtinentes, & eius vaſtiſſimam doctrinam mirum quidem in modum venerantes, (ne illi fabam ſuperaddere videamur) in Medicina Sacra immorabimur, illam ex natura rei, & ſacræ Scripturæ principijs in vniuerſum, & in particulari Theoricè, & Practicè maxima quidem breuitate, & perſpicuitate, & elegantia, quantum fas erit, & eruditione tum prophana, tum ſacra encycblopediæ mancipata enucleantes.

Noſter labor, & indoſtria qualis.

Nec mireris (humaniſsime Lector) quod has mihi partes Theologus, & Medicus praaſſumam, quia hæc duo inuicem iuncta omninò eſſe deberent, & arctiſſimis vinculis, & nodis colligata, ſi recta, & tuta cum ratione abſq; auaritiei, ac turpitudinis, & dedecoris labe eſt Medicina (vt à Deo præcipitur) adminiſtranda.

Medicina quomodo, & à quib' ſit facienda.

Cæterum me in aliquibus, vel fortaſsè etiam in pluribus errantẽ (contra tamẽn meã mentẽ) ad rectã viã tuis debitis, ac iuſtis æquo animo perpenſis, & pręmeditatis porrectis auxilijs manuducere ne graueris, quæ mihi quidẽ gratiſſima magis erũt, ſi me præſertim de ijs antè quã opus perfectũ prælo ſupprimendũ ſubijciã commoneſeceris. Vale neſtoreos annos, meq́; tibi iuuare ſatagẽtem rectis luminibus reſpicias, ac irretortis oculis (vt Struthionis more fætum excludere poſſim) me tua foueas humanitate.

Auxilij petitio p operis cõplemẽto.

MEDICINE SACRÆ PROLVSIO.

Initium ſit à Ieſu Medico meo.

SI de Sacræ Scripturę dignitate, præſtantia, neceſſitate, & fructu; materia inſuper, amplitudine, & difficultate verba facere attentarem, arenam littori, & florem ad ver conſtituẽdum ſuperadderem, quod quam puerilis, inſulſus, & vanæ mentis conatus ſit, nemo eſt, qui nõ præcognoſcat, & fateatur, & iure merito iudicet, cum ex ipſius natura, & conſtitutione ſibi hæc maiori, quam hominum ſcriptis vnquam poſſit exarari, digna quidẽ laude, & ratione depoſcat, vindicet, & occupet.

Sacræ Scriptura maxima dignitas.

Non mei hoc eſt inſtituti, ſed eorum qui peramęnos illarum campos longè lateq; expatiari, dignos quidem ſenſus venando, & inſectando percupiunt, quibus aureis literis nulla vnquam temporum iniuria emarceſcendis ſacros codices perluſtrantes coilluſtrant.

Eius Interpretũ conatus.

Digitized by Google

Animus mihi quidem nunc eſt ſenſus Medico: Phyſicos, eos quidem pro parte, quos celeberrimus Valeſius non explicauit ad meam Iatrochymiã condecorandam lucerna philoſophica contemplare, & dilucidare, atq; ad libellam Phyſico medicam reuocare; at enim verò ne Dædaleos tentans auſus, in Icarios incidam caſus pertimeſco: *hoc enim Mare magnum Pſal. 103. v. 25.* enatare, contendens ne in vaſtiſſimo naturæ ſinu, & ferè dicam voragine me recipiam, & recondam, præ meis debilibus viribus deſtitutum, animus mihi præco eſt; ſed à præpotenti Dei dextera, promptam tabulam, vel remum non Remoram, ad hoc dimetiendum, diuinum ſcilicet auxilium (quo præmunitus decumanis maximarum difficultatum fluctibus non demergar) in hoc præſertim opere implorando, mihi auguror, vehementer peropto, & flexo poplite deprecor, mentiſq; recta pyxide ad eum tanquam ad Cynoſuram, in qua animi mei motus omnes ſe miris quidẽ modis circumuoluunt, & ad eam vt ſcopum, vltimumq; finem tendunt, & collimant, reuoluta vela, carbaſaq; ad naturæ pelagus ſacris Paginis tãquam geographicis, & hydrographicis coadiuuantibus explorandum ſparſa flantibus ventis cõmitto, at diuino Spiritu (*qui vbi vult ſpirat Io. 3. 8.*) hic præſertim, vt in ſacro Opere aſpirãte, & ſuauiſſima, diuiniſſimaq; afflante aura optatiſſimum celeuſma in fida portus ſtatione me poſſe canere mihi perſuadeo, ac in eo iactis anchoris conquieſcere, ſi enim flabit, vela ſecundo curſu vtiq; fluent. Verum at enimuero ne omninò pro noſtro inſtituto ieiuni hic ſimus, aliqua hic breuiter dicamus.

Auctoris ſcopus, et finis.

Sacra Scriptura eſt Mare Magnũ ex Regio vate.

Pyxis, et Cynoſura Operis.

Sacra Medicina Præceptor.

Ea

Ea autem eſt ſacrarum Paginarum amplitudo vt ad quodcumq; ſcibile ſe extendant, qua de cauſa tumulo doctiſſimi & vaſtiſſimi ingenij Toſtati Abulenſis earum Interpretis nobiliſſimi affixum fuit hoc carmen. *Abulēſis Elog.*

Hic, ſtupor eſt Mundi, qui ſcibile diſcutit omne, quod cum luce clarius pateat, & à Sanctis Patribus, & ſacræ Scripturæ D.D. comprobetur, non ſtudeo hic maioribus rationibus euentilare; at verò ea pars, quæ ipſo literali ſenſu ad naturæ vniuerſæ ſinum aperiendum, & contemplandum ſpectat ſuis debitis fulcimentis videtur deſtituta, quam nos corroborare tentamus, & perſpicua dilucidatione præoccupare.

Hæc verò tam vaſta, tam ſpatioſa, & tam magna eſt, vt diuinus Plato Academię Princeps, licèt in pluribus errauerit, à Moyſi, & ſacris Paginis ſuam hauſerit philoſophiam, vt pluribus in eius doctrina elucidanda comprobaui. *Plato à Moyſis doctrina edoctus.*

Verum hoc magis patet ex Numęnio apud Euſebium, *Lib. de præp. Euang. cap. 3.* aſſerente Plat. & Pythag. Moſys dogmata eſſe ſectatos. *Quid eſt enim ait Plato niſi Moſes Atticus?* At verò etiam idem Euſebius de Eupolemo, & Artapano recitat teſtatum reliquiſſe, Moſē Ægyptijs litteras tradidiſſe, aliaq; multa ad commune bonum inſtituiſſe, & propter ſacrarum literarum dignam interpretationem Mercurium omnium quidem ſcientiarum Deum ab antiquitate exiſtimatum appellatum fuiſſe, indeq; factum eſſe, vt ab ipſis, quaſi Deus coleretur, qui quidem ab alijs ſub nomine Muſęi accipitur. *Plato alter Moyſes.*

Adde his Ioſephum, *Lib. 2. cap. 4.* qui non ſo- *Doctrinę Moyſis*

amplitudo & dignitas.

lum eum Philoſophum , ſed Poetam , & Hiſtoricum , inſuper etiam inſignem Theologum ex Gentilium ſcriptis recognoſcit, & fatetur; Hinc originem duxit, (quod magis admirationẽ parere debet) quod ipſe etiam Perip. Princeps in multis, ac multis quidem hallucinatus, licèt ad octo tantum capita eius errores Cornel. à Lapide *in Pent. Pag. 4. num.* 15. reducat, eumq; ſepiã etiam appellet, cuius quidem ſenſus quamplurima exempla in Anteloquio noſtro Platono: apolog. præſertim, & in toto Timęi cõmentario exhibemus; & quamuis etiam impius, ac nimis quidem iniurioſus, & durus non ſolum in Pręceptorem, ſed magis etiam in Deum ipſum extiterit, tamèn ex Clariſſimi, & eruditiſſimi Gaffarelli adnotationibus deſumptis ab Hiſpano quodam Rabb. Iactilia Ben. Ioſeph. *fol.* 122. *pag* 2. appellato in ſua catena Cabaliſtica conſtat ſeipſum in fine

Ariſtoteles doctrinæ Moyſis ſectator.

dierum ſuorum feciſſe Proſelytam iuſtitię, & ad primam cauſam conuerſum coactum fuiſſe fateri in vltima vitę ſuę periodo, veriſſima omninò eſſe ea omnia, & á Philoſophis amplectenda, quæ ſcripta ſunt in libro legis Moſys, tranſijſſeq; ad partes peregrinorum iuſtorum, ideſt Deo vero credentium: quę omnia clarè dilucidat, aperit, & euentilat duplici Hebraici Rabb. contextus interpretatione meus Doctiſsimus Licetus ſuo de quęſitis per Epiſtolas, *Ep.* 15. *pag.* 88. pro reſpõſione ad Clariſsimum, noſtrumq; amantiſsimum

Varijs locis probatur coniecturis.

Gabrielem Naudęum librorum Eluonem vaſtiſsimum, & pręſtantiſsimam tineam continuò eos vorantem, ac aliorum antiquorum & pręſertim Ioſephi teſtimonio corroborat, & fuſius quidem

quidem ſuo de pietate Ariſtotelis erga Deũ, & homines ſub prælo gemẽte ſuo more dilucidat.

Ex his clariſsimè vides, quãtũ veritas ipſa valeat, & poſsit, quæ quidem diros Ariſtotelis ipſius duriſsimę proteruię limites obtruſit, illãq; ſic validè occupauit, exterminauit, & ab eius corde debacchatam protelauit, vt eam licèt totis intentis viribus, contentiſq; neruis attentare, producere, & propagare contendentem confregerit, & diſsipauerit, illamq; in vincula & compedes doctrinę Moſys, vt ſolum veræ (quia veritas vna, & ſola eſt, patiq; tenebras non poteſt) coniecerit, & religauerit, ac deniq; mentis ergaſtulo concluſerit, ſuorum errorum deteſtationem eo veritate ipſa compulſo profiteri, hoc cõmuni omnium voce relato axiomate, Cauſa Cauſarum miſerere mei. *Veritatis energia.*

Cęterum his adductis rationibus miror, & quidem vehementer miror, quod Ariſtotelis doctrina tàm vaſtis, & palmaribus erroribus plena, & referta, ab eoq; etiam abolita, & odio habita altas ſic in humanis pectoribus radices egerit, vt nullo vnquam pacto ab ijs poſsit auelli, & eradicari, cuius quidem humani impetus rationes, & cauſas in Anteloquio Platono: Apol. adduxi, & comprobaui, & fuſiùs aliqua etiam noſtros ſenſus comprobantia à Campanella, *De Philoſophia Gent. non retinenda.* propalantur, qua de cauſa ſolum ſi non alia, quę multiplex eſt, ab omnibus deberet pedibus, & calcibus conculcari, cum pręſertim ab ipſo Ariſtotele iuſta debitaq; Palinodia recantata fuerit in extremo vitę termino debacchata; coacto quidem ipſo diuino impetus *Ariſtotelis doctrina quam praua, et quantum ſit abhorrenda.*

In philoſophicis, neq; Plato neque Ariſt ſed veritas ideſt Moyſes eſt inſectādus.

decreto impulſui contranitente, illi contrariam vt veriſsimam omninò fateri, & amplexari; quare ſi Platonis etiam doctrina erroribus ſcatet(vti profectò eſt) neq; hic etiam inſectetur, ſed veritas ipſa nullo magiſtro niſi Moſe in ſuis ſcriptis exarata pręeunte enucleetur, & doceatur.

Medicina in omnibus libris Biblicis ſpargitur.

Deniq; ſcientia Medico phyſica ſuos pręſertim palmites extendit in Geneſi,Eccl. & Iob; at vero etiam in alijs libris omnem ſcientiarum campum colluſtrans, & perluſtrans per lętiſsima, & vtiliſſima Medicinæ viridaria peruagatur, vt ſuo quoque loco Deo dante pręmonſtrabimus.

Cæterum circulo aureo philoſophia humana cum diuina connectitur, ſed eius limina in aliquibus ſacris locis reuerenter hic prælibemus, quo ad pinguiori minerua in Medicina ſacra in particulari id factitabimus; cum Philoſophia naturalis veras ſuas radices agat in ſeminibus philoſophiæ Moſaicę cui adhęrentes à vero philoſophię limine non recedent, ſed illud á longè ſalutabunt, & omninò venerabundi oſculabuntur.

Phyloſophia vera Moſayca eſt.

Nouitatum ſtudioſitas.

Demum nouarum opinionum appetitus cur nobis inſit, & hic aliquis illarum nodus aperiatur ne mireris; quandoquidem ipſe Ariſtoteles Platonis auditor nihilo fuit minus nouitatis affectator. Hauſtam à magiſtro totis viginti annis diutiùs non decoxit, ſed quāprimum euomuit diſciplinam; vndè illa magni Platonis de Diſcipulo quærimonia: Ariſtoteles in nos recalcitrat, vt in matrem pullus; nil autem poteſt adeò perfectum fieri, quin etiam lima non indigeat, & aliqua illi linea non poſſit ſuperaddi, vel totum omninò ad incudem reuocari, vel prorsùs deleri, vt ſæpe

ſepius

ſepius mihi accidit; ſicut enim nihil eſt dictum ꝙ prius etiam dictum non ſit; tamèn poteſt totum alio modo dilucidari, ita vt oculis omnium diuerſum, & varium omninò appareat. Vide quæ plurima cõgerat doctiſſimus, & eruditiſſimus Mendoza, *Virid. prob. v1. p. 71.* adductis ex ſacrę Scripturæ Codice, & SS. PP., & Auctoribus profanis argumentis, quibus calculum, & manus dare neceſſe omninò eſt, cum licet noua ſint, tamèn ſolidis fundamentis innixa remaneant.

C A P. I.

Inſtituti Ratio.

HACE vterer ad meridianam lucem oſtentandam, ſi ſacram Medicinam, quę talis eſt ſemperq; fuit, diuinã eſſe artem rationibus confirmare contenderem. Sed hominum cęcitas, vel potiùs malitia ea maxima eſt, & ferè incredibilis, ac eos diros quidem terminos occupauit, vt (proh Deum immortalem) honeſto vtile anteponant, fortunæq;, & corporis bona illis, quæ animi ſunt decoramenta poſthabeant, pietatem deniq; ipſam totis animi viribus exanthlandam, & amplexandam poſt tergora iaciant, & aſpernentur; quare iure merito tantoperè laborant ſapientes viri, vt ea quæ per ſe omninò eſſent appetenda hominibus perſuadere conentur.

Medicinæ ſacræ oſtentatio.

Hominũ prauamenſ.

Enim vero inſignis atq; omnium nobiliſſima ars quaſi abiecta, & plebis propria, pcpelliq; mani-

Malitia Ignorãtia.

manibus impunè contrectata adeò negligitur, & conteritur; & hac noſtra præſertim tēpeſtate pedibus á nugacibus ciniflonibus, argytis, ambuonibus conculcatur.

Quid vero palmaris, & puri puti huiuſcę erroris cauſa eſt? Nempè haud opinantur noſtrates potiſſimùm homines ſacram hanc eſſe facultatē! quod non tam dictis oſtendere, quam re ipſa iudicare vehementer cupimus: ſic D. O. M., Medicinęq; Pręſes potentiſſimus noſtris benignè optatis faueant. Indigniſſimè enim tandiu ferimus, quod ars hæc itá vulgo ruditer ab omnibus cuiuſuis conditionis hominibus ſummo cum corporū, atq; animorum prȩiudicio, & damno prophanetur; at flabit (ſpes eſt) cęleſtis aura, fęliciuſq; in publicum commodum, & vtilitatem, quod modò ęgrè verberamus æquor, plenis, vt aiunt, velis percurremus.

Auctoris finis, at ſcopus.

Notanda autem hic ſunt obiter verba quidem caſtigatiſſima Doctiſſimi Turſullini, *Epit. hiſt. pag.* 24. cuius ipſiſſima verba placet apponere, vt ipſorum grauitas, & pondus vnicuiq; clarè pateat: *Itaq, Mantuæ per morbi occaſionem Sedechiæ Iudæi Medici fraude (loquens de Caluo Imperatore) extinctus, documento fuit, quam tutò Chriſtianorum ſalus Iudæis Medicis credatur*; quæ verba attentamente penſitanda, & obſeruanda noſtram ſententiam conualidant, & confirmant.

Hebreorū Medicorum dura Impietas.

Cęterum huius farinę homines Sapiens, *Sap.* 12. *v.* 4. deſignat his verbis: *illos enim antiquos inhabitatores terræ Sanctæ, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina; & ſacrificia iniuſta*; quorum quidem (vt ex eodem genere)

genere) in medicina facienda veſtigia noſtri temporis adhuc etiã Hebræi Medici inſectãtur, quare illorum conſilia ſunt rectè cauenda, cum ex eorũ numero ſint, quos recitat idẽ ſapiens, *Prou.6.12*, Hi enim, ſicut qui pro eorum dura ceruice pro ſe ipſis Medicinam non habent, ſic vt Apoſtatę à noſtra fide peruersè contra homines Chriſtifideles machinamenta ſtruunt, eademq; mente cum ipſis, quibus durius inſidiantur, operantur.

CAP. II.

Medicinæ ſacræ diuinæ origo, & commendatio.

NE longè à ſcopo, aberremus, & vt adaptata methodo de Medicina ſacra dicere exordiamur, an nõ ſacris ea eſt ars colenda nominibus, cuius D.O.M. auctor exiſtit? quæ quidẽ etiam ipſius eſt peculiari voce collaudata, ipſaq; demũ exercitatione coilluſtrata? quę Archangelum Raphaelem patronum habet, beatiſſimos Alumnos, præcones eximios, & Sacroſanctam Eccleſiam moderatricem? quę Microcoſmi quaſi procreatrix cuſtos, & curatrix eſt; quę deniq; & à ſummo Deo incipit, & in ipſum terminare debet, vt ad illius imitationem recta cum animi ratione iuſtè, & piè ſactitetur.

Medicinæ Sacræ Laudes, & Encomia

Verùm hoc ipſe Chriſtus triplici teſtimonio in diuinis D.Io.reuelationibus, *Apoc. c. 1.8. cap. 2.16. cap. 22.15.* confirmat dicens: *Ego ſum Alpha, & Omega,*

Hæc à Deo eſt, & in Deum ter-

Digitized by Google

minat, qui eſt terminus à quo, et ad quem rerũ omnium.

Omega, principium, & finis, ac quidem primo loco ſubdit, qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt omnipotens: & vltimo loco addit: Primus, & nouiſſimus; in quo libro Dei Reuelati indeficienti fonte, & lumine, cum triplici verborum ambitu idem explicetur, & repetatur, nemini dubium eſſe poteſt, Diuinę Triados ſacratiſſimum, potentiſſimumq́; Myſteriũ clarè demonſtrari, cuius potenti vi, & manu vniuerſum, & omnes eius partes harmonicè, maximaq́; Symmetria diſponũtur, & gubernantur, vt Valeſius, *Sacræ Philoſophiæ cap. vlt.* doctiſſimè explicat.

Et confirmatur magis ex D. Io. *Ep. 1. cap. 5. v. 8.* quem locum fuſius cum de noſtrę artis principijs egimus, in Iatrochymia elucidauimus.

Chriſtus Medicus perfectus vndèquaque eſt.

Verùm at enim vero licèt primo loco diuinũ Iudicium ibi propriè repręſentari intelligatur; tamèn illud verbũ (qui erat) ad Chriſtum pręſsè ſacram Medicinam dum erat in humanis hic, ſicut & nos vitam degens, maxima quidem pietate, & charitate exercentem, ac in ea miram ſuã omnipotentiam pręmonſtrantẽ, debet iure merito accommodari, quam etiam in dies magis prę-oſtentat; non enim nos quaſi ex nobis languoribus medelam poſſumus adhibere, ſed Deus ipſe ſolus eſt, qui noua diſponit nobis continuò manifeſtari, vt debita languentium cura ſactitetur; ab eo enim omne datum optimum, & omne bonum perfectum omninò dependet, vt teſtatur D. *Iacobus. cap. 1. 17. qui eſt, & qui venturus eſt*, in cuius manu ſumus, & ab illo in omnibus occupamur, illiuſq́; nutu per momenta conſeruamur, & huius vſura lucis perfruimur, vt ſacra pagina ſępe ſepius teſtatur. *Eſther.* 13. 10.

A Deo omnia omnino dependet.

Au-

Audiamus iam, quid Eccleſiaſticus, *cap.* 38. *ver.* 1. *& ſeq.* vel Deus ipſe potiùs per illius reſonantem vocem, & maximis præconijs relucenté, de Medicinę origine, & obſeruantia prędicet, & quam dignis eam decoramentis cohoneſtet: *Honora Medicum propter neceſſitatem; etenim creauit illum Altiſſimus à Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatum collaudabitur. Altiſſimus de terra creauit Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam; non ne à ligno indulcata eſt aqua amara? ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam Altiſſimus honorari in mirabilibus ſuis; in his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſanitatis, & non conſumabuntur opera eius. Pax enim Dei ſuper faciem Terræ; fili in tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te*, & paulo poſt ſubdit: *ver.* 12. *& da locũ Medico etenim illum Dominus creauit, & non diſcedat à te, quia Opera eius ſunt neceßaria.*

Medicus quãti ſit faciẽdus ex Salomone.

Medicinæ maxima dignitas.

Vis ne autem melius, & dilucidius comprobatam doctrinam, quam ex D. Io. Apoc. elucidauimus; in his autem iuſto volumine explicandis ſententijs hic nunc non immoror, cum illis maximam lucem dederit Valeſius, *cap.* 74. & perſpicuè cuiq; pateant; quę omnia quę ad Medicinam ipſam pertinent dilucidius explicat maxima eruditione doctiſſimus Adamus Contz. *Pol, lib* 4. *c.* 15. quem conſulas, ſed ad Medicinę maximam dignitatem accedit id quod à magno Mendoza *Virid. f.* 99. *nu.* 153. adnotatur; Dum ait lauream medicam olim fuiſſe auream, cũ de colorũ dignitate, & amplitudine verba facit.

Medicinæ dignitas ex Laurea Doct.

Atqui

Atqui cum aurum ſit pretioſiſſimum, & magis in exiſtimatione prę cunctis alijs metallis, & ab omnibus etiam animalibus (eiuſmodi eſt Coruus) toto corde deſideretur, elicitur Medicinæ, cuius eſt inſigne Doctoratus decoramentũ, ſicut & viride iuris Canonici, & rubeum Iuris Cęſarei, album verò Theologię Doctoratus eſſe ſolet, eius ampliſſimã dignitatem condecorare, & mirum in modum commendare.

Medicinæ innatus appetitus.

Verum ne omnino vacui videamur in re tam auidè expetita, adagio enim communi fertur, quod quiſq; fatuum, & medicum ſe poteſt conſtituere, in quo quidem negotio ex illius vanæ adminiſtrationis, & praui vſus conſideratione noſtris pręſertim temporibus deſumpta ratio non claudicat, cum ſtolidorum, & dementium more ſæpius res ipſas confundendo, & vnum remedium pro altero aſſumẽdo ab Empyricis Carbonarijs, Acrotocotonibus, Argytis hęc ipſa exerceat, cum tamèn omnino contrarium deberet iuſtè obſeruari, cũ maioribus vita noſtra ęrumnis, & calamitatib⁹ in dies magis, & magis cumulata excreſcat, cuius maximis congruentijs euentilatas cauſas, & remedia in noſtra Iatrochymia dedimus; aliqua igitur hic ex ſacrę Scripturæ fontibus, ac eius Interpretibus pręlibemus. Ac primò quidem ſacræ Paginæ riuus adeò clarè percurrit, vt chriſtallinis explicationis vndis non indigeat, tamèn non reticendum eſt, quod *D. Auguſtinus ait: lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 12. & 37. Corporis medicina ſi altiùs rerum originem repetas, non inuenitur vndè ad homines manare potuerit, niſi à Deo, cui rerum omnium ſtatus, ſaluſq; eſt tribuenda.*

Damna, & errores med. ignorantium.

Medicina ſola à Deo eſt ex D. Aug.

Salomonis Medicina quæ, & qualis, & à quo eam habuerit.

Et quidem Salomon ipſe non extrà rem, neq; extrà aleam de Medicina perſcripſit, dum dicitur, *lib. 3. Reg. cap. 4. 33* ipſum diſputaſſe ſuper lignis à cedro, quę eſt in Libano, vſq; ad Hyſſopum, quę egreditur de pariete, & diſſeruiſſe etiam de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus, quorum pertractatio Medici partes implet, & complet; ibi autem artem medicam Salomonis explicatam eſſe putat vir Doctiſſimus Gaſpar Sanctius in Cõment.; & eſt communis omnium opinio.

Adde Salomonem ipſum, *Sap. 7. 17. & ſeq.* id de ſe profiteri dum pręſertim ab enumeratione notitię earum rerum, quę Medico neceſſarię sũt concludit: vnam eſſe ſapientiam, *ver. 17.* quia ab vno Deo dependet; & non plures licèt per varias ſententiarum ambages illius explicatio peruagetur.

Salomonis Libri Medici.

Quin etiam ſcripta Medica, & quidem quamplurima, quæ ad praxeos medicinam pertinent poſteritati reliquiſſe dicitur; Teſtatur id Euſeb. citatus ab Anaſtaſio Nicęno, *quæſt. 39.* per hæc verba *libros Salomonis qui ſcripti erant de prouerbijs, & odis, in quibus tractabatur de natura plantarum, & omni genere animalium, & de curatione omnium morborum de medio ſuſtulit Ezechias, propterea quod morborum medelas indè populus acciperet, & nihili faceret à Deo petere curationes,* quod quidem paſſim in ſacra pagina cernitur iniunctum, ac multis quidem exemplis corroboratum ad hoc vt ad ignorantiæ aſyllum non recurramus; ab eo enim (ſicut omne bonum omninò deſcendit) debet vnuſquiſq; illud recognoſcere, & ab eius benigna manu expectare.

lunge in huius ſenſus confirmationem ipſius Salomonis dignum aſſertum: *Sap. 1. 11. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neq; acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum, quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum; creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non eſt in illis medicamentum exterminij,* (ſubintellige [niſi quis eo vtatur contra ordinem à Deo prçſcriptum,) licêt enim dêtur aliqua, quç veneni rationem pro homine ſortiuntur (etiamſi naturaliter ſint pro ipſo creata tantùm, & inſtituta ſimpliciter) cuiuſmodi eſt multa vini aſsũptio, & cætera huiuſmodi, & alia etiam, quæ quidem venena natura ſua ſunt preſsè conſiderata habito ad hominem reſpectu, hçc non ſunt à Deo pro ipſius vſu determinata, ſed hominum malitia ea ad vſum traxit, vel potiùs abuſum induxit cõtra ipſius Creatoris mentem, qui ad vniuerſi decoramentum illa produxit; non enim datur venenum adeò prauum, quod pro aliquo animali, vel hominis ipſius morbo medicamenti etiam rationem aliquo modo ſi rectè & ritè vſurpetur, non ſortiatur, pro vita enim à Deo ſunt data, ſed malorum hominum praua mente morti etiam deſtinantur; qua ratione quærit Mendoza *In ſuis probl. Phyſico Med.* an, quis, & quomodo poſſit tutò venena contrectare, & deguſtare; hinc fit vt ab eodem ſapiente: *Ecl. 16. 6.* amicus fidelis (cuiuſmodi Medicus eſſe debet) medicamento, vitç, & çuiternitatis comparetur, quod andetur, quçrit, & eruditè explicat idem Mendoza.

Eius Medica Cõſilia.

Omnia in Hominis gratiã & commodum ſunt.

Venena ſunt ab Homine nõ à Deo.

Accedunt pro Medico Iſ. laudes: *Cap. 3. 7. Reſpondit in die illa non ſum Medicus, & nolite me conſtituere*

Medic. Præconia ex Iſ.

tuere Principem Populi, quaſi quod innuat quod qui regebant ex Medicorum cenſu eligebantur, quod cum Platonis iuſto conſilio, *Dialogo 5. de Rep* 406. 1. *m. In Dial. de Regno* 138. 1 *m.* coincidit, qui vult quod Reges qui ſacri ſunt philoſophentur, vel Philoſophi ipſi regnent, quod fuſius in mea Proluſione Philoſophica demonſtraui; at multo magis hoc axioma Medicis ipſis congruit, qui animam, & corpus curare debent, in quorum iuſta ſymmetria, quę non niſi à Medico poteſt haberi, totius Reipublicę, & Dominij Microcoſmi œconomia, rectaq; adminiſtratio conſiſtit. *Medicorũ munus, & onus.*

Verum pro medicinæ maxima dignitate, huius generis alia quamplurima eſſent attexenda quæ Ideę exemplar tranſcederent. Splendidè verò Plinius vt in alijs multis mentitur, cum aſſerit Romanos in ſexcenteſimum vſq; annum ab Vrbe condita raros, & penè nullos medicos habuiſſe, cui quidem præter alia hoc falſum dogma infringentia inferiùs adducenda, & fuſiùs etiam in Iatrochymia ijs debaccharis, Dyoniſium Halicarnaſeum probatiſſimum hiſtoricum mentienti obijcio, dũ ſcribit Olympiade 82., imò anteacto anno ab vrbe condita 300. peſtilentiam tantam Romam inuaſiſſe, quantam vnquam anteà, qua ſeruitia penè omnia ſunt abſumpta, Ciuium circiter dimidium, nec Medicis ſufficientibus, nec domeſticorum, neq; amicorum miniſterijs. *Plinij mẽdum contra Medicos.*

Vides ex his clarè opinor antilogiam, qua Plinianum commentum decidat omninò oportet, & virus illud, quod in Medicos continenter effundit in ipſummet refundatur, & hęc faba in ipſius caput recudatur.

 Sed

Sed hęc ſufficiant pro ſynopſi Medicinę ipſius vtilitatis, & neceſsitatis, & honorum dilucidiùs in meę Iatrochymię codice, *lib.* 1. illa mirum in modum peregregia inductione pręoſtentante.

Medici boni requiſita.

Interim tamèn ſtet pro corollario plurium, de quibus ſcribimus in medicina ſacra in particulari, ad hanc rectè faciendam oportere Medicum omnibus ferè ſcientijs naturalibus eſſe inſtructū, & optimè calere quid iuuet, quiduè noceat, & circūſtantias, & conditiones etiā indiuiduales ad horū debitā applicationē neceſſarias ſedula mentis reuolutione rectè animaduertere; quare dicitur Medicina ars ſalubriū, inſalubriū, & neutrorū, habito reſpectu ad ipſius Medicinę obiectū, quod tribus modis conſideratur vel vt corpus, vel vt cauſa, vel vt ſignū; quo fit, vt cōcludatur à Magno Medicinæ Parente, quod conſiſtat eius vis, & energia in detractione inutilium, & damnum corpori, & animo afferentium; & additione neceſſariorum in qua etiam ſententia eſt diuinus Philoſophus, vt ſuis locis videbimus.

Medicinę def. ex Hippocr.

Definitio Med. ex Gal. huiuſq; explicatio cū ſcrip. ſacra.

Sed verò meliori quidem ratione definitur à fine, quòd ſit ars ſanitatis ſeruandę, vel reſtituendę, vel pręſeruandę; quam ſub nomine triplicis caloris explicat Doctiſsimus Alcidius Medicus Lotharingus verus morborum Alcides in ſcriptione facta nobiliſsima Thermogenis, quod patet ex Gal. *lib. de art.* & confirmatur magis ab ipſa veritate, quę falli non poteſt, cum dicitur pro prima particula, *Marc. 2. 17. non neceſſe habere ſanos medico;* & pro ſecunda reddendæ ſanitatis, *non opus eſſe valentibus Medico; ſed malè habentibus; Matth. 9. 12,* pro tertia deniq; eiuſdem conſerua-

tionis,

tionis, *non agere, qui ſani ſunt Medico Luc.* 5. 31. propriè enim ſcopus Medicinę eſt ęgrotos à morbis quoquo modo vindicare, & eorum violentiam retundere, & prorsùs infringere; hæc autem ipſam Medicinam practicam reſpiciunt.

Quod ſi Therapeuticam attendamus, dicitur eſſe ſcientia rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam; quę omnia à Medico operante explicantur, & complectuntur in allata prima definitione. Homo vero in cuius gratiam cuncta vniuerſi deſtinantur in liquido ſic eſt quod ſit eiuſdem ſubiectū attributionis, & reductionis, quarè debet totam phyſicam ſcientiam Medicus rectè noſſe, & prę manibus promptè habere, vbi enim deſinit Phyſicus, ibi incipit Medicus, vt Ariſtoteles innuit ī fine ſuæ Phyſices, *lib. de ſan. & Morb.* qui quidem Medicus debet attentè reuoluere, & ad amuſsim pręcognoſcere elementa, temperamenta, humores, partes omnes ipſius hominis, animę etiam facultates, paſsiones, & affectus; à quibus morborum quam plurimorum origo, & cognitio dependet; inſuper etiam ipſius functiones, & ſpirituum qualitates, & vires de quibus optimè Campanella *Lib.* 1. *Med.* hęc autem ſunt, quæ ad ipſam phyſiologiam, vt plurimùm ſpectant, at cum ſuis inſtrumentis etiam artium ſcientificarum more vtatur Medicina illorum perfectam omninò notitiam debet occupare, quam habuit excellentiſsimam Salomon ipſe, dum omnium notitiam perfectam eorum præſertim, quæ ad ipſam Medicinam ſpectant ab ipſa Sapientia habuiſſe teſtatur. *Sap.* 7. 17.

Speculatiuæ Medicinæ definitio.

Boni Medici conditiones, & attributa.

Salomon cur hæc habuerit & quomodo.

Cæte-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Cæterum omnia hæc diligenter Medicus obſeruare debet, vt ijs ſuo loco, & tempore poſsit debita cum cautione vti, vt ad finem intentum perueniat, qui in morborum congrua debacchatione conſiſtit; iſtorum autem rectam elucidationem hic non damus, niſi pro parte (data huius Ideę occaſione euentilandæ) cũ ſit integrũ opus Medicinę ſacræ practicę in particulari, quam Deo benè fauente ſimul cum pathologia, & alijs Medicinę partibus clariſsima Methodo cum Scripturæ ſenſibus exhibebimus.

CAP. III.

De Medicina à Deo facta.

Deꝰ Medicus ex veteri Teſtamẽto Moſis teſtimonio.

NON ſolùm pientiſsimus, & charitatis ſtimulis agitatus D.O.M. Medicinam creauit, ſed etiam ipſemet aliquandò Medicum ſe conſtituere non eſt dedignatus, & vt ex permultis exemplis aliqua in medium adducamus, videamus quid in *Exodo cap.* 15. 26. teſtatum reliquerit ad Medicinam ab eo factam oſtentandam his verbis: *Si audiendo audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſq; omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem poſui in Ægypto non inducam ſuper te: Ego enim ſum Dominus Deus Sanator tuus*, ideſt Medicus, vt ex quamplurimis huiuſmodi locis de ſanitate verba facientibus concluditur, & ab omnibus Interpretibus explicatur;

hoc

hoc autem & clarè à *Salomone Sap.* 38. 15. confirmatur & edocetur, dum ait: *qui delinquit in conſpectu eius, qui fecit eum, incidet in manus Medici* (ideſt Dei ipſius, vt clarè liquet) cuius vel plaga non erit ſanabilis, eo quod Deum ſanatorem non præcognouerit, & vt Medicum inſignem maximo honore non condecorauerit, quod & clariùs innuitur à *Ier.* 46. 11. his verbis: *fruſtrà multiplicas medicamina, Sanitas non erit tibi.*

Deo Medicus ex Salomone.

Verum enim verò, per cunctum languorem Ægypti intelligit vlcera, ſitim, peſtem, aliaſque plagas Aegyptiacas: illorum enim ſanator Medicus erat conſtitutus; quarè in morbis, ad ipsũ Deum primum Archiatrum eſt recurrendum, eiq; vitę anchora ſolummodò eſt alliganda; ab ipſo enim morbi induciæ ſunt expectandę, & illius auxilio rebelles vires retundendę; hic enim ſępe morbos, & languores ob peccata immittit, quæ ſi ceſſent, morbi etiã exterminabuntur, vt ex hoc, & alijs quamplurimis, imò infinitis ſacræ Scripturæ locis euidenter patet; & alio in libro *Deut.* 7. 15. habemus, quod *auferet Dominus omnem languorem, & infirmitatem*, quod etiam *ibidem cap.* 32. 39. alijs verbis confirmat: *Ego occidam, & viuere faciam, ego percutiam, & ego ſanabo.*

Languores AEgypti quales.

Hæc verò omnia amplificat, & Salomon, *Sap.* 16. 12. his verbis: *Neq; herba, neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine, ſermo, qui ſanat omnia; tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem.* Clarè autem ex his ſacrę Paginæ ſonis intelligitur pro Dei ſermone explicari verbũ illud (ſcilicet) quod eſt figura patris; ſic Regius vates: *Pſal.* 106. 20. *miſit Deus Verbum ſuum, & ſanauit eos,*

Salomonis locus de Med. Dei explicatur.

& eripiunt eos de interitionibus eorum ; etenim neq́; herba, neq́; malagma ſanauit eos : per herbam ſumitur Dracunculus, ſiuè Dracontea, quę ſiue pota, ſiue aliter adhibita, quod etiam de alijs conſimilibus herbis, de quibus ſuo loco dicendum eſt, fugat ſerpentes, & in eis conſequenter etiam cacodęmones repręſentatos peſsimos quidem hominis inimicos. iuxtà illud Geneſis *cap.* 3. de hoc perſpicuè pertractans.

De hac autem herba *lib* 2. *de nat. ſtirp. cap* 96. Io. Ruellius, *lib.* 2. *cap* 60. Matthiolus in Dioſc. & alij; ſiue alia herba pręaſſumatur iuxtà mentem Codronchij, *lib.* 3. *de morb. venef. cap.* 13. & cũ eo doctiſsimus Lazarus Meyſſonnerius in ſuo Pentagono, *Pag.* 16. quem poſt à me ſcripta prę manibus habui, & mira animi delectatione cũ meis ſenſibus concordare perſpexi.

Malag. quid ſit. Malagma verò eſt vox græca, & ſignificat id quod ad emolliendum adhibetur, nos diceremus emplaſtrum emolliens, quanquam hæc inter ſe differant, vt *lib.* 5. *cap.* 17. Celſus docet Galenus verò hæc confirmat, *lib.* 8. *de comp. Med. ſec. loc.* & *lib.* 7. *de comp. Med. ſec. gen. cap.* 6. fuſiùs explicat, concedit nihilominus etiã horum promiſcuum vſum.

Deꝰ quã. lis Medicus ex Petraſãcta. At etiam verò Deum ipſum Medicinę munus exercuiſſe oſtendit Pater Syluеſter Petraſancta Soc. Ieſù lucidiſsimum Sydus hæreticos cæcutientes illuminans *Metaph* 25. cum ait, *Deum partes Medici peregiſſe, dum Mundi vlcera (cum puer erat) curauit, eo quaſi balneo generali aquarum diluuij, poſtmodum verò partis vnius aduſtione, quandò Sodoma & Gomorrha conflagrarunt, rurſùsq́; procurauit Mundi*

iam

iam adulti ſanitatem: quæ quidem licèt metaphoricum ſenſum oleant, non ſunt pro tanti viri dignitate, & auctoritate ad noſtrum argumentum corroborandum reticenda.

Dæmonũ maſlorũ odia Cæterùm ex his elicitur nos nullo pacto debere ad malos Dæmones accurrere pro morborum curatione, cum ex ſacrà Scriptura ipſi ſint patres mendacij ex Doctiſſimi Philoſophi, & Mathematici celeberrimi Petri Gaſsendi teſtimonio, dum nunquam perituræ memoriẹ digniſſimum virum Nicolaum Claudium Fabricium Senatorẽ Aquiſextienſem dignis laudibus cohoneſtat, *in eius vita l. 2. p.* 135. Idem verò etiam pluribus rationibus probat *Senn. de Chy. conſ. c.* 13. nunquam ſcilicet ad Diaboli auxiliares manus (non niſi inſidiatrices eſſe recurrendum, in quam quidem ſentẽtiam multa etiam adducit Meyſs. *Pent. pag.* 73. & alia ſuperaddit euidentia de Dei auxilijs, *Pag.* 72. & de inuocatione nominũ diuinorum pro illorum protelatione.

Angeli quales Medici. Verùm enim verò omnia deinde Chriſtus Ieſus in actum practicum miris quidem modis adduxit viſcera ipſius charitatis nobis patefaciens, & aperiens, vt Medicinam recta cum ratione cognoſcere, & facere poſſimus vt debemus, & cum eadem quidem vbiq; & ſemper eam adminiſtrare, & propagare, ſicut Angeli eius miniſtri, qui eam ſæpius exercuerunt, vt docet Meyſs. in ſuo Pentag. Medicina vera pyxide ex ſacra Scriptura deductis auctoritatibus *Pag.* 17. & 72.

CAP. IV.

De Medicina Præſide.

Medicina Præſes, & Patronus quis ſit.

SAnitatum magnum Patronum conſtituit vniuerſi Gubernator, & curationibus doctiſſimum Medicũ præpoſuit Raphaelem Arcangelum; hic enim vbicumq; Medicina, & curatio eſt neceſſaria à Deo mittitur, vt ex textu Tobiæ græco & D. Iſid. in ſuis Æthymologijs, & D. Hieronymo *cap.* 8. in Danielem clarè patet.

Angelus Medicus Iſaiæ.

Hinc factum eſt, vt qui vnus ex Saraphin fuit miſſus Angelus ad purgandum Iſ. labia, *cap.* 6. Raphael magnus Dei Angelus, nec præter eum alius fuerit, vt ex contextus lectione dilucidè cuiq; patet euidenter.

Angelus Medicus Tob. & Saræ.

Enim verò idem etiam S. Angelus miſſus eſt, vt curaret Tobiam, *Tob. cap.* 6. *v.* 5. 7. *cap.* 3. 25. & Saram. Quod & ipſe poſteà patefecit inquiens: *cap.* 12. 14 *miſit me Dominus vt curarem te, & Sarã vxorem filij tui à Dæmonio liberarem*: Ego *enim ſum Raph. Archangelus vnus de ſeptem, qui adſtamus antè Dominum*.

Angelus Piſcinæ Languẽtium.

Inſuper etiàm hic idem ſine dubio erat ille Angelus Domini, qui ſecundum ſtatutum tempus in Piſcinam deſcendebat, *Io.* 5. 4. cuius miniſterio aqua mouebatur, & qui prior in illam iaciebatur poſt aquæ motionem, quaſi ab impulſu diuini auxilij, & gratiæ euigoratæ ſanus fiebat à quacumq; detinebatur infirmitate; idcircò ibi iacebat multitudo languentium, cæcorum,

clau-

claudorum, & aridorum expectantium aquæ motum, quę ſuo loco clarius aperiemus; quapropter Sancta Mater Eccleſia, in ipſius Archang. Raph. Miſſa Euangelium hanc curationis hiſtoriam enarrans legendum præcipit, *in Miſſali antiquo, & S. Dominici*, eiuſq; Officium Sanctiſſimus Papa Vrb. VIII. hæc eadem continens in Breuiario apponendum eſſe iuſſit.

Ipſe vero Arcang. etiamſi Princeps, præſelq; Medicinæ ſit, ait ex Origenis Sententia: *Hom.* 14. *in lib. Num: Quod ſit etiam miniſter curationis, at Deus ipſe ſanitatis*, quod & confirmat vaſtiſſimum Aug. Ingenium, qui de eius admirabili erga ęgrotos patrocinio digna quidem, & grauia pro ſuo more verba facit *ſerm.* 126. *Deus ſanitatis auctor, et Raph. pe curator ex SS. PP.*

Neq; dicendum eſt, quod de animorum Medicina ſolum ſacra ſit ſcriptura intelligenda, namq; de corporum etiam medela, illiſq; facta huiuſce additione congruæ auctoritates adductę militant, & Serrarius *in Tob.* & alij adnotant curationē naturali medio, & modo penitùs fuiſſe peractam; cum enim dixit Tobiæ: *vt curarem te*, nemini dubium eſt, quod hoc naturali modo non ſit exequutus: Cum autem ſubdit Sarę *à Dæmonio liberationem eſſe efficiendam*, hęc partim naturalis, partimq; diuina viſa eſt; ſed naturaliter poteſt Dæmon fugari, vt accidebat Sauli manu Dauid Cytharædi pſalterium pulſantis, cuiuſmodi etiàm alia dat exempla Meyſs. in Pentagono, *pag.* 82. at enim verò vnicam tamtummodo negotij rectè faciundi rationem reddit, ſtatim ſubiungens: *Ego enim ſum Raph. ideſt Medicina Dei*, quod confirmat Meyſs. *pag.* 7. & 73. ex Orig. mente, *Hom.* 14. *cap.* 23. *Sanatio Tob. eſt nat, Sarę vero etiā ſuper naturalis. Dæmon ab obſeſſis naturaliter excluditur.*

ART.

Atqui cum aurum ſit pretioſiſſimum, & magis in exiſtimatione prę cunctis alijs metallis, & ab omnibus etiam animalibus (eiuſmodi eſt Coruus) toto corde deſideretur, elicitur Medicinæ, cuius eſt inſigne Doctoratus decoramentũ, ſicut & viride iuris Canonici, & rubeum Iuris Cęſarei, album verò Theologię Doctoratus eſſe ſolet, eius ampliſſimã dignitatem condecorare, & mirum in modum commendare.

Medicinæ immoderatus appetitus.

Verum ne omnino vacui videamur in re tam auidè expetita, adagio enim communi fertur, quod quiſq; fatuum, & medicum ſe poteſt conſtituere, in quo quidem negotio ex illius vanæ adminiſtrationis, & praui vſus conſideratione noſtris prę ſertim temporibus deſumpta ratio non claudicat, cum ſtolidorum, & dementium more ſæpius res ipſas confundendo, & vnum remedium pro altero aſſumẽdo ab Empyricis Carbonarijs, Acrotocotonibus, Argytis hęc ipſa exerceaĩ, cum tamèn omnino contrarium deberet iuſtè obſeruari, cũ maioribus vita noſtra ęrumnis, & calamitatib⁹ in dies magis, & magis cumulata excreſcat, cuius maximis congruentijs euentilatas cauſas, & remedia in noſtra Iatrochymia dedimus; aliqua igitur hic ex ſacrę Scripturæ fontibus, ac eius Interpretibus pręlibemus. Ac primò quidem ſacræ Paginæ riuus adeò clarè percurrit, vt chriſtallinis explicationis vndis non indigeat, tamèn non reticendum eſt, quod *D. Auguſtinus ait: lib. 3. de Ciuit. Dei cap. 12. & 37. Corporis medicina ſi altiùs rerum originem repetas, non inuenitur vndè ad homines manare potuerit, niſi à Deo, cui rerum omnium ſtatus, ſaluſq; eſt tribuenda.*

Damna, & errores med. ignorantium.

Medicina ſola à Deo eſt ex D. Aug.

Et

Et quidem Salomon ipſe non extrà rem, neq; extrà aleam de Medicina perſcripſit, dum dicitur, *lib. 3. Reg. cap. 4. 33* ipſum diſputaſſe ſuper lignis à cedro, quę eſt in Libano, vſq; ad Hyſſopum, quę egreditur de pariete, & diſſeruiſſe etiam de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus, quorum pertractatio Medici partes implet, & complet; ibi autem artem medicam Salomonis explicatam eſſe putat vir Doctiſſimus Gaſpar Sanctius in Cōment.; & eſt communis omnium opinio.

Salomonis Medicinæ quæ, & qualis, & à quo eam habuerit.

Adde Salomonem ipſum, *Sap. 7. 17. & ſeq.* id de ſe profiteri dum prȩſertim ab enumeratione notitię earum rerum, quę Medico neceſſarię ſũt concludit: vnam eſſe ſapientiam, *ver. 17.* quia ab vno Deo dependet; & non plures licèt per varias ſententiarum ambages illius explicatio peruagetur.

Quin etiam ſcripta Medica, & quidem quamplurima, quæ ad praxeos medicinam pertinent poſteritati reliquiſſe dicitur; Teſtatur id Euſeb. citatus ab Anaſtaſio Nicęno, *quæſt. 39.* per hæc verba *libros Salomonis qui ſcripti erant de prouerbijs, & odis, in quibus tractabatur de natura plantarum, & omni genere animalium, & de curatione omnium morborum de medio ſuſtulit Ezechias, propterea quod morborum medelas indè populus acciperet, & nihili faceret à Deo petere curationes,* quod quidem paſſim in ſacra pagina cernitur iniunctum, ac multis quidem exemplis corroboratum ad hoc vt ad ignorantiæ aſyllum non recurramus; ab eo enim (ſicut omne bonum omninò deſcendit) debet vnuſquiſq; illud recognoſcere, & ab eius benigna manu expectare.

Salomonis Libri Medici.

B Iunge

Digitized by Google

Iunge in huius ſenſus confirmationem ipſius Salomonis dignum aſſertum : *Sap. 1. 11. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neq; acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum, quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum; creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non eſt in illis medicamentum exterminij*, (ſubintellige [niſi quis eo vtatur contra ordinem à Deo pręſcriptum,) licēt enim dētur aliqua, quę veneni rationem pro homine ſortiuntur (etiamſi naturaliter ſint pro ipſo creata tantùm, & inſtituta ſimpliciter) cuiuſmodi eſt multa vini aſſūptio, & cætera huiuſmodi, & alia etiam, quæ quidem venena natura ſua ſunt preſsè conſiderata, habito ad hominem reſpectu, hęc non ſunt à Deo pro ipſius vſu determinata, ſed hominum malitia ea ad vſum traxit, vel potiùs abuſum induxit cōtra ipſius Creatoris mentem, qui ad vniuerſi decoramentum illa produxit; non enim datur venenum adeò prauum, quod pro aliquo animali, vel hominis ipſius morbo medicamenti etiam rationem aliquo modo ſi rectè & ritè vſurpetur, non ſortiatur, pro vita enim à Deo ſunt data, ſed malorum hominum praua mente morti etiam deſtinantur ; qua ratione quærit Mendoza *In ſuis probl. Phyſico Med.* an, quis, & quomodo poſſit tutò venena contrectare, & deguſtare; hinc fit vt ab eodem ſapiente: *Eccl. 16. 6.* amicus fidelis (cuiuſmodi Medicus eſſe debet) medicamento, vitę, & ęuiternitatis comparetur, quod an detur, quęrit, & eruditè explicat idem Mendoza.

Eius Medica Cōſilia.

Omnia in Hominis gratiā & commodum ſunt.

Venena ſunt ab Homine nō à Deo.

Accedunt pro Medico Iſ. laudes: *ap. 3. 7. Reſpondit in die illa non ſum Medicus, & nolite me conſtituere*

Medic. Præconia ex Iſ.

tuere Principem Populi, quaſi quod innuat quod qui regebant ex Medicorum cenſu eligebantur, quod cum Platonis iuſto conſilio, *Dialogo 5. de Rep* 406. 1. *m. In Dial. de Regno* 138. 1. *m.* coincidit, qui vult quod Reges qui ſacri ſunt philoſophentur, vel Philoſophi ipſi regnent, quod ſuſius in mea Proluſione Philoſophica demonſtraui; at multo magis hoc axioma Medicis ipſis congruit, qui animam, & corpus curare debent, in quorum iuſta ſymmetria, quę non niſi à Medico poteſt haberi, totius Reipublicę, & Dominij Microcoſmi œconomia, rectaq; adminiſtratio conſiſtit. *Medicorũ munus, & onus.*

Verum pro medicinæ maxima dignitate, huius generis alia quamplurima eſſent attexenda quæ Ideę exemplar tranſcederent. Splendidè verò Plinius vt in alijs multis mentitur, cum aſſerit Romanos in ſexcenteſimum vſq; annum ab Vrbe condita raros, & penè nullos medicos habuiſſe, cui quidem præter alia hoc falſum dogma infringentia inferiùs adducenda, & fuſiùs etiam in Iatrochymia ijs debaccharis, Dyoniſium Halicarnaſeum probatiſſimum hiſtoricum mentienti obijcio, dũ ſcribit Olympiade 82., imò anteacto anno ab vrbe condita 300. peſtilentiam tantam Romam inuaſiſſe, quantam vnquam anteà, qua ſeruitia penè omnia ſunt abſumpta, Ciuium circiter dimidium, nec Medicis ſufficientibus, nec domeſticorum, neq; amicorum miniſterijs. *Plinij mẽdum contra Medicos.*

Vides ex his clarè opinor antilogiam, qua Plinianum commentum decidat omninò oportet, & virus illud, quod in Medicos continenter effundit in ipſummet refundatur, & hęc faba in ipſius caput recudatur.

Sed hęc ſufficiant pro ſynopſi Medicinę ipſius vtilitatis, & neceſsitatis, & honorum dilucidiùs in meę Iatrochymię codice, *lib.* 1. illa mirum in modum peregregia inductione pręoſtentante.

Medici boni requiſita. Interim tamèn ſtet pro corollario plurium, de quibus ſcribimus in medicina ſacra in particulari, ad hanc rectè faciendam oportere Medicum omnibus ferè ſcientijs naturalibus eſſe inſtructũ, & optimè calere quid iuuet, quidue noceat, & circũſtantias, & conditiones etiã indiuiduales ad horũ debitã applicationẽ neceſſarias ſedula mentis reuolutione rectè animaduertere; quare dicitur Medicina ars ſalubriũ, inſalubriũ, & neutrorũ, *Medicinę def. ex Hippocr.* habito reſpectu ad ipſius Medicinę obiectũ, quod tribus modis conſideratur vel vt corpus, vel vt cauſa, vel vt ſignũ; quo fit, vt cõcludatur à Magno Medicinæ Parente, quod conſiſtat eius vis, & energia in detractione inutilium, & damnum corpori, & animo afferentium; & additione neceſſariorum in qua etiam ſententia eſt diuinus Philoſophus, vt ſuis locis videbimus.

Definitio Med. ex Gal. huiuſq; explicatio cũ ſcrip. ſacra. Sed verò meliori quidem ratione definitur à fine, quòd ſit ars ſanitatis ſeruandę, vel reſtituendę, vel pręſeruandę; quam ſub nomine triplicis caloris explicat Doctiſsimus Alcidius Medicus Lotharingus verus morborum Alcides in ſcriptione facta nobiliſsima Thermogenis, quod patet ex Gal. *lib. de art.* & confirmatur magis ab ipſa veritate, quę falli non poteſt, cum dicitur pro prima particula, *Marc.* 2. 17. *non neceſſe habere ſanos medico;* & pro ſecunda reddendæ ſanitatis, *non opus eſſe valentibus Medico: ſed malè habentibus; Matth.* 9. 12. pro tertia deniq; eiuſdem conſeruationis,

ctionis, *non ægere, qui ſani ſunt Medico Luc.* 5. 31. propriè enim ſcopus Medicinę eſt ęgrotos à morbis quoquo modo vindicare, & eorum violentiam retundere, & prorsùs infringere; hæc autem ipſam Medicinam practicam reſpiciunt.

Quod ſi Therapeuticam attendamus, dicitur eſſe ſcientia rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam; quę omnia à Medico operante explicantur, & complectuntur in allata prima definitione. Homo vero in cuius gratiam cuncta vniuerſi deſtinantur in liquido ſic eſt quod ſit eiuſdem ſubiectũ attributionis, & reductionis, quarè debet totam phyſicam ſcientiam Medicus rectè noſſe, & prę manibus promptè habere, vbi enim definit Phyſicus, ibi incipit Medicus, vt Ariſtoteles innuit ĩ fine ſuæ Phyſices, *lib. de ſan. & Morb.* qui quidem Medicus debet attentè reuoluere, & ad amuſsim pręcognoſcere elementa, temperamenta, humores, partes omnes ipſius hominis, animę etiam facultates, paſsiones, & affectus; à quibus morborum quam plurimorum origo, & cognitio dependet; inſuper etiam ipſius functiones, & ſpirituum qualitates, & vires de quibus optimè Campanella *Lib.* 1. *Med.* hęc autem ſunt, quæ ad ipſam phyſiologiam, vt plurimùm ſpectant, at cum ſuis inſtrumentis etiam artium ſcientificarum more vtatur Medicina illorum perfectam omninò notitiam debet occupare, quam habuit excellentiſsimam Salomon ipſe, dum omnium notitiam perfectam eorum præſertim, quæ ad ipſam Medicinam ſpectant ab ipſa Sapientia habuiſſe teſtatur. *Sap.* 7. 17.

Speculatiuæ Medicinæ definitio.

Boni Medici conditiones, & attributa.

Salomon cur hæc habuerit & quomodo.

B 3 Cæte-

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE III ROMA

Cæterum omnia hæc diligenter Medicus obſeruare debet, vt ijs ſuo loco, & tempore poſsit debita cum cautione vti, vt ad finem intentum perueniat, qui in morborum congrua debacchatione conſiſtit; iſtorum autem rectam elucidationem hic non damus, niſi pro parte (data huius Ideę occaſione euentilandæ) cũ ſit integrũ opus Medicinę ſacræ practicę in particulari, quam Deo benè fauente ſimul cum pathologia, & alijs Medicinę partibus clariſsima Methodo cum Scripturæ ſenſibus exhibebimus.

CAP. III.

De Medicina à Deo facta.

NON ſolùm pientiſsimus, & charitatis ſtimulis agitatus D.O.M. Medicinam creauit, ſed etiam ipſemet aliquandò Medicum ſe conſtituere non eſt dedignatus, & vt ex permultis exemplis aliqua in medium adducamus, videamus quid in *Exodo cap.* 15. 26. teſtatum reliquerit ad Medicinam ab eo factam oſtentandam his verbis: *Si audiendo audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſq; omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem poſui in AEgypto non inducam ſuper te: Ego enim ſum Dominus Deus Sanator tuus*, ideſt Medicus, vt ex quamplurimis huiuſmodi locis de ſanitate verba facientibus concluditur, & ab omnibus Interpretibus explicatur;

Deus Medicus ex veteri Teſtamẽto Moſis teſtimonio.

hoc

hoc autem & clarè à *Salomone Sap.* 38. 15. confirmatur & edocetur, dum ait: *qui delinquit in conſpectu eius, qui fecit eum, incidet in manus Medici* (ideſt Dei ipſius, vt clarè liquet) cuius vel plaga non erit ſanabilis, eo quod Deum ſanatorem non prçcognouerit, & vt Medicum inſignem maximo honore non condecorauerit, quod & clariùs innuitur à *Ier.* 46. 11. his verbis: *fruſtrà multiplicas medicamina, Sanitas non erit tibi.*

De Medicus ex Salomone.

Verum enim verò, per cunctum languorem Ægypti intelligit vlcera, ſitim, peſtem, aliaſque plagas Aegyptiacas: illorum enim ſanator Medicus erat conſtitutus; quarè in morbis, ad ipsũ Deum primum Archiatrum eſt recurrendum, eiq́; vitç anchora ſolummodò eſt alliganda; ab ipſo enim morbi induciç ſunt expectandç, & illius auxilio rebelles vires retundendç; hic enim ſçpe morbos, & languores ob peccata immittit, quæ ſi ceſſent, morbi etiã exterminabuntur, vt ex hoc, & alijs quamplurimis, imò infinitis ſacræ Scripturæ locis euidenter patet; & alio in libro *Deut.* 7. 15. habemus, quod *auferet Dominus omnem languorem, & infirmitatem*, quod etiam *ibidem cap.* 32. 39. alijs verbis confirmat: *Ego occidam, & viuere faciam, ego percutiam, & ego ſanabo.*

Languores AEgypti quales.

Hæc verò omnia amplificat, & Salomon, *Sap.* 16. 12. his verbis: *Neq; herba, neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine, ſermo, qui ſanat omnia; tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem.* Clarè autem ex his ſacrç Paginæ ſonis intelligitur pro Dei ſermone explicari verbũ illud (ſcilicet) quod eſt figura patris; ſic Regius vates: *Pſal.* 106. 20. *miſit Deus Verbum ſuum, & ſanauit eos,*

Salomonis locus de Med. Dei explicatur.

& eripiunt eos de interitionibus eorum ; etenim neq́; herba, neq́; malagma ſanauit eos: per herbam ſumitur Dracunculus, ſiuè Dracontea, quę ſiue pota, ſiue aliter adhibita, quod etiam de alijs conſimilibus herbis, de quibus ſuo loco dicendum eſt, fugat ſerpentes, & in eis conſequenter etiam cacodęmones repręſentatos peſsimos quidem hominis inimicos. iuxtà illud Geneſis *cap.* 3. de hoc perſpicuè pertractans.

De hac autem herba *lib* 2. *de nat. ſtirp. cap* 96. Io. Ruellius, *lib.* 2. *cap* 60. Matthiolus in Dioſc: & alij; ſiue alia herba pręaſſumatur iuxtà mentem Codronchij, *lib.* 3. *de morb. venef. cap.* 13. & cū eo doctiſsimus Lazarus Meyſſonnerius in ſuo Pentagono, *Pag.* 16. quem poſt à me ſcripta prę manibus habui, & mira animi delectatione cū meis ſenſibus concordare perſpexi.

Malag. quid ſit. Malagma verò eſt vox græca, & ſignificat id quod ad emolliendum adhibetur, nos diceremus emplaſtrum emolliens, quanquam hæc inter ſe differant, vt *lib* 5. *cap.* 17. Celſus docet Galenus verò hæc confirmat, *lib.* 8. *de comp. Med. ſec. loc.* & *lib.* 7. *de comp. Med. ſec. gen. cap.* 6. fuſiùs explicat, concedit nihilominus etia horum promiſcuum vſum.

De' quaelis Medicus ex Petraſāćta. At etiam verò Deum ipſum Medicinę munus exercuiſſe oſtendit Pater Syluester Petraſancta Soc. Ieſù lucidiſsimum Sydus hæreticos cæcutientes illuminans *Metaph* 25. cum ait, *Deum partes Medici peregiſſe, dum Mundi vlcera (cum puer erat) curauit, eo quaſi balneo generali aquarum diluuij, poſtmodum verò partis vnius aduſtione, quandò Sodoma & Gomorrha conflagrarunt, rurſusq́; procurauit Mundi*

iam

iam adulti ſanitatem: quæ quidem licèt metaphoricum ſenſum oleant, non ſunt pro tanti viri dignitate, & auctoritate ad noſtrum argumentum corroborandum reticenda.

Dæmonũ malorũ odia

Cæterùm ex his elicitur nos nullo pacto debere ad malos Dæmones accurrere pro morborum curatione, cum ex ſacra Scriptura ipſi ſint patres mendacij ex Doctiſſimi Philoſophi, & Mathematici celeberrimi Petri Gaſsendi teſtimonio, dum nunquam perituræ memoriç digniſſimum virum Nicolaum Claudium Fabricium Senatorē Aquiſextienſem, dignis laudibus cohoneſtat, *in eius vita l. 2. p. 135.* Idem verò etiam pluribus rationibus probat *Senn. de Chy. conſ. c. 13.* nunquam ſcilicet ad Diaboli auxiliares manus (non niſi inſidiatrices eſſe recurrendum, in quam quidem ſententiam multa etiam adducit Meyſs. *Pent. pag. 73.* & alia ſuperaddit euidentia de Dei auxilijs, *Pag. 72.* & de inuocatione nominū diuinorum pro illorum protelatione.

Angeli quales Medici.

Verùm enim verò omnia deinde Chriſtus Ieſus in actum practicum miris quidem modis adduxit viſcera ipſius charitatis nobis patefaciens, & aperiens, vt Medicinam recta cum ratione cognoſcere, & facere poſſimus vt debemus, & cum eadem quidem vbiq; & ſemper eam adminiſtrare, & propagare, ſicut Angeli eius miniſtri, qui eam ſæpius exercuerunt, vt docet Meyſs. in ſuo Pentag. Medicina vera pyxide ex ſacra Scriptura deductis auctoritatibus *Pag. 17. & 72.*

CAP.

claudorum, & aridorum expectantium aquæ motum, quę ſuo loco clariùs aperiemus; quapropter Sancta Mater Eccleſia, in ipſius Archang. Raph. Miſſa Euangelium hanc curationis hiſtoriam enarrans legendum præcipit, *in Miſſali antiquo, & S. Dominici*, eiuſq; Officium Sanctiſſimus Papa Vrb. VIII. hæc eadem continens in Breuiario apponendum eſſe iuſſit.

Ipſe vero Arcang. etiamſi Princeps, præſelq; Medicinæ ſit, ait ex Origenis Sententia: *Hom. 14. in lib. Num: Quod ſit etiam miniſter curationis, at Deus ipſe ſanitatis*, quod & confirmat vaſtiſſimum Aug. Ingenium, qui de eius admirabili erga ęgrotos patrocinio digna quidem, & grauia pro ſuo more verba facit *ſerm. 126.*

Deus ſanitatis auctor, et Raph. per curator ex SS. PP.

Neq; dicendum eſt, quod de animorum Medicina ſolum ſacra ſit ſcriptura intelligenda, namq; de corporum etiam medela, illiſq; facta huiuſce additione congruæ auctoritates adductę militant, & Serrarius *in Tob.* & alij adnotant curationē naturali medio, & modo penitùs fuiſſe peractam; cum enim dixit Tobiæ: *vt curarem te*, nemini dubium eſt, quod hoc naturali modo non ſit exequutus: Cum autem ſubdit Sarę *à Dæmonio liberationem eſſe efficiendam*, hęc partim naturalis, partimq; diuina viſa eſt; ſed naturaliter poteſt Dæmon fugari, vt accidebat Sauli manu Dauid Cytharædi pſalterium pulſantis, cuiuſmodi etiàm alia dat exempla Meyſs. in Pentagono, *pag. 82.* at enim verò vnicam tamtummodo negotij rectè faciundi rationem reddit, ſtatim ſubiungens: *Ego enim ſum Raph. ideſt Medicina Dei*, quod confirmat Meyſs. *pag. 7. & 73.* ex Orig. mente, *Hom. 14. cap. 23.*

Sanatio Tob. eſt nat, Sarę vero etiā ſuper naturalis.

Dæmon ab obſeſſis naturaliter excluditur.

ART.

ART. I.

Tobiæ acta enumerantur, & oculorum morbi, & remedia exhibentur.

QVOD ſi rem adhuc magis volumus enucleare, ipſius Archiatri acta apud Tobiam *à cap. 6. ad* 12. quod ad pręſens propoſitum negotium ſpectat, percurramus. Iuniorem Tobiam ſeniori Patri ducere, & reducere pollicitus eſt, votiq; compos eſt effectus. Pręterea pijs, ſolidiſq; collocutionibus, atq; documentis eiuſdem Iuuenis animum ad rectam viuendi rationem, & peculiariter ad matrimonium ſanctè obeundum inſtituit.

Sanationis Tob. hiſtoria, & Saræ à Dæm. Vindicatio.

Verùm pro morbi patris curatione ex Medici pręcepto ingenti piſce exanterato cor, ſel, & iecur tanquam ad medicamenta vtiliter neceſſaria reponere iuſſus eſt, ad extricandum, & expellendum ſcilicet ab hominibus omnium Dęmoniorum genus, & ad albuginem ab oculis abſtergendam ab hirundinum ſtercore cauſatam; quarum rerum vſum & effectum vtilibus comprobauit experimentis; Dęmonem ſcilicet à Sara iecoris ſuffitu propellens, atq; Seniori Tobię oculis felle oblinitis, & albugine veluti oui tunica, ceu interiori membrana ablata viſum reſtituens; & denique qua ratione ambo

Tobię

Tobię erga Deum ſe gerere deberent, eiq; pro acceptis beneficijs gratias agere, & non ſibi edocuit, quàpropter tam corporis quam animi Medicum erga eos ſe dignè quidem pręſtitit, & oſtentauit.

Verùm cum oculi ſint in primo genere cognoſcitiuæ primalitatis, aliqua præaccipienda hic eſſent ex noſtris roſetis phyſicis, quæ cum non ſint huius loci ab eorum enumeratione libenter ſuperſedeo. *Oculi cuius potētia ſint.*

Videamus igitur, quo pacto hęc fuerit facta Tobiæ oculorum albugo, & ſuffuſio; enim verò cum ſint oculi mollis & delicatiſſimę conſtitutionis, facilè quacumq; etiam leuiſſima data occaſione offenduntur; cumq; etiam ſint calidiſſimi, & ignei ſpiritus ab ipſis exhalent, (quod clarè cernitur quandoq; noctu ex improuiſo luminibus expergefactis, cuius effectus rationem dedimus in noſtris violarijs philoſophicis,) hinc fit quod ex humore aqueo, & chryſtallino ſemper vapores calido prȩagente facto impetu expirent; qui ſi incraſceſcant nebulā efficiunt, & albuginē, quę viſionem impedit, quod oculis ipſis patet in theleſcopio ab ambiente craſſo prȩoccupato, & etiam in perſpicillijs, quibus ſic conſtitutis res viſę apparent diuerſo modo, & forma ac ſint ex natura ſua oſtentandę. *Oculorū ſtructura.* *Albug. et ſuffuſionis cauſa & effectus.* *Cōgruētia.*

Cum ergo ſuper Tobię oculos ſterçus hirundinis calidiſſimum quidem, quod apparet ex eius operationibus Medicis quampluribus, & etiam quandoq; ex accidenti ipſius caſu ſuper pileum, vel pannum; comburit enim, & adeò lanam occupat, vt nullo pacto poſſit eius macula auelli, *Stercoris hyrūdinis Caloris vis.*

cumq;

Tobię Oculorũ ſuffuſio quomodo facta.

Huius duę ſpecies.

cumq; ſit maximè conſtipatę ſubſtantiæ, hinc factum eſt quod hac de cauſa impeditus oculorũ Tobię perſpiratus, incraſſatus ſit humor prohibitus expirare, & ſic fuerit efformata albugo, & nebula, quę ſuffuſio dicitur, cuius duę ſunt ſpecies, alia enim dicitur notha, quę à tetris ventriculi vaporibus originem ducit, de qua hic haberi non debet à nobis ſermo; & alia vera, & legitima quę habet materiam ipſius cauſam in oculo conſiſtentem, quę ad cæcitatem ducere poteſt, ſi rectis prȩſidijs non curetur.

Viſus Amiſſio quando fiat.

Tobiæ Cæcitas qualis.

Infigitur etiam in ipſa cornea, vel vuea viſcoſus humor, & augetur pedetentim, diciturque ferè inſpui, & eſt vitrei effluxus ad aqueum, aut à vitreo incipiens corneam ſuffundens, & paulatim creſcente ſuffuſione ad pupillam pertingens; quo pacto niſi acu cataracta abſtrahatur, viſus fit omnimoda amiſſio, ad hunc autem terminum non peruenerat Tobias, ſed tantùm oculos habebat ax albugine ſuffuſos præ humore cõdenſato, & à proprio ſtatu alterato, cuius quidem cauſa fuit nimia ſtercoris hyrundinis caliditas, quo facta fuit obſtructio ab humoris induratione, eo modo quo oui albumen induratur calore extraneo prȩagente, quo pacto facta fuit viſus priuatio.

Remedia ſuffuſionis.

1. Aqua ex felle Lucij.

Huic autem fel illius piſcis mirum in modum conduxit, cui quidem medicamento ſimilia ſunt ſacrę Scripturæ doctrina prȩeunte prȩſertim Lucij piſcis aqua ſtillatitia ex eius felle, & eiuſdem extracto potentior effecta; tutiorq;, & prȩſtantior euadit magis etiam ſi aliquid caphurę addatur.

Verum

Verum dantur etiam á proprietate alia huie morbo conducentia medicamenta, cuiuſmodi eſt hoc.

℞. Fellis caprę, vel perdicis vnc. ß. ſucci fęniculi vnc. vnam, vel eiuſdem olei drach. I. aquę mellis vnc. ij. fiat collyrium, cui addatur Aqua ex piculibus Roſarum.

II. Fel Capræ, Perdicisque

Vel etiam fel Caprę, vel Cerui diſtillabis per alembicum; & illo oculos illinies, penetrandi enim vim habet corneam ipſam, & craſſeſcentem humorem, & adhæreſcentem mucorem vitreum diſſoluendi; atq; etiam lyncis fel, & eiuſdē oculi mirum in modum huic morbo proſunt, & conducunt, ſimilia enim ſimilibus ſicut conſeruantur, ità & curantur.

Aqua Mellis. Aqua Piculi Roſ. Fel Cerui. Fel, & oculi Lyncis.

Cæterum non eſt, cur quęramus huius effectus cauſam notiſſimam, cum enim fel ſit bilis ſedes, & acris hæc ſit, & calida temperatè, attenuat humorem impactum, & eius vigore paulatim eo euaporato diſſipatur; quod ſi debitè præparetur, potentiùs operatur, quod obſeruatur etiàm à fęminis Coſmeticis inſudantibus, quę fel Tauri diſtillant ad impetigines, & maculas etiamà facie abſtergendas, & repellendas.

Fellium operationis cauſa. Coſmeticorũ ex fellibus operationes.

Aqua verò, ſeu etiam oleum ouorum, vel albuginis, vel lutei efficaciùs operatur, pręſertim verò, ſi cum ea quę ex corticibus, tunicis, & membranis ipſius oui educitur, miſceatur, quæ cum ſacræ hiſtoriæ ſenſu coincidere videntur.

III. Aqua ex ouorum tota Maſſa.

Denique adſunt ferè ſacculi medicamentorum tùm ſimplicium, tùm compoſitorum pro huiuſmodi morbo depellendo ab authoribus expoſiti.

Primoq;

Aqua Vipera. Primoq; excellit ſtillatitia ex carne viperina fimo putrefacta, vnaq; cum chelidonia minori deſtillata, vel alijs herbis ophthalmicis morbo, illiuſq; ſubiecto conuenientibus.

V. Aqua Sapph. 2. Aqua ſapphyrina Anſelmi Boëtij de gemm: *cap.* 43.

VI. Aqua Vrinæ Lyncis. 3. Vrina diſtillata ex Saſſonia præſertim verò ſi lyncis ſit, & efficacius operatur ſi eius ſal cũ ea permiſceatur.

VII. Aqu Lapidũ. 4. Aqua lapidis calaminaris, vel etiam cryſtalli Rulandi, Querc., Croll., Begu. & Mynſicht in ſuo Armamentario plurima præſidia exhibet adaptata.

Ophthalmicũ vero Croll. *Baſil. Chym. pag.* 244: omnia ocularia excellit cum omnia alia in ſe cõcludat, & recludat, quarè optimum omninò eſſe exiſtimetur, cui quidem dignam facem explicationis exhibet, & præfert Hartmannus, qui etiam in ſua practica Chymiatrica alia ſuperaddit.

Cataractæ Remedia. Si autem adſit conſpicua ſuffuſio cataractam incipientem præoſtentans inſuffletur puluis tenuiſſimus oſſis Sepiæ cum Saccharo candido pulverizato permiſtus, vel etiam alumine vſto addito ſi neceſſitas vrgeat, & fiat inſufflatio calamo ſcriptorio; cui quidem iuuat etiam multum puluis ex cortice cancri fluuiatilis in olla & in furno exſiccati, vel etiam oſſicula Lucij piſcis præſertim maritimi quæ in eius capite inueniũtur.

Valet etiam pinguedo hepatis muſtellę in vaſe vitreo ſuſpenſo ſoli expoſito, & tali pacto elicita; quo modo etiam aqua ex corticibus citriorum, limonum, & aurantiorum ad hunc effe-

ctum

ctum prꝑſtantiſſima præparatur; cuius vis clarè apparet ex illorum in oculos comprꝑſſione, quorum acuto humore oculi ſtatim alterantur, & lachrymę proſiliunt, & ſic ab humore extraneo repurgantur, quod patet etiam ex magis cōgruo eorum vſu capitis purgatione facta commodiùs, & tutiùs quam tabacchi peſſimo vitio, ſi enim in turundarum formam educantur, & naſo imponantur, (quod etiam de pane porcino fit) eorum mordacitate, & acri humore præagente, fit nobiliſſimum caputpurgium. *Corticũ malorũ Citriorũ vis pro oculorũ, Capitis repurg.*

Deniq; verò ſi cataracta conſiſtat acu ingenioſè auellatur: pro quo negotio digni huius artis practici conſulantur.

ART. II.

Hiſtoria Tobiæ de piſce, & eius virtute ad incudem reuocatur.

Licèt hiſtoriam hanc conſpicuam omninò reddat ſuis clariſſimis dilucidationibus Valeſius *cap.* 42. tamèn vt ego etiam meum huic ſymbolum afferam, ne omninò vacuis manibus me hic exhibeam, & vt etiam meam qualẽ qualem opellã ad illam corroborandam præſtem; diuinat animus piſcem illum potuiſſe eſſe vitulum marinum, qui ad fluminum oras ſæpè ſæpius cōmoratur, & torua facie, & oculis irretortis terrorem incutit. Adde quòd eſt voraciſſimus, & aſpectu immanis, nàm & reboatus ſtridore, & *Piſcis Tob qualis fuerit.*

 ſerra-

ſerratis dentibus, & terreſtris vituli facie tantū ſpeciem præſeferente, videntem perterritū ſuis *Vituli maritimi deſcriptio.* toruis, maximiſq; nigricantibus oculis pertimeſcentem pauore occupat; quare non mirum eſt ſi ex eius improuiſo aſpectu puer ſtatim rerum naturalium ignarus, eum nimirum proſpiciens ex aquis facto impetu, quaſi pedibus quattuor alis progreſſum irruentem ad ſe deuorandum maximè timuerit, horroreq; perculſus ſit.

Hiç enim cum ex littoralium piſcium genere ſit, & more etiam animalium aquatilium, & terreſtrium depaſcatur die dormit, nocte verò accedente, vel etiam ſummo mane oberrat ad cibum more terreſtrium etiam ex arboribus capiendum, & aſſumendum, cuius piſcis anatomē perfectam in noſtra Iatrochymia damus.

Cum igitur Tobias puer iter tota die peregiſſet iuxtà Tigrim pedem fixit, vt ex itineris defatigatione pedes abluendo laboris impetum impacti ſubleuaret, ſtatimq; irruit immanis, & littoralis piſcis, (qui ſaltem de huius genere eſſe *Fellis Piſcis vituli vis.* debet) cuius fellis in oculis à ſordibus, & maculis repurgandis maximam virtutem expertus ſum, ſi præſertim chymicè præparetur, eiuſque cor, & iecur ſuper prunas repoſita acutiſſimum *Dæmonis à corporibus effugatio quibus fiat.* ſuffitum olent, ex quo Dæmones forſan propulſi ſunt, qui malis quidem odoribus (vt ſibi ſimilibus) quandoq; delectantur, & in ijs ſedem figunt, ſed acutos, vt rutæ, ſulphuriſq; aufugiunt, vt adnotat Delrius, *Diſq. mag. lib.* 6. *c.* 2. *ſ.* 2. *q.* 3. quia ſcilicet acuta vi pollent, qua craſſos, & ferè duros humores, in quibus vt plurimum commorantur diſſipant, quibus deſtructis a loco, cum

fixam

fixam ſedem non habeant, quibus remedijs addit phyſica, & hyperphyſica diuina remedia Meyſs. Pent. *Pag. 16. & ſeq.* & nos capite de ſulphure ex his aliqua propalauimus *In Iatrochymia lib. 3. 16.*

Videnda autem ſunt quamplurima antidæmoniaca in Serrario *in Tobiam* cuius pręcipuum antimonium eſſe cenſetur, quare quidam Medicus non ingratę notę ęgrotos antimonium petentes eſſe Dęmonium pręmonebat, ſed antidæmoniū etiam eſſe aliquandò coactus eſt confiteri, vt nos ſuo loco in Iatrochymia propalamus, quia ſcilicet humores viſcidos melancholicos, in quibus Dæmones reſidere percenſentur attenuat, diſſipat, debacchatur, & conſequenter Dæmones à ſua ſede, & loco deturbare exiſtimatur, quare eſt brachium, & digitus Dei potentiſſimus in huiuſmodi morbis, ad quos veluti ad ſacrā anchoram confugiunt, & ſuæ ignorantiæ craſſos camelos indocti Medici ſubito facto impetu colligant, ſed Dei manus: preceſq; ipſi ſuſæ ſunt antidęmoniaca potentiſſima. *Antimonij energetica vis.*

Videamus iam verò etiam quomodo effectus fuerit in Sara huiuſmodi morbus, & quam cauſam habuerit, quę quidem ex ipſius Sacrę Paginę cōtextus attētą pręlectione clarè patēt, ſunt enim quidam morbi aſtrales à ſyderum influentijs originem ducentes, qui non poſſunt adeò facilè euitari, cuiuſmodi eſt Cacodęmon Luxurię, quam Tobias, & Sara à ſe primò auerterunt, & ſaluus ipſe factus eſt à Dæmonis Luxurię oppreſſione, pro ſpirituum in coitu defectu, vel ab eo præſeruatione facta, & matrimonio tantùm pro filiorū *Sara morbus qualis, et quomodo extiterit.* *Aſtrales morbi quales ſint.*

propagatione litarunt, *hoc enim genus Dæmoniorum non eijcitur niſi ineiunio, & oratione, vt ſacra Pagina teſtatur, Mar. 9. 29*, & huiuſmodi peſſimus animi affectus ille eſt, á quo D. Paulus, & Regius vates liberari cupiebant, & continuis precibus efflagitabant, ſub nomine *incurſus Dæmonis meridiani, Pſal. 90. 6. & Angeli Satanæ à quibus miſerè colaphyzabantur*.

Dæmonis fuga à Sara quomodo fuerit facta. Et alia Dæmonem propellentia.

At verò cur iecoris piſcis ſuffitu fuerit à Sara Dæmon effugatus ea eſt naturalis cauſa, quia graueolentes acutoſ odores auerſatur (licet ipſe in ijs ſemper verſetur) ſemper antypathiam qua ſui mali, quo extorquetur, reminiſcitur, & ſic magis affligitur; hunc morem, vt cum phyſicis agerent, imitatus eſt Codronchus ſuffumigia fortia in vſu ponens, at Lullius, & cum eo Villanouanus, *lib. de rem. contra malef. p.* 1530. hypericonis ſuffitum approbat ſacrę Scripturæ exēplo ductus; quod cum eo hic ſignaturam ſanguinis habeat, & exprę ſſus commonſtret, & etiam odorem iecoris ſuper prunas combuſti redoleat, cuius acuto odore Dæmon popellitur, at alia multa, quamuis ſuperſtitionem ſapiant addit ex Gilberto; ſed verò oratio, & diuini nominis inuocatio, vel ſacrorum librorum lectio, vel diuinorum aſportatio, & ſacrorum frequens vſus, diuini potentiſſimi remedij rationem omnino habent.

Medicina quæ per ſe nõ curet. Fæminæ cur faci-

Huiſmodi autem morborum non eſt per ſe aptum pharmacum, niſi in Dei ſchola ex Medicorum, & Paracelſi etiam mente, vt pluribus teſtatur Campanella in Medicinal. *l.* 5. *c.* 10 & de ſenſu rerum: *l.* 6. *c.* 3. *ar.* 2. fęminæ verò facilius

lius his morbis tentantur propter ſubitam, & duram imaginatricis vim, quam ſub nomine magnetiſmi duarum ſtatuarum, ex Magnete cum chordulis omnibus membris applicatis, explicat P. Kirchier, *de magn. l 3.* ex vnius enim motu harmonico concentu, ſicut alterius ſequitur ſonus, ſic etiam ex vi fęminæ imaginatricis idem cernere licet, ad cuiuſcumq; rei aſpectum, vel illi potentiæ repræſentationem. *lius à Dæm. capiātur.*

Adde etiam & vteri melancholicos affectus illam occupantes, & è proprio ſtatu deturbantes; adde vltimo duras inimicitias, quas cum ipſis habet, quas facile poſſe decepiſſe recordatur ex Euę lachrymabili errore, *Gen. 3. 13. & v. 15. ibid. c. 26 21.*

Cæterùm totam hiſtoriam ſuo loco fuſiùs, & dilucidiùs explicabimus, cum in ea quamplurimę inſint maximæ aliæ difficultates enodandę præſertim de corde, & Iecore, & felle ipſius piſcis; qui quidem ſi modò ſuperius recitato accipiatur, cum flumina ingrediatur, etſi pro communi cōmeſtionis vſu non ſit, tamèn de hoc nullo ſcrupulo ego comederem, (quod & de piſce Tobiæ factum fuiſſe conſtat ex ſacra Hiſtoria *Tob. vi. 6.*) cum maxima ſuauitate prædita ſit carnis, cūq; etiam de natura terreſtrium participet, quæ quidem ſolidior, & magis ad nutritionem apta exiſtit, quod etiam de Crocodillo, ſub cuius genere poteſt etiam reponi, eſt ſentiendum, licèt in ſerpentum ordine reponatur, eadem quippe ratione, qua de viperarum carne, eiuſq; vſu, & ſale viperino à Bruſchio mira, & à Baldo Angelo *op. prop.* deprędicantur, & nos in Iatrochymia *Vitulus Piſcis bonæ eſt comeſtionis.* *Crocodilli carnes quales. Et etiam viperarū earūq; ſal p omnis.*

illorum ſententiam exemplis corroborauimus, fel enim vero etiã viperarum oculis male affectis illitum, mirum in modum conducit, quod etiam de canis piſcis felle aliqui contendunt non indecori ordinis authores; quid verò ſi hęc chymicè pręparentur?

Fel etiã canis piſcis.

Demum hic tandem colligitur, quod iure meritò pro vtroq; ſibi à Deo iniuncto, & exequuto munere, túm ſpiritualis túm corporalis Medici (cuius veſtigia debet quiſq; ſedula diligentia ſectari) à S. Eccleſia ipſius S. Raphaelis orationem hoc explicantem ſub eius imagine permiſsã habemus, quam veſperi antè cubitum, & mane ſtatim à lectulo ingeminatis animi deuoti ſonis recitare debemus, cum nihil aliud, quam ſanitatem in hoc Mundo peregrinantes exoptemus.

Deus qui ex tua ineffabili bonitate B. Raphaelem Archangelum fidelibus viatoribus ductorem, malèq; habentibus Medicum ab initio conſtituiſti te ſuppliciter rogamus, vt nobis opem dicti Principis implorantibus patefacias ſemitam ſalutis, & ægritudinũ tam animi, quam corporis ſalutarem medelam concedas. Per Dominum, &c.

Quare iure merito à vigilantiſſimo noſtro Paſtore Vrbano VIII. animarum noſtrarum Medico egregio fuit eius Officium appoſitum in Breuiario recitandum Dom. tertia poſt Paſcha cum hac oratione.

Deus qui B. Raphaelem Archangelum Tobiæ famulo tuo Comitem dediſti in via: concede nobis famulis tuis, vt eiuſdem ſemper protegamur cuſtodia, & muniamur auxilio. Per Dominum, &c.

APPEN-

APPENDIX I.

De oculis admirandum.

CVM de Tobiæ oculis à recremẽto hirundinum obcçcatis actum à nobis fuerit, non reticebo hiſtoriam, quç humanum captum videtur ſuperare, & quç à Clar. Baldo amico prçcipuo, idoneis allatis teſtibus Platero, & Ioan. Rungio *l. 1. prax. D ſp. de viſ. ſymp.* verbis Hentici Smetij oculati teſtis, *lib. 5. Miſcel. Medic. Ep. 13.* hoc pacto deſcripta omninò extat; *Cæcum, inquit, quendam vtroq; oculo orbum naſo pro oculis vtentem vidi, cuius beneficio obiecta omnia diſcernebat. Is dextro oculo antè annos multos, cum puer eſſet, priuatus fuerat, tandem iuuenis factus (ruſticus erat) ex ceraſo in palum dumi ligneum faſtigiatum delapſus, vultum impegit, vt naſum vnà cum oculo ſiniſtro, genà, palpebra vtraq; & ſupercilio diſrumperet adeo fœdè, vt Chirurgus oculi globum auulſum prorſus crederet, eumq; palo inhæſiſſe. cicatrice tandem inducta, poſt annum ab accepta plaga, dum in gramine apricatur, fortè lucem, ac floſculorum candorem humi animaduertere occæpit per naſi cauitatem; Et iam per quinq;, aut ſex annos continuos viſionem eo modo exercuit, vt quidquid offeratur, naſo oculato diſtinguat exactè, ſed deſpectando, ſuſpectando enim lucem ferre nequit.* Hæc Smetius. *Auctores citati, dum cauſam, & modum quærunt tam portentoſa viſionis, ità philoſophati ſunt, quod ſicut palpebra ſuperior abrupto muſculo attolli amplius non poterat, ſed conglutinatâ*

Mirabile de naſo oculato.

quoq; cum adnata oculi coaluerat: Ita etiam auulſo muſculo, qui oculum verſus angulum externum retrahere ſolebat, pupilla in angulum naſi internum ſe prorſus abdiderat; & quia oſſilla naſi non fracta modo, ſed & luxata quodãmodo concinnè reſtitui non potuerunt, accidit vt naſus preſſior, latiorq; ſiniſtra præſertim parte euaſerit: adeoq; eiuſdem naris meatum patentiorem curatio reliquerit: per quem diſtorta latitanſq; pupilla videndi munus obibat, & res quaslibet naſo obuias internoſcebat, quaſi per dioptram, ſeu fiſtulam. Porrò hic conſtat globi ocularis, ipſorumq; viſus inſtrumentorum ſaluam, atq; integram extitiſſe compagem, & ſi secùs crediderat Chirurgus, & adſtantibus perſuaſerat.

Sed ſuperat omnia portenta, quod olim Heidelbergæ contigiſſe à Matth. Vuaggero narratum ſibi ſcribit Keplerus; nempè, quendam oculo altero amiſſo, altero manus palma tecto, ſi ſplendens quidpiam infra nares ſiſteret, ſplendorem agnoſcere, atq; etiam internoſcere quadãtenus potuiſſe. Sed audiamus Keplerum, qui ſibi ita perſuaderi paſſus eſt, dum ait: Spiritum animalem ibi tum lucis, & coloris fuiſſe receptorem, vti alias oculo integro retinam tunicam: lucem vero, & colorem per biatum aliquem è naſo ſurſum in vacuam oculi cameram, & caput, adq; nerui viſorij extremitates, ſpirituum ſedem, porrectos eſſe, vel certè olfactus inſtrumenta tantùm petiuiſſe, in quo fortaſſis etiam ijdem ſpiritus diffunderentur. Quidquid de hac re ſit, ſufficit caput iſtud curioſa, & eleganti inueſtigatione clauſiſſe, raro planè, ac fortè à retrò elapſis ſeculis euentu non antea audito. Huic ſimile eſt quod de Pruni inſitione, ac efflorеſcentia memorat Licetus nodorum indiſſolubilium, nouus ſed diuerſo modo, doctiſſimus Alexander *de quaſ. per Epiſt.* quæ

quidem

quidem in ſterno Iuuenis Hiſpani refloruit.
Plura addit pro oculi nobilitate, & dignitate, & curioſa inueſtigatione, & nouitate digna quidem Scheiner Mathematicarum maximum Iubar & Incrementum in ſuo Oculo.

CAP. V.

De Medicina à Profetis facta, & celebrata.

VT ab Archangelo Medicinæ præpoſito ad homines, & quidem prophetas, quibus D. O. M. ad eam faciendam vſus eſt, tranſitum faciamus; hic ex parte Sacer Codex eſt reuoluendus.

ART. I.

De Medecina Moyſis.

QVod Medicum Moyſem apellem, hoc prima fronte alicui mirum, neque durum videatur, quandoquidem ſapientiſſimus fuit Moyſes, de quo Philo Iudęus. Præceptores puer intra modicum tempus ſuperauit natiua docilitate inſtitutionem pręcurrens, vt reminiſci videretur, non diſcere, in rebus difficilioribus de ſuo comminiſcens aliquid; quippè pręclara ingenia multa nouant circa ſcientias.

Moyſis aptitudo ad ſcientias.

Ar.

At verò ne à recta ſacrę Paginę ſemita exorbitemus, pręaccipiẽdum eſt primo *ex Rab. Moyſe Egyp. l. 7. perpl. c. 49.* quod Moyſes Deo auctore victus rationem populo, cuius erat præfectus inſtituit, & cibos ab hominibus aſſumendos in ordinem digeſſit, tam ad viuendi normam, quam ad corporis ſanitatem tutandam, ſingula enim quę in lege ſua prohibet ne comedantur, ſi in cibum adducta fuerint, malum generant nutrimentum, & humorem corpori non conducentem, quod præter alia animalia de ſue animali immundo, & Leprę feraci, quod ex gramine facili in eorum carne diſperſione palam cernitur, enunciare facilè ſit.

Ciborum delectus ex Moyſe.

Sed cum hic incidant neſcio qui nodi vel ſoluendi, vel reſcindendi, vel magis inuoluendi prę noſtri ingenij debilitate, ne tamen nodum nos quærere in ſcyrpo quis putet, hic ex inſtituto, cum arbitrer alimenta Moyſem iuxta Medicinę leges populo pręſcripſiſſe, quęrenda ſunt nonnulla ipſius Medicinę propedeumata neceſſaria.

§. I.

De Pane Azymo, & de Alimento, & de Medicamentis.

HIC prima fronte cum Panis ſit commune edulium; & non niſi cum eo menſę quamuis delicatiſsimę, & lautiſsimæ inſtituantur ſeſe nobis offert examinandus.

Panis neceſſitas.

Panis autem nomine in ſacra Scriptura omnem cibum

cibum comprehendi notant doctiſſimi Interpretes, vndè à Chriſto Domino fortaſsè inſtruimur non tam panem preſsè ſumptum à Pane Cœleſti petere; quam alios cibos, qui faciunt & ad guſtum, & ad neceſſitatem. Nos hic de pane Azymo agemus ſolummodo, & quia à Móyſe Hæbreis indictum non ignoramus, á Moyſe, inquam, quem Medicinam caluiſſe aſſerere oportet, non eſt cur ſecluſo myſterio, quod agnoſcimus, tanquam quid tunc temporis Hæbreis accommodatum, minimè noxium negare velimus.

Vt autem de alimento aliquid obiter ediſſeramus, ſciendum eſt, alimentum debere eſſe tum ſimile rei viuenti quam nutrit, tum diſſimile: id autẽ duobus modis intelligi poteſt, vno, vt antè concoctionem diſſimile ſit, & per concoctionem fiat ſimile, quod tradit Ariſt. *lib. 8. Phyſ. c. 7. & alibi*. Altero, vt etiam antequam decoquatur, vtrumq; horum ei conueniat, & partim ſimile ſit, partim diſſimile. Differt autem medicamentum ab alimento, quòd medicamentum in nos agat alterando corpora noſtra, alimentum verò patiatur ſubeundo mutationem, & conuerſionem in ſubſtãtiam noſtri corporis. *Alimẽtũ quale eſſe debeat*

Audiamus Gal. *Nec minus, inquit, diximus quatenus differat nutrimentum à medicamento. & quod nutrimentum vincitur, ac ſuperatur ab eo, q[uo]d nutritur: medicamentum autem contrà, ipſum enim vincit, ac ſuperat corpus, cuius fuerat medicamentum, quippe cum vtriuſq; referat ad aliquid notio. lib. de ſimp. med fac.* *Medic. & alim. differ.*

Non negauerim tamen alimenta corpora noſtra poſſe immutare, quidquid aliqui in contra-

rium

rium ſentiant; ſiue temperaturam, ſiue mutationem coloris, licet difficilius, ſiue mutando ipſam faciem, quo pacto Licetus ex Ioan. Rhãnuſio in hiſtoriȩ Scythicæ prȩfatione narrat tres nobiles Venetos, diù apud Scytas commoratos, eorumq; victui aſſuetos, domum deniq; reuerſos Tartarica facie, non multum à ferina diſſimili, parum, aut nihil humanæ conſimili, à nemine ſuorum cognitos fuiſſe; ſiue mores ipſos conſideres, ob eum quem habent annexum cum corporis temperamento. Dido illa apud Maronem egregia teſtis eſt, dum de Aenea infido, quem deperibat Amaſium *Virg. l. 4. AEn.* ait.

Alimẽti in corpus actio.

Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus Auctor
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus; Hircanæq; admorunt vbera Tygres.

Sed ne reſiliamus extra chorum, & ſpartam noſtrã colamus, non ſiſtam tamen impetum calami, qui excurrit, vt acumen infigat opinioni paradoxicæ Rabini cuiuſdam in Medicina, quẽ à munere, & modo procedendi intelligo Stephanum de Caſtro Luſitanum: Is enim opinatus eſt alimentum niſi conſuetudine fulciatur, neutiquã poſſe alere, niſi aſſuetudo reddat, quod iam fuit exoticum familiare. Malè ſit mulieri illi Hebreȩ, quæ dira fame percita filij carnes vorauit, vnicũ quem habebat: Siccine mulier reſorbes viſcera tui vteri laniatrix crudelis, nec te tamen alis, dum fames in rabiem te agitat? Cur non potius aurum, lutum, ſtercus in ore verſas, in viſcera mandas? Allidimur ad hoſce ſcopulos, dum ſapientum virorum ſcripta impugnamus, quemadmodum miſer ludibrio habitus eſt impugnans

Her-

Herculem Ligurem Licetum noſtrum. Sed quid carduus ad cedrum Libani?

Alimẽta quæ & qualia ſint à

Notandum autem eſt, vt res, de qua agimus, fiat dilucidior, alimenta in multiplici eſſe differentia, alia enim ſunt propriè nutritiua, cuiuſmodi eſt panis, & obſonium, ſiue durum, ſiue liquidum, & quæcumq; ad tollendam famem aſſumuntur, quę eſt repletionis, vel ſaltem ingeſtionis appetitus, cum fiat perfecta naturalis fames ex inanitione, quidquid dicat Ariſtoteles, cũq; etiam vini potio famem ſoluat ex Hippocratis decreto, *Aphoriſ. ſec. 2. Aphoriſ.* 21. & alia etiam humida, & frigida famem ſedent, & ſitim facilius tollant calida, & humida, vt præter alios probat in ſpecie Paulus Ruſconus, *op. prop.* Horum autem obſeruandas regulas dat vaſtiſſimum Camp. ingenium *Med. lib. 2. c. 2. art.* ex

Fames quid ſit contra Ariſtotelem.

Sitis qd ſit.

Alia enim verò alimenta digeſtiua ſunt, quæ propriè ad noxiorum purgationem, & etiam expulſionem pertinent, quę quidem pluribus modis fiunt, quos etiam repreſentat, *cap. 3.* quibus adiungit præſeruatiuæ, & conſeruatiuæ vitę methodos, & rationes, *cap. ſeq.* quibus nihil ex mea tenui penu ſuperaddo, cum oleum, & operam ſic deperderem, & non tanto viro notam, ſed mihi quidem duriſſimam inurerem; tu illius ſplendidiſſima tæda Medicinæ faciundæ lumen magis illuſtres.

Egeſtiua alimenta quæ.

Adnoto tamen, quod alimenta tales in nobis producunt ſuccos, qualia ſunt elementa, ſeu magis principia, quibus conflantur, & in eſſe conſtituuntur, at cum elementatis nos nutriamur, ipſa per vim naturalem chymicè quidem

magi-

magiſtraliter operantem reſoluuntur, ſetſi rectè adnutritionem congruentia iuncta ſint elementa, ſeu principia cum rebus ipſis proſunt, alioquin alterant, & humidum innatum debacchantur.

In alimẽtis prænotanda.

Neq; enim venenatis propriè dictis, quis poteſt diutiùs vita frui, fabulæ ſunt, quæ de his hiſtoriæ recenſentur, cum multa quidem ſint ſalſa, alia ſulphurea, & plurima mercurialia, quæ ſi debita inter ſe ſymmetria non iungantur ſuperflua euadunt, & multa excrementa, & vitioſa pariunt, vel propria qualitate præagente, & inficiente de medio tollunt illis vtentem, ſed verò iuuant, ſi iuxtà requiſitas à natura leges, ſint ſimul colligata.

Venenũ annutriat

Venenũ q̃ũs tale non nutrit.

Hinc autem oritur tertium alimenti genus, q habet partim nutritiui, partim etiam purgatiui rationem, qua de cauſa diligenter animaduertenda ſunt ægri natura morbi cauſa, pars affecta, & medicamenti actio, & vis, vt errores quamplurimi in arte inſignes, & craſi, & palmares euitentur, vt notat doctiſsimus Meyſs. *Pent. p.* 89.

Alimẽta nutritiua & ſimul purgatiua.

Cum autem quædam ſint, quæ etiam ſi alimẽti puri nomine veniant, tamen etiam medicamentorum rationem ſortiantur, vt idem auctor de Manardo, & alijs recitat, idq; à cauſis, & conditionibus indiuidualibus ducat originem; hæc ſunt ſedula animaduerſione prænotanda, ne aſſumpto pharmaco, alioquin etiam alijs alimentoſo, æger miſerrimè (quod turpiſsimum dixit Hipp.) vitæ terminum concedat; quarè in omnibus, & ſingulis quoquo modo ab ęgroto aſſumendis eſt maxima diligentia (& quibus pręſertim communiter pro ſanitate vtatur, quouis

Cautiones in Purgãtiũ pharmacorũ exhibitione.

termino

termino ſumpta) ægrotus examinandus, vel ſaltem ſi non poſsit ipſe reſpondere, circunſtantes, vel familiares interrogentur, ne huiuſmodi inconuenientia, quæ laruam Medico, notamq; iniuriæ Apollineæ arti maximam faciunt, facilè ſequantur; ſed proh dolor? hic error communis eſt, tanto labor, & ſtudium odio habetur à noſtratibus Medicis, ſed tantùm crumenæ adimplēdæ deſiderium ſollicitè agitatur quo fit, vt ad has aſtrales conditiones animus non adhibeatur; expertus meo malo loquor, quo factum fuit, vt Medicinæ animum adijcerem, & vt etiā Aſclepiades ex Celſi relatione, *l. 5. Sen. 1.* medicamentorum vſum magna ex parte non ſine cauſa ſuſtulerit, cum omnia ferè ſtomachum lædant, maliq; ſucci ſint, & ad ipſius victus rationem potiùs omnem ſuam curam tranſtulerit, quo ego conſilio edoctus ad bonam qualem qualem frugē imbecillimā meam ſanitatem medicamentis labefactatam deduxi. Verū hęc in ſuo recto ſenſu ſunt accipienda, cum non omnes morbi ſic curentur ſed medicamentis aliquibus indigeant.

At enim vero manna ſalubre, & delicatiſsimū alijs medicamentum mihi ſtomachum, & nauſeam ad eò mouet, vt ſpiritus omnino adimat, quod medicamenti genus, quam incommodum ſit, & mea natura refugiat, ſic nullus inficiatur, quare optimè Celſus ait, *lib. 3. ſent. 2.* quod *illud ignorari non oportet, quòd non omnibus ægris eadem auxilia conueniunt.* *Māna ſalubre, & inſalubre Remed. à quo modo*

Hoc autem meum exemplum coincidit cum illo allato à Meyſs. *Pag.* 90 de Comitiſſa à leuiſſimo pharmaco grauiſsimè afflicta; at quoties in

dies

dies hęc accidunt, quoties hæc vidi cum vitę diſcrimine, & morte ipſa à rudibus, & ambuonum more operantibus Medicis perpetrata, & quod magis nos excruciat, ſine pœnę nota, & lege impunè hęc peraguntur; ſed hæc ſatis in præſentia cum hic contra noſtri ęui Medicos calami aciem mihi dirigere fas non ſit; cum res ſacra, quę à nobis nunc medica pertractatur apologeticas (licèt tamen debitas vias, & ſemitas) diffugiat; intelligant tamen hinc an ſub mortali peccent, ſi hæc non obſeruent, non enim ſic iuxtà regulas artis, vt tenentur, medicinam faciunt, quare grauiſsimè huiuſmodi non Medicos, ſed hominũ diram lanienam, vel etiam carnificinam tortoriã impunè exercentes grauiter peccare mihi perſuadeo, cum contrà quintum Dei pręceptum recto ſtylo in ſuis ſic malè meditatis operationibus procedant, non animaduertunt enim aureis Corn. Celſi dictis *lib. 2. ſent. 23. quod medicamentum non ſemper ægris prodeſt, nocet verò ſemper ſanis, & quod etiam medicamentis vti, niſi in vehementibus malis ſuperuacuum eſt lib. 4. ſent. 2.*

Medicorũ errores.

APPEN-

APPENDIX II.

Quale debeat eſſe alimentum.

IN ſacro Codice *Gen. c. 9.* habetur quòd omne quod mouetur, & viuit erit vobis in alimentum: ex quibus ſacri Vatis Philoſophi dictis clarè elicitur alimentum debere habere aliquam ſimilitudinem cum noſtra ſubſtantia, quare debet conſtare Igne, & Aqua, & habere in ſe aliquem ſenſum, & motum habilem ad alterationem, ità vt facilè ſequatur tranſmutatio in ſubſtantiam paſſi, quare ab eo videntur excludi lapides, & metalla, quæ licèt videantur habere ſenſum, vt vult Campanella *de ſenſu rerum* tamèn habent impropriè loquendo, & non aptum ad alimentum; nemo enim dare poteſt quod non habet; igitur cùm lapides & metalla vitam nullam habeant, quomodo poſſunt vitam impartiri? quod demonſtrat Hip. cum ait: *lib. de Inſom. Quandoquidem à mortuis Alimenta, & Incrementa, & ſemina ſuppeditantur,* quibus oſtenditur mortuos viuos alere.

Metalla non nutriunt.

Elementa autem non nutriunt ſi ſimpliciter ſumantur, quia ſic ſumpta non poſſunt decoqui, neque alterari; Lapides vero, & metalla etiā ſimpliciter ſic ſumpta non nutriunt, at Chymicè præparata ſunt magiſteria valida, ſed aurū potabile, & huiuſmodi alia, non quidem ſim-

Neq; lapides.

Quomodo autē nutriāt.

Odor et ſpiritus an nutriant.

pliciter ſic nutriunt, ſed cum alijs pręparata,& ſuis ſpiritibus validioribus vires debiles reficiunt,quod accidit etiam in odoribus,qui ſpiritus generant, hinc verificatur quomodo vitæ terminus fuerit Demetrio protelatus odore mellis, & panis recentis; quia illi vapores humidi ſunt alimentitij, cum ſint partes tenues alimēti non propriè dicti, ſed latè ſumpti, quatenus in ſpiritus ſunt facilè reſolubiles, quibus vita conſeruatur; qui eſt effectus potentiſſimus magiſteriorum, & elixiriorum.

An oſſa. et quo- quomodo

Licèt autē aliqui oſſa cum metallis confundant, falſum eſt, quia videmus canes his nutriri propriè loquendo; licet enim egeratur ab ipſis per ſeceſſum materia albicans omnino oſſibus ſimilis, tamen extrahitur vi caloris validi ventriculi humidum pingue aptum ad nutritionem, in quo hallucinatus eſt Antonius Ponçe Santacruz. *De Hipp. Philoſoph.*

§. II.

Sequitur Panis Azymi elucidatio.

SED ad inſtitutum progredientes, de Pane Azymo ſic ſentiebat Clariſs. Sebaſtian us Baldus, nexu mihi tàm intimo iunctus amicitiæ, quã Ionathas, & Dauid vinciebatur: Enim verò quo pacto potuerit Moyſes tam prauum, tam noxium, tamque à Medicis damnatum

tum edulium Hebræis præſcribere; idq́; citrà ſanitatis noxam, planè in hunc ſenſum reſpondit, & in hæc ipſa verba. *Cur Moyſes panem azymum, qui ad obſtructionem in corpore gignẽdam, vt maximè aptus, difficiliſq́; concoctionis exiſtit, iuſſerit Hebræis manducandum, ſanè non ea res videtur eſſe, quæ ità facilem admittat explicationem. Ego, quia Hebræi gens aſpera, & laboribus inſumendis idonea terram promiſſionis peregrinabundi petebant, & qui quidem laboribus aſſueti ſub Amanepho Rege Aegypti, lateribus coquendis, vrbibus condendis, & extruendis inſanis molibus (quales ſunt Memphis Pyramides) nauabant operam; putem huiuſmodi panem neutiquã ijs noxiũ, ſed potius proficuum fuiſſe.*

Noua Quæſtio.

Panis Azymi præceptũ vnde habuerit originẽ.

Hebræorũ peregrinãtiũ labores, et ſtudia.

Hi nimirum, qui armis tractandis, longis itineribus per deſerta loca conficiendis vitam, & ætatem prodigere debebant valido calore præditi longaq́;, & aſſidua exercitatione inaucto, imbecilliora cibaria repudiaſſent potius, vtpotè minùs ipſis congruentia, quam fortia, & validiora, quæ huiuſmodi hominum generi ſunt opportuna magis. Scimus certè ijs, qui rura colunt, & ruſticè viuunt res difficilis concoctionis haud eſſe noxias; bibant licet aquam, & cruda ingerant: videmus peræquè noſtros montes incolentes vegetos, floridos, & ſucci plenos, qui tamen caſtanearum eſu, & lympha alti, lautiùs præ his viuunt, qui opiparè viuunt marcidi, effœti, & imbecilles; iudicio ſunt ætates, & Athletæ, vt inquit Hipp. in Aphoriſ. S. 1. Aph. 15. de quibus athletis, Cypriani locum Epiſ. ad Donatum reponere placet: Impletur, inquit, in ſuccum cibis fortioribus corpus, & aruinetoris membrorum moles robuſta pingueſcit.

Ruſticorũ cibi.

Eorũ vita, et alimenta.

Laus vitæ ruſticę ex D. Cypr.

Google

Panes ſubcinericij in ſacra Scriptura quã ti exiſtimati.

Addo inſuper in S. Scriptura, apud Hebręos familiare fuiſſe panibus vti ſubcinericijs, qui nullo fermento conſtabant; prætereà quos panes in hoſpitibus excipiendis pararunt, ſiue Abraham, ſiue Loth, Gen. 18. & 19. ſiue Gedeon Iudic. c. 6. 19. ; abſq; fermento fuiſſe clarum extat in diuina ſcriptura. Vnde habemus preterea conſuetudinem nobis fauentem, quæ per magni facienda eſt; Cum & ſcribat Ioſeph. Hiſtoricus, lib. 2. Ant. c. 5. lib. 3. c. 1. Hebraos, cum ex Aegypto diſceßerunt azyma comediſſe per dies triginta, quoaduſque manna cælitus plueret. Quod etiam nunc adhùc pro eorum dura religione obſeruatur; quæ cauſa eſt, vt adeò facies plumbeas, & malè ſanas præſeferant, quia nimirum otioſam vitam nunc agentibus non eſt illis huiuſmodi panis commodus, & proficuus, ſicut primis temporibus; quorum incommoditatibus, & neceſſitatibus Deus ipſe prouida, & larga manu ſubueniebat; non enim in deſerto promptum fermentum, & furnos habere poterant, nec tempus congruum expectare ad illius debitam ſubagitationem, & cum fermento commixtionem; quia nimirum ſicut leuiores natura erant, inquietam vitam ducere (ſicut & nunc) cogebantur, ſequitur cit. Baldus.

Azymi vſus quã tum, & quãdo.

Subcinericij Cõmend.

Helias etiam magnus Dei Propheta, lib. 3. Reg. cap. 19. panis ſubcineritij comeſtione ad quadraginta vſq; dies ieiunus remanſit virtute valida panis etiam adiuuante, vt credibile eſt. Cum ſciamus, Hippocrate ſcribente, 6. Epid. ſect. 2. t. 21. imbecilliora cibaria breuem vitam habere, nimirum ea alimenta, quæ parum ſucci corpori exhibent, & ſubſtantiam obtinent rariorem;

rionem; Vndè poſt Ficinum ſcribit Iulius Alexandrinus, carnem ceruinam, quia denſa conſtat ſubſtantia, & calori ventriculi non ità cedit, facere ad vitam longiùs protrahendam; ſcio habere Ceruum ipſum, vt ab intrinſeco principio vitam longæuam ducat, de qua re, Oppian. 2. Cyno.

Longæua eſt Ceruis vita, & complere putatur.
Vt fert fama quater cornicis ſæcula longa.

Hucuſq; doctiſs. Baldus, adeo mihi intimus, vt ſola literula diſcriminemur noſtris cordibus inuicem innexis; quod in Baldi, Bardiq; agnominibus, tãparuo interuallo diſſitis, adeò clarum eſt, vt ferè in vnitatem deſijſſe videantur: ideoq; quia & typis huius opellæ promouendæ, eiuſq; liberimè (vt amicum decet) cenſendæ animum adiecit ſuum; his eum carminibus compellaui.

Me Bardum fortuna fecit, ſapientia Gallum
Te canit antiquum pectore, & ore colens.
Quidue inter Bardi, Baldiq; agnomina diſtat?
Littera, ſed Iudex eccine Balbus erit.

Addit inſuper ab ipſis Hebræis ſuæ opinionis fulcrum deſumi poſſe, ſolidiora, & craſſiora appetentibus cibaria, dum queribundi lamentabantur, marcidos ſibi ventriculos aqueoſq; effectos ab vſu mannæ, quę tamen omne delectamentum in ſe habebat, & omnis ſaporis ſuauitatem vt habetur ſap. cap. 16. Audiebantur, etenim auidè poſcere cucumeres, pepones, cœpas, alliaq; *Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium quos comendabamus in Aegypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pe-*

& pepones, porriq; & cæpaé & állia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. Hactenus querimoniç Hebrçorum. *Num. cap. 11.*

Verùm calamus non ádhuc pane exſatiatus, & à Moyſis enthuſiaſmo veluti percitus, pané, & libamina quærit, ſi quomodo poſſit explere ſcribendi cachoëtem, & immortalis nominis commendationem aſſequi; ſi non conſequi.

Panis quomodo ſit Hominis Princeps.

Noto igitur Panem, & Aquam, initiũ vitæ hominis fuiſſe, vt aſſerit Ieſus Syrach, *Eccl. 29. 28.* Ideſt primum, ac maximè requiſitum vt ex grçca voce (arche) ideſt principatus colligi poteſt. Sed poſteà in paulò lautiori vita, & victu, creſcente interim hominum indigentia, & imbecillitate ipſe Eccleſiaſticus: *Cap. 39. 31.* vitæ dimenſum paulò latius præſcripſit; *initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, inquit, ignis, & ferrum, Sal, Lac, Panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentum.* Panem ſimilagineum intelligit eum, qui ex farinæ, quem vocant (flore) & ex adipe frumenti, delicatior euadit, de quo Ioan. Manard. *cap. 3. lib. 19.*

Cibi lautiores quãdo, et quomodo incępti.

Sacra de Panc.

Verùm in S. Scriptura, quod capitis initio fuit adnotatum, panis nomine omnem cibum comprçhendi, ex ipſa patet ſcriptura. Sanè in Hebrçorum menſis, ſæpè panis, & aquæ nomen tantùm auditur; cum tamen fercula ſint, & pocula diuerſa *lib. 4. Reg. cap. 6. Pone*, ait, *panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant:* & ſtatim indicatur aliquid eſſe appoſitum præter Panem, & Aquam: *Appoſitaq; eſt*, inquit,

iis

Digitized by Google

eis ciborum magna præparatio. Hoc modo explico Iſaiam Prophetam, dum ait, *cap. 3. auferam à Ieruſalem omne robur panis, & omne robur aquæ.* Sed hęc pro modulo noſtro ſatis ſint.

Claudam caput, ſi Mercurialis doctiſſimi Viri opinioni cenſoriam virgulam apponam; qui vt probet, vino facultatem nutriendi non ineſſe, indè elicit argumentum, ſuæq; opinioni robur, quia in precibus ad Deum effuſis, quibus victum ab ipſo poſtulamus, non vinum, ſed panem petimus quotidianum, ex ipſius æterni Verbi inſtitutione. *Mercurialis Lapſus.*

Sed ableget hoc pacto Mercurialis à nutrientium cenſu cum vino carnes, ipſoſq; fructus, acetaria, piſces, & ſimilia, quæ in oratione Dominica non exprimuntur.

DIGRESSIO I.

De vita Antiquorum, & Neotericorum.

IAM verò hic ab inſtituto non recedam, ſi recidam quæſtionem, cur vita antiquorum longior fuerit, cum eorum anni noſtris ferè ſimiles fuerint, vt clariſſimè doctiſsimus Naud. *quæſt. 2. Iatrophilologicæ* cõfirmat, dũ probat hodiernam vitam breuiorem (cõmuniter de potentia Dei ordinaria, abſoluta enim SS. Patriarchę gauiſi ſunt) antiqua non eſſe, & in contrarium adducendis ſuo more naui ſui vaſtiſſimi ingenij pluribus argumentis, & con- *Anni noſtri ſimiles antiquis.*

gruentijs onuſta dignè reſpondet, eaq́; de medio tollit, cui nihil prorſus addendum perſentio, cum magnam eius doctrınam, & Encyclopediç mancipatam eruditionem venerer, & exoſculer : ſed de hoc quæſito nihil hıc in præſentia, cum á SS. Patribus Auguſtino præſertim exſibiletur. *lib. 6. de Gen. ad ut. c. 25. l. 15. de Ciu. Dei c. 10. & 24 p. 85.*

Iuuentutis Renouatio an poſſibilis.

Verùm enim verò huic plurimum fauent ea quæ à Mendoza in floridiſſimi ſui Viridarij opere adnotantur de hominibus diutiùs viuẽtibus, & ad nouam Iuuentam perductis, quam ex Aquilæ, & Serpentis vera Iuuentæ renouatione, & ſacrıs Paginis, & ratione etiam ipſa probabilem oſtendit.

Canis & Piſcis In cıcus mirabilis.

Adde etiam quç à P. Ginnario nouiſsimè adnotantur in ſuo Xauerio Orientali, Hiſtoria ſcilicet Iaponiæ *p. 1. l. 1. c. 13.* de quodam Animali pulchritudinis admirandæ, & ſuauiſſimç carnis Canis ſpeciem prçſeferente, qui cum ad ſenectam perductum ſe eſſe ſenſit, litus Maris adit, & in Piſcem conuertitur, & ſic paulatim ad nouam Iuuentutem perducitur, quod exemplis confirmat, & Iconıbus antè oculos proponit, additq́; ad eius probationem admirabilem Naturæ vim in Vermibus Bombycum in aera volantibus, & Phçnicis in Igne renouationem, & Abides Pıſcis in Terra vltimam habitationem, deniq́; illius ex Terra in Aquas reiuuenèſcentia concludit vitam, & annos poſſe prorogari ex acretıone, quç ex Mendozç ſententia *Vir. p. 82.* rationibus confirmata

Acretio vltra 25. annũ extenditur.

ſirmata vltra xxv. Annum poteſt extendi.

Enim verò eam cauſam agnoſco longioris vitę antiquorum bonitatem primęuam combinationis, & compaginis ex ſex rebus non naturalibus dependentem, & Corporis ipſius temperamentum, & maximam etiam frugalitatem, & ſobrietatem pręcipuè, quæ tanta fuit, vt nec Carnibus, nec Vino vterentur, cuius damna, & incommoda inferiús videbimus.

Vitæ lõgioris Antiquorũ rationes.

Adde etiam primęuum terrę vigorem, fructuumq;, & alimentorum prętantiam, quæ creationis ſuę initio longè viuaciora, & ſucculentiora, & efficaciora erant, quàm iam cum eſſent effœta, & marcida; cum iam ad corruptionem inclinent propter rerum viciſsitudinem à natura intentam, & à Deo deſtinatam, qua tandem omnia igne conſumabuntur, Mundi namq; initio fructus arborum, & herbæ optimi ſucci, & alimenti erant ad producendam in plurimos annos vitam; propterea antè diluuium non erat homini neceſſaria caro. Itá ſentit Tertull. *Epiſt. de Cib. Iudaic.* Chriſoſt. *Hom. 27. in Geneſ.* Baſil. in Hexam. *Hom.* 11. Origen. *cap.* 1. *Gen.* Hieronym. *lib.* 1. *&* 2. *aduerſũ Iouinian* Abulenſ. *cap.* 1. *Gen.* Dyon. Carth. Liran., Delrio, Bonfrerius, Sà, *cap* 9. Hunc ſenſum nobis exhibuerunt antiqui tam Poetę, *Ouid.* 1. *Met. Luc. lib* 4. quàm Phyl. *Plato in Polit. & alii*, pręſertim ſęculo illo ſuo aureo, qui glandes, caſtaneas, moras, &c. hominibus pro cibo aſsignant.

Res primò creatæ cur perfectiores.

Caro cur primis tẽporibus nõ neceſſaria.

Prętę-

Scientiæ Adami dignitas. Prętereà, & his adijciatur Adę ſcientia, alijs per traducem communicata, quę tamen paulatim defecit ex Dei decreto Hebręos corripiente, quę quidem Medicorum omnem ſcientiam antecellit, quà vim herbarum, fructuum, animalium, & mineralium etiam poſſidebat.

Super lunaria cur pi perfectiora in Irradiationibus. Iunge his etiam benignum aſpectum, & influxum aſtrorum, quę more reliquorum in ſuo vigore quoquo modo deficiunt, cum omnia ad interitum, vel ad ſui meliorem inſtaurationem tendant, vt accidet in die ipſo Iudicis extremo 2. *Petr.* 3. 7. *&* 12. & licèt etiam ipſi Adę verborum Cabaliſticam ſcientiã Deus communicauerit, *Gen.* 2. 20 tamen nulla in his medicinalis virtus ineſt, licet trito adagio feratur, quod in his etiam aliqua energia ſit; quę tamen in Diuinis nominibus, & verbis mirum in modum effulget, vt probat Meyſs. *P.* 56. *& ſeq.* pluribus adductis auctoritatibus in ſuo Pentag., & Mendoza *lib.* 4. *Probl.* 8. *p* 74. vaſtiſsima eruditione in floribus Philoſophię, vbi concludit voces habere virtutem naturalem ad vitam, & mortem. *In verbis nulla vis at in ſacris maxima.*

Accedit pręter hęc & Dei conſilium, vt Mundus facilius exaugeretur, & hominibus repleretur, vndè miraculi ſpeciem hęc pręſeferunt.

COROL-

COROLLARIVM. I.

De vita Moyſis, & de mortis quibuſdam portentis.

IN horum adaptatę dilucidationis gratiam, videamus qualis fuerit vita huius ſummi Medici, qui alijs viuendi normam pręſcripſit, qui quidem diutiùs vitam conſeruauit dięta, & maxima in omnibus animi tranquillitate, qua in Dei decreta, & ſecreta conſilia (vt vir Deo deuotus) omnia refundebat. Enim vero vt ait Hippocrates animalia, quę bile carent longęua ſunt, & magis ſana, ac fortia in multam ætatem ꝓdurant, qua de caufa Cerui pre alijs animalibus longiorem vitam traducunt, quo fit vt addat ſchola Salernitana.

Vita Medici Moyſis cur lõgior fuerit.

Vita quo modo diutiùs conſeruetur.

Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum,
Curas tolle graues, iraſci crede profanum.

Sicut enim animi paſsiones, & pathemata animum adeò anxium reddunt, vt conſequenter etiam corpus affligant, & macerent, ſic etiam humorum noxiorum pręd ominio hęc potentiùs in homine exiſtunt, & ſuas vires exſerunt.

Animi diræ paſsiones quantum ſanitati dãno ſint.

Cęterùm bilis magis, quàm alij humores adurit, & paulatim de medio tollit humidum radi-

Bilis vt Ignis cõſumit.

radicale, quo ceſſante, ſeu eius deſinente influxu vita adimitur; quo factum fuit, vt bonã, & validam ſenectutem Moyſes habuerit.

Mors vero eius fuit Dei decreto ſimpliciter,

Moyſis mors qualis fuerit.

Deut. 34. 7. nõ enim caligauit oculus eius, vt ſolet accidere in ſenum oculis, prę humoris in ipſos influentis defectu, & ad humidum naturale primigenium fouendum accurſu, vel nimia in oculos humoris diſtillatione qua vapores craſsi generantur; *nec dentes illius moti ſunt*, iuxtà Eccl. ſententiam, *cap. vlt. 3.* senectutem deſcribentis; *quando ſcilicet commouebuntur cuſtodes domus*, vt viſus, & alij ſenſus, qui vigiles ſunt prę foribus vitę (tanquam arcis) manentes, *& nutabunt viri fortiſſimi*. (cuiuſmodi ſunt crura) *& otioſi erunt molentes* (ideſt dentes) vt luce clariús cuiq; patet (quorum ſymbolorum explicationẽ vberrimam exhibet doctiſsimus P. Pineda in Commentario huius loci) quę omnia non paſſus eſt Moyſes, ſed vitam quaſi dormiens in Domino, cum morte commutauit, vt habetur, *Deut. vlt.* ibi enim dicitur, *mortuus eſt Moyſes iubente Domino*, ſeu vt Hębręi vertunt, *per verbum Domini*, ideſt Interprete Caietano, *vi, & efficacia verbi Dei dicentis morere*, quare mortuus eſt cũ voluptate iuxtà Mendozę ſententiam in ſuo viridario ſelecto *lib. 4. Probl. 10.* ſed iam ad penſum admonito tamen lectore huius magni Medici vitam haberi deſcriptam à ſacro eximio vate P. Antonio Mollierio Soc. Ieſu, qui eiuſdem beatiſsimã mortem deſcripſit in ſuo Moyſe Viatore *Carm. 27.*

Senectutis vera ſigna.

Quomodo Moyſes mortuus fuerit.

Non

Non erunt tamen hic abs re poſitę quędam obſeruationes illuſtres mortem pręnunciantes, vt de muliere alba vmbratili in arce montis Ciruguli ditionis Parmenſis apparente antequā quis ex familia Taurellorum tunc illius arcis Patronorum (à cuius Dominio deſecerunt ob conſpirationem in Sereniſs. Ranutium nunquā interiturę memorię dignum, & verum Ducē) è vita decederet, quia vxor męcha exiſtimata ab vno illorum Dominorum tamèn verè caſta, fuit dirè interfecta; quę cum ſanctè ſic obierit, fortaſsè à Deo huiuſmodi gratiam accepit, vt huic vitę limitem facientibus fax huiuſmodi pręluceret ad reconciliationem cum Deo, & peccatorum deteſtationem; verum quia huiuſmodi familia extincta eſt non amplius huiuſmodi vmbra alba viſitur.

Mortis Prognoſtica vniuo-rica locis particularibus determinata.

Mulier alba Arcis Mōtis Ciruguli.

Pari etiam modo Salerni in Conuenitu Patrum Dominicanorum adeſt Tintinnabulum, ꝙ cum ſpontè ſonat, tunc ſignum eſt aliquem ex fratribus illius Conuentus vitę terminum eſſe conceſſurū, & quia accidit aliquādo, quod Prouincialis illius Prouincię ſonitum audiret, & iter ſubitò attentaret, quanto magis potuit expeditus viam arripere non potis fuit, ſtatim enim febri correptus vltimum diem ibi clauſit: ſimile quid audiui ſequi in Caſiinenſi Coenobio PP. Benedictorum.

Tintinābulū Salernitanū PP. Prædicatorū.

Accedit hiſtoria certa ſepulchri familię Eſtēſis, in quo quaſi malleatorum ſuper incudines percutientium ſonitus perſentiuntur, & tunc ſignum eſt aliquem illius familię eſſe periturū.

Malleatores ſepulchri Eſtenſis.

Vltimo

Vltimo fax accenſa in loco ditionis Hetruſcę familię Monte acutorum ex gratia, & priuilegio habito à D. Franciſco Aſiſs. apparet, quod eſt priuilegium ſpeciale, & admonetur vnum ex illa progenie diem ſuum eſſe clauſurum.

Fax accenſa in Hetrur.

Hęc ſunt, quę habui à Doctiſſimo Viro Encyclop. Anteſignano P. Ioan. Baptiſta Ganducio Sereniſſimi Principis Ranutij, maximi Odoardi filij Præceptore digniſſimo, qui mihi hæc vt veriſſima communicauit, plura addit P. Nouarinus de ſignis admirãdis, quod opus adhuc in vndèquaq; celeberrimi Viri pretioſiſſimis Scrinijs deliteſcit. Vtinã vnuſquiſq; huiuſmodi ſignum aliquod haberet, cum mors ſemper ſit in ianuis, quare D. Hieronymus auribus intonantẽ mortem ſemper ſibi meditabatur, & ob id cranium, & ſepulchra prę oculis præferebat.

Mors ſemper parata.

§. III.

§. III.

Sequitur de victu Hebræorum, & pro pane azymo maior elucidatio.

CÆterùm conſuetudinis ratio, vt dicebamus magni facienda eſt, & quanti eam fecerit ſemper Hipp. noſter, notius eſt, quàm vt ſcribi debeat. *Cõſuetudinis Energia.*

Sed ſi Maphæum audiamus hiſtoricum Societatis magnum *lib.* 12. *Hiſt. Ind.* videbimus (quod magis mirandum eſt) Iapones ſuis ægrotis cruda alimenta pręſcribere; *in curationibus* (inquit) *nos dulcia, & benè cocta, illi ſalſa, & acria, & cruda ægrotis apponunt*; Addit, *nos pullos, & altilia, illi piſces, atque conchilia*; Iunge & his Brachmannes, & Canibales, de quibus rerum Indicarum quamplurimi Scriptores; cur non etiam Hebręis validis, non ægrotis, pari ratione panem abſque fermento potuit præcipere citrà ſanitatis iniuriam? *Iaponũ, et aliorũ ægrotantiũ victus noſtro cõtrarius.*

Quid ſi dicamus denique lactucarũ eſu, quę Sylueſtres erant calidę, & amaræ, atq; adeo tenuium partium corrigi potuiſſe quicquid malę qualitatis ſubſtantiam panis poterat inficere, ſanè vt Dioſc. *cap. de lect. lib.* 2. 29. teſtatum reliquit illarum caliditate, & acri humo- *Lactucarũ Sylueſtium vis.*

re ha-

re habentium oculorum maculas abſtergendi, menſeſque ciendi facultatem,& alias conſimiles dotes participat, præſertim verò venenum infringũt, nam Circulatores cum Venena frigida aſſumunt ad ſuorum remediorum oſtentationem maximam huius copiam cum Butyro priùs manducant.

Azymus cur noxius Hebrais. Verùm hæc eſt Moſaycæ obſeruationis in cibis pręſcribendis diſciplina. Aliter enim verò philoſophandum, ſi ad hoc tempus panis azymus referretur, etiam reſpectu Hæbræorum; cum enim vitam agant ſedentariam, atq; adeò ſine lare, ſine tribu, ſine foco, non habent ideò, cur modo ſolidis, & durabilibus alimentis nutriri debeant. Vnde puto panem azymum non eis ampliùs conuenire, quinimò mehercle noxium, ac inſalubre. Vt enim iam adnotauimus reſpectu validi, ac potentis caloris, qui longa exercitatione creſcebat, validior cibus præquirebatur contra quàm accidat hodierno *In ægris vſus.* tempore, in quo vires effœtæ calore imminuto in ruinam prolabitur. Ex quo Medicis eorum in vſu eſt pane vti fermentato, ſi quandò morbus ingruat, aut febris ferueat, vt ex Rabbi Moyſe, & Arabibus Medicis Hębraiſmum ſequentibus, clarè elicitur, qui normam ſequuntur Gręcorum, vtentes fermentato pane, ptiſana, alica, aphrogala, & ſimilibus, ex quo clarè patet, quàm grauiter peccent in arte legibus externis animum aduoluentes Medici *Nimia etiã ſuperſtitio.* (quorum vnum de facie agnoui) qui illis ſunt ad eo addicti vt quamuis ęgroti in Encenijs azyma

come-

comedant, & precipiant nimis in quibus non deberent Religioſi, ſed Dei ſui virtutem religioſè colens ille ab eo ꝑ obſeruatione cõſueta vim illum panem digerendi præſtolabatur, quẽ tamen pauciſſimũm aſſumebat.

Itaq; breuiter dico in corpore valido, & calore valido prędito aptius eſſe edulium panem Azymum, quàm qui fermento eſt inflatus, ideoq; comparatio ſano modo intelligenda: Nam corporibus noſtris prę illis marcidis, & minus exercitatis fermẽtatus aptior eſt, ideoq; eſt melioris nutrimenti, non abſolutè, ſed quia facilius à calore noſtro alteratur, concoquitur, aſſimilatur, agglutinatur. *Azymi et ferm. diff. & Cauſa.*

Id etiam colligi poſſet ex maiori duratione, qua perennat panis azymus longè amplius, quam fermentatus, vt apparet in circulis panaceis tempore Palmarum benedictis, nec non in paruis panibus, quos D. Nicolao Tolentinati religioſi offerunt; cum enim careant fermento longiores trahunt moras; à fermento enim ſubſtãtia panis rarior euadens, aeri ſuſcipiendo magis idonea, atq; adeò ad putredinẽ concipiendam facilius diſponitur, qua diſpoſitione abſolutè loquendo expeditur facilius cõcoctio in ventriculo, quia per putredinem formam chyli acquirit in cibo pręmanſo, vt eſt non improborum auctorum opinio. Non hanc memoro quæſtionem, quam Græca Eccleſia Latinæ, & Romanæ veritati indixit, cum in pane azymo, non fermentato Chriſtus corpus ſuum diſcipulis in illa decretoria cœna præbuerit, *Duratio maior in azymo vnde ſit.* *In quo Pane Chriſtus conſecrauerit.*

buerit, quod auctores noſtri probant euidentiſsimè contra Græcos. Locus Hoſeæ *cap. 7. v. 4.* explicandus de fermento erit, dum fermentum verſamus, paſtam ſubigimus, quieſcere paululum à commiſtione fermenti iubet; LXX. transferunt à fermentatione fermenti: fermento comparari ſolent turgidi ſuperbia, vel iracundia, vel qui alijs affectibus animum inflant.

Sacra de fermẽto.

Terra etiam ipſa fermentari dicitur quæ ſoluitur, & ſpiſſa fit rarior. Columel. audiendus, *lib. 4. de re ruſt. cap.* 1. *repaſtinata humus*, inquit, *dum eſt recens ſoluta, laxaq́; velut fermento quodam intumeſcit: Deindè cum longiſiſſimam cæpit vetuſtatẽ condenſata ſubſidit.* Ad irã trãſtulit Plaut. in Mercatore. *Nam mea vxor propter iram tota infermento eſt*, hoc eſt, præ ira tumet. Et Chriſtus Dominus iubebat nos cauere à *fermento Phariſæorum. Matth. cap.* 16.

§. IV.

De Carnibus, & præſertim ſuilla vſu.

Porcina caro cur vetita Hebr.

Quæri non extra ſpartam hic poſſet, cur caro porcina vetita in ſua lege à Moyſe fuerit, Iudæiſq; proſcripta. *Leu.* 11. *v.* 15. *Deut* 14. 8. Erit fortaſsè, qui id retur factum in ſymbolum alicuius myſterij, quam vt ſic damnanda,

nanda cæteròqui veniat tanquam praui ſucci edulium; Cum centies apud Gal. & alios probos auctores, præ alijs carnibus ad alimoniā laudetur, vtpotè humanæ carni tum ſapore, tum ſimilitudine quam ſimillima; adeò vt de ea loquens medicorum ille coripheus recentiorum Manardus *lib. 3. Ep. 4.* aſſerat, inter carnes, quibus veſcimur, ſtatui poſſe veluti menſuram, & regulam, cuius comparatione alias dignoſcimus. *Huius cōmoda.*

Enim vero, & ſi lepram nata ſit generare (quod ex graminibus, quibus ſcatent ſues clarè conſtat) quid tum? paucos certè inuenire ſit cibos, qui ita humanę naturæ ſint ſimiles, vt non habeant aliquid morbis quibuſdam congeneum, ijſq; gignendis idoneum: ſicuti de medicamentis dicebat Gal. *lib. 11. met. cap. 11.* Inſuper ſi morboſis affectibus huiuſmodi carnes non officiunt, imo admittuntur, nec reijciuntur á Medicis quibuſdam, veluti de Petrona medico recenſet Corn. Celſus, cur potiori iure repudiandæ erunt à benè, proſpereq; valentioribus? *Porcina Lepra ferax.*

Sed an ideò quia carnes ſuillæ in febribus reijciantur à Medicis, proſcribi omninò debent à cibo ſanorum? minimè gentium. Nā, vt omittam omnes ſpecies carniū tanquā noxias haberi in febribus pręcipuè à Medicis primæ auctoritatis, (veluti Auenzoar) & alijs, quid magis naturæ humanę conformius, & à primęua generatione intimius, quam ipſum lac? nihilominus piaculum foret non ſpernen-

dum, ſi in febribus putridis, & alijs huiuſcemodi affectibus admitteretur. Habemus inter Aphoriſm. monitum Hipp. ſ. 5. a. h. 6. quo admonemur, vt illud tanquam noxium euitetur. Ergo ne dicet aliquis, lac inter alimenta damnandum, quis ita edifferat? Non ergò ex noxa, quam in febribus poſſet inducere porcina caro ex *Celſ. lib.* 3. ſ. 40. debet aſſumi in concluſione, prauitas, ac malitia eius abſolutè loquendo. E contrario, ſi ab admiſſis in febribus quibuſdam cibis arguere quis vellet bonitatẽ eorumdem, nec ipſe rectè concluderit: non ne Cucumeres adeò praui alimenti, vt venenata qualitate conſtent Galeno ſcribente, in febribus quibuſdam admittuntur, non ne cochlearũ, & teſtudinũ caro? quis tamen ad eſum quotidianum hanc admittat prauitatem, nullus opinor. Hæc ſentiebat cl. Baldus.

Lactis vtilitas, & Dãna. *Rationes pro carnis Porcinæ vſu.*

Cęterùm hę rationes licèt plauſibiles in ſpecie videantur, non tamèn ità euicunt, vt me à ſtatione meę opinionis dimoueant. Enim vero ſola humiditas excrementia, quę in animali voraciſsimo, & ſe identidem excrementis ingurgitante abundat maximè, non ità à calore robuſto ventriculi poterit edomari; vt eam in probum ſuccum conuertat, & non potius iliadem morborum pariat, febres, obſtructiones, & ſimilia: Animal certè torpidũ, iners, & ingluuiei adeò deditum, excrementitio abundans humore, ijs qui eius pabulo ſe ſaginant, quid aliud in corpore gignet niſi ſuccum prauum, lentum, viſcidũ, & obſtruentẽ?

Obiectiones, & reprobationes.

Verum

Verùm ſupponendum eſt quod cũ caro plus alimenti in ſe coerceat, quàm vllus alius cibus ex Celſo *lib. 2. ſent. 26.* & cum etiam plurimũ terræ habeat, ideoq; etiam cæteras partes ſimilares quantitate ſuperet, quia animal à terra ſuſtinetur, & cum eius centro conſentit, & ſiue in aere, ſiue in aqua ſit, ſemper ad ipſam proprio pondere tendit, nam vt ſacra pagina loquitur *Gen. 2. 7 formauit hominem puluerem è terra*; & clarius alibi habetur, cum ait Adamo, *ibid. 3. 19. Donec reuertaris in terram tuam quia puluis es, & in puluerem reuerteris*; quod enunciatum Dei ore pronunciatum iure meritò SS. Eccleſia prima Quadrageſimæ feria hominibus pulueris ſuper caput aſperſione recordatur; quod & de ſale nos in Iatrochymia explicauimus, qui tamen fœcundam terram humanæ Chriſtigenæ carnis plurimum reddit, cuius terrę, & carnis notio, ab alijs ſub nomine fœni reprętentatur, *Eccl. 14 18. Iſ. 46. 6. 1. Petr. 1. 24.* eo quod facilè in cinerem abeat.

Caro alimentoſa ſatis, & Terrea eſt.

Homo quid ſit.

Caro eſt Terra, et fœnum.

Cumq; etiam Auenzoar ille magnus, & experientiſſimus Medicus, *lib. 5. tract. 1. in f.* omnes ſpecies carnium citiſſimè in febricitantibus ad putredinem conuerti ingenuè ſcripſerit, cõſtat non adeò facilè debere ægrotis ipſis propinari, quod pręſertim de carne ſuilla eſt animaduertendum; mihi enim & alijs mirum in modum ſtomachum offendit, quod & meus amanuenſis confirmat, præ eius maxima humiditate, & inflatione, & cruditate, quibus quamplura incommoda in homine generantur,

Febricitantibus præſertim cur non conuen at.

 quo

quo fit etiam, vt à Medicis experimento proprio edoctis ęgrotis prohibeatur, cum alia dentur, quæ huic poſſint æquè ſupponi, ſi neceſſe ſit, iuxta Celſi conſilium ex Aſclepiadis præcepto, *lib. 3. ſent.* 17. cum nunquam adeò poſſit præparari, quin etiam eius aliqua malitia proſtet, & nunquam ab humiditate excrementitia poſſit vindicari; ſed hęc cum grano ſalis, cum omnia ſana ſanis ſint, & pro ęgrotis ipſis vel pręcipuè coualeſcentibus ſunt intelligenda.

APPENDIX. III.

De primi hominis formatione, vbi obiter de Antichriſto.

CVM de carne facta fuerit mentio, placet hic hominis formationem Gen. 1. enarratam dilucidare. homo autem fit ex quatuor elementis, & id etiam accidit in prima ipſius efformatione; materia enim illa limi fuit impręgnata (vt ità loquar) qualitatibus elementorum, ſed diuinitùs eleuata ad hominis formationem, quod etiam accidit in Euâ, & ratio eſt quia cùm in vnoquoq; genere debeat dari vnum quod ſit menſura cęterorum hoc accidit in Adamo.

Homo quomodo formatus.

Neque verum eſt quòd Hæretici aſſeruerunt à SS. PP. confutati; neq; ſtat ſomnium

Para-

Paracelſi *Philoſophia mag. tract. 1. & lib. 2. de hom.* de Homunculis Nymphis pro elemento aquæ in eo dominantibus, & ex illo enatis Vndenis etiam ab eo nuncupatis, & Salamandreis pro Igne, Pygmeis pro terreis, & Sylphis pro aereis, quod de ſuis Dæmonibus malis, quibus exagitabatur eſt prorſus ſentiendum. *Vana opinio Paracelſi.*

Corruit etiam argumentatio, & diſcurſus Auicennę *lib. de Diluuio*, qui exiſtimauit homines naſci tanquam Animalcula imperfecta, & recta à Cholchodea, & multo magis etiam de medio tollitur falſa Ariſtotelis opinio, qui circa Mundi opificium, & hominis primordia à Pythagora Samio, & Archita Tarentino errorem exhauſit, & vt ait Iuſtinus Martyr *lib. contrà Ariſt.* primam plantam, & primum Animal ignorauit; vide quàm purum putum errorem confinxit de Mundi ęternitate! *Et Auicennæ. Ariſt. error de Homine.*

Licet autem Hippocrates dixerit hominem fieri ex Igne, & aqua id fuit quia eruditis ſcribebat; Moyſes vero quia rudibus verba faciebat dixit fieri ex limo Terræ, quia eſt principiū, vel elementum viſibile, quod oculis ipſis cernitur, & in quod reſoluitur, non quod neget alia elementa principalia hominem componentia, in qua etiam ſententia fuit Hippocr., quia in Igne intellexit aerem (vel ſpiritum vitę fulcrum) refocillantem inſpiratu, & perſpiratu, & in Aqua Terram; cętera quę pertinent ad hominis conſtitutionē ex Anatomicis exhaurias, nos hic partes tantum Philoſophi ſacri ſuſtinemus. *Hipp. & Moyſis ſentētia.*

In hanc rem facit, quod ab aliquibus Patribus in primis verò Tertulliano, ac Philone Hebræo, & quibuſdam recentioribus adſtruitur, de ſtatu ipſius Adami fabrefacta ex purioribus orbis elementis, cuius Plaſtes Deus fuit *manu, ſenſu, opere, conſilio, & ipſa in primis adfectione*, vt loquitur Tertullianus *li. de Reſur. Car. cap.* 6. Hac hypotheſi nixa eſt opinio Cl. Sebaſtiani Baldi Medici de Antichriſti productione per Dæmones, qua contendit, in Mundi vltima ſenectute, fabrefaciendum à Dæmone ipſo ſtatuam ex argilla, in qua inducta primarum qualitatum temperie, Dæmoni benè nota, humanam attingente animam, fiat exin in animam viuentem, viuentium nequiſſimus Antichriſtus. Verùm hanc nuperam & exoticam opinionem, ſuo de Antichriſto libro, iam iam typis præmendo, ad penſum librat doctiſsimus Areſius Epiſcopus Derthonenſis, contrà quam arietes & catapultas vibrat egregius pugil, argumentorum ac rationum molimine.

§. V.

§. V.

Sequitur carnium meditatio.

CÆterum ſuffragatur huic meę opinioni Cl. Cāpanella, *Med. p.* 45. qui de carnibus loquens in ſua Medicina, ac de earum prępáratione, aliaq; rimatus ex ſecretiori philoſophia, itá planè ait; *ſapiens Diuinus Moyſes, non modò venenoſas vetat carnes, ſed etiam ſpontè morientium, & moribus non conducentium, cuiuſmodi eſt lepus, & ſimilia.*

Carnes à Moyſe prohibitæ.

Lepus enim & hyæna eò quod animalia ſint ſalaciſſima à communi ciborum vſu arceantur à Moyſe *Leu.* 11. *& Deut.* 14. ſic enim peſſimum ſuccum generant, & cum mores ex humoribus dependeant prępoſteram libidinem in hominis animum inferunt, quare fit, vt tanta diligentia à peritiſſimo Medico animaduertatur, ne quidquam ex his comedatur, quod dilucidiſſimè explicat pluribus doctiſſimus Antonius Ponce ſunta Cruz de Hippocr. Philoſophia *t.69.p.*143.

Lepus cur.

Item carnes etiam porcorum, &c. huiuſmodi prohibuit, quippè quod ad ſanitatem, quę in bona nutritione conſiſtit, non conducant: ſubdit enim id Moyſem feciſſe, proſpiciens corporis ſaluti, & morum diſpoſitioni; agunt enim cibi ad mores, & docilitatem diſpoſitiuè, etia

Porci etiam.

D. Thomę

D. Thomæ teſtimonio, quapropter cum ſalis grano ad eius eſum, & cum cautione eſt accedendum, vt nimirum prius rebus calidis, & ſiccis humiditate eius caſtigata, veluti fœniculo, pipere, & cinammomo, allio, origano, alijſque id genus, ſalubriter edi poſſit; nec quouis tempore; ſed hyberno potius, cum ventres natura calidi tunc ſint ex *Hipp.* 1. *Aph.* 17. atque adeò, quod eſt in eis carnibus noxiũ, diſcutiunt faciliùs. Quapropter ſumma cum cautione cautum eſt ab ijs, qui clauum Reipub. tenent (quod de more fit in Republica noſtra Genuen. & in oris vtriuſque Liguriç) vt non niſi certo anni tempore comedatur, & Aquilone, non Auſtro dominante.

Carnis Porcinæ præp.

Iam intelliges, quò reſpiceret Villanouanus *de reg. ſan. p.* 1913. *In reg. Saler. p.* 1886. dum de ſuilla carne loquebatur, cui contrariam facit Ceruinam.

Eſt caro porcina ſine vino peior ouina
Si tribuis vino tunc eſt cibus, & Medicina.

Eſt porcina peior ouina, quia habet ſubſtantiam denſiorem, vndè minus opportunè porrigitur ventriculo non ità valido; non quia facilius corrumpatur, nam ouilla facilè corruptionem admittit ob humiditatis exceſſum, & ex propria quadam ratione. Vinum propterea ob caliditatem aromaticam, qua pollet, quale eſt vinum generoſum, corroborando ventriculum, impertit eidem calorem, & eſt veluti conditura carnis porcinç; vndè facilius alteratur à ventriculo adiuto his præſidijs, veluti

Quæ caro melior, & quæ peior.

luti pipere cinnamomo ; nuce moſchata, & alijs id genus condituram acciperet, (nam hæc vino ęquiualerent:)ob ſiccitatem etiam in vino exiſtentem, corrigitur humiditas excrementitia in carne ſuilla, & ſic ad debitam craſin redigitur, adeó vt euadat Medicina: Nam tali pacto melancholicis affectibus, frigiditate, & ſiccitate pollentibus non conueniret: Et licet Auicénas in quartana febre eius vſum proſcripſerit, auctoritate potius puto huius viri factum, quam vlla ratione pręſcriptum. Sed opinio mea tuta ab hac doctrina euadit, cum abſolutè damnem carnis ſuillæ vſum ad inſtar Moyſis, qui illam ab ore Iudeorum eliminauit, non à conditura ad optimam frugem redactę.

Alim. à Moyſe præſcrip. & proſcriptorũ rationes.

Elicitur ex his euidenter, quæ inſeruire aliquo modo poſſunt pro cæterorum diſcuſſione, quæ à Moyſe adnotantur quanta ſcilicet cum obſeruatione facta fuerit à Moyſe ciborum debita pręſcriptio, & proſcriptio, cum ſuilla caro vt ruſticorum dignum edulium Iudæis agreſtibus vetita non omnino eſſe deberet, ſed ad immunditiem, qua ipſi maximè ſcatent, & quã maiorem in dies futuram prąuidebat, animum adhibuit, quam quidem etiam nunc magis in ſuorum grauium peccatorum, & durę obſtinationis pænam patiuntur, & diro, fœtidoque pedore occupantur, quod eſt præter alia etiam noſtrę fidei verum, & euidens argumentum, licet enim illam à ſe ipſis propellere remis, velisq; contendant durius impactam in dies tamen experiuntur.

Hebraiſmi malum, & noſtræ fidei verũ ſignum.

De-

Demum hęc à me elucidata, in eam me mẽtem inducunt, vt eorum opinionibus nullo pacto adhęrere poſſim, qui contendunt auctoritatibus poſſe carnem ſuillam ad medicinam quoquo pacto traduci, quidquid enim alij ſentiant, etiam rationibus perſuaſi, cum hęc peſſimi ſit ſucci, & alię conſimiles pro morbis ab eis adductis melioris conditionis, & nutrimenti inueniantur, & pro eis ſupponi omnino debeant.

At felix vetus illa ętas, vt ait Ouidius, & obiter id etiam dicendum.

Qua non polluit ora cuore,
Tunc & aues tutò mouere per aera pennas:
Et lepus impauidus medijs errauit in agris,
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo.

Felicitas antiquorum.

Verùm poſtquam ira Dei accenſa cataractas Cœli, & nubes diſperſit; à Mundi eluuione, à maris ſalſedine ſuccus ille pinguis, quo terra madeſcebat in prima eius origine abſorptus eſt; ſic effœta reddita terra, vireſcentes herbę plenitudinem ſucci perdiderunt; quo melius, quàm nunc, carnibus veſcebatur genus hominum, & animantium. Ad carnes ergo ex Dei pręcepto *Gen. c. 9.* properandum fuit, vt earũ alimonia, homo cibo ſibi familiari, & magis alente nutriretur; ſed hac exceptione formatũ fuit pręceptum, ne ſanguinem nullatenus comederet, cuius ratio propterea fuit, vt hac prohibitione homo ab hominis effundendo ſanguine deterreretur: neq; id immeritò cauebatur. Nam Gentiles poſteà vſq; ad ſanguinis, humani

Sanguinis cur facta prohibitio.

humani potum prorupiſſe docet Tertullianus *in Apologetico c. 9.* Renouatumq; ab Apoſtolis *Act.* 15. 29. eſt præceptum; durauit obſeruatio pręcepti huius temporibus Tertull. *cap. 9 cit.* & Minutij in Octauio, & vſq; ad æuum Bedę, ac Rhabani, vt ex huius pœnitentiali patet ; ſed hæc obiter, dicta ſunto, pergo ad alia.

§. VI.

Medicina Moyſis magis aperitur.

PRæterea idem etiam Medicus iuſtã à Medicis omninò acceptam, & magis dira laniena à Chyrurgis pręhabitam (quàm actu ipſo, & malo ſępè ac ſępius animò exercet) legem promulgauit: quòd qui alterum vulnerauerit impenſas, & operas in Medicum rediмat, *Exod.* 21. 19. quæ pæna tantùm erat ſi mors tamèn ſecuta non eſſet; per operas alij intelligunt illius labores qui ſunt reſtitutione quoquo pacto compenſandi, præſertim ſi in ſudore vultus ſui veſcantur pane ſuo, ſicut etiam Medici, & Chyrurgi, ſed iuxta lance à Iudicibus eſſent æquilibrandi, & taxandi, ne pauperes præſertim, & etiam quandoq; diuites per fas, & nefas (vt accidit) opprimerentur.

LexMoyſis pro laborũ, & operarũ Rediteg. vulneratí, et Medicorum & Chyrurg. qui animaduertendi à Princibus ſuẽ

Inſuper, & medicinam exercuit, quę cum Chyrurgia mixtum habuit aliud Medicinæ inſtru-

Moyſis Medici-na practica. ſtrumentum, pharmaciam ſcilicet; deſiderabatur tamen in ipſo iuſtum aliud præcipuum, inſtrumentum, quod nos Iatrochymiã eſſe cõtendimus, & oſtendimus; quippè quòd tunc res ipſæ à Deo creatæ in ſuo ſtatu, & vigore bonę operationis exiſtebant, nunc verò in deteriori conditione poſitæ, ſicut & cęteræ alię res ad interitum vergentes hac plurimum indigent, imò neceſſe habent propter rationes à nobis adductas *In Iatrochymia gen. & part.*

Medicum verò palam ſe Moyſes oſtendit *num.* 12. 11. cum Mariam eius ſororem lepro- *Maria Moyſis à Lepra vindicata.* ſam ad priſtinam reſtituit ſanitatem, cuius quidem lepræ varijs modis expellendi exempla (à qua variè etiam Hebræa gens dirè affligitur) in ſacro Codice ab ipſo Moyſe propalata habentur *Leu.* 13. & alia per multa medica exarãtur, & docentur: *Deu.* 24. *num.* 12. de quibus plura, & eruditiſſimè Valeſ. *Sacr. Philoſophiæ c.* 19. & nos ſuis locis euentilabimus, præſertimq; in libris Reg. vbi ſæpiſſima huius habetur mentio.

Incutitur enim, & ea ob eorum peccata Iudæis immiſſa eſt; & quidẽ licèt naturalis morbus patrius illorum fuerit, à quo etiam nunc *Lepra Iudeorũ cauſa. Morbus eſt illis familiariſsimus.* vbicunq; degant, detinentur, licèt in eum prę meditatis auxilijs impenſiùs operam nauent, & ſedula diligentia debacchari conẽtur, tamèn etiam ob grauiora peccata, & ſcelera eâ antiquitùs affligebantùr; quę etiam ad nunc temporis eorũ nefãda vitia poſſunt accõmodari. Si enim Simoniæ ea ſunt, illa Giezi ab Eliſeo

per-

percuſſus eſt; 4. *Reg.* 5. 2. ſi ſacrilegij eâ etiam recurrebat, ſic Ozias Rex Sacerdotium vſurpans, & volens incenſum adolere lepra fuit prçoccupatus; 2. *Paral.* 6. 21. ſi homicidij etiã illa dirè tángebantur, ſic Dauid Ioab occidenti Abner, lepram imprǽcatur, 2. *Reg.* 3. ſi murmuris, & rebellionis prçſertim contrà Sacerdotes, & Medicos, cuiuſmodi erat Moſes, lepra ſtatim corripiebantur; vt de eius ſorore ſuperiùs vidimus: quare congruenti ratione lepram D. O. M. comminatur ijs, qui Sacerdotibus, qui ſunt Medici ſpirituales, obedire nolunt: *Obſerua inquit diligenter, ne incurras plagam lepræ ſed vt eam euites, facies quæcunq; docuerint te Sacerdotes Leuitici generis, iuxtà id quod præcepi ijs, imple ſollicitè; memẽtote quæ fecerit Dominus Deus veſter Mariç, &c.*

Peccata ꝑpterquæ Lepra Hæbr. affligunt. Simoniæ. Sacrileg. Homicid. Murm. Rebell.

Sacerdotes Medici ſunt ſpirituales.

Quç quidem omnia ad Medicos temporales iuſta quidem ratione traduci poſſunt, quibus ſi fides non adhibeatur, & obedientia non prçſtetur, haudquaquam à ſeptem ſpeciebus leprç, vel neq; ab vna harum minima liberantur.

Medici Corporis & animæ quo honore habendi.

Verùm quia huiuſmodi Iudçorum lepra peſſima & contagioſa in ipſis pannis laneis impacta, peſtiſeſt, & peſtis more curatur, quç ab elemẽtis ipſis corruptis omninò dimanat.

Hinc originem ducit, quod leproſi, & iam antiquitùs hac de cauſa extra hominum commercium arcerentur, qui mos adhuc perdurat, cum ſit peſtilẽtis naturæ morbus qua de cauſa, & iàm cum Iudçorum morbus ſit patrius, eo infecti maximè fuere duces, & milites miſsi, vel volun-

Leproſi cur extra Vrbes.

voluntariè diditi bello pro terrę Sanctæ recuperatione; quo tempore vſus inualuit vt extra vrbes Xenodochia nomine S. Lazari nuncupata, quę huiuſmodi infectos homines reciperent, conſtruerentur, vt Turſell. & alij hiſtorici de bello ſacro referunt, & inter alios doctiſsimus Gaſsẽdus Mathem. & ſciẽtiarũ Iubar clariſſimũ, qui dum hęc typis ędere ſatagebam me munere vitę aureę, & ſublimis ab eo deſcriptę Nicolai Claud. Fabricij Viri vndèquaq; inſignis condecorauit: Hic in ipſius initio hęc habet *Gullielmus exiit qui ex varijs peregrinationibus redux auctor fuit Xenodochij, in quo peregrini euntes redeunteſque ex Paleſtina curarentur*, quę noſtra dicta confirmant, quã quidem etiam iure merito ratione, à noſtris ſanitatis Magiſtratum regentibus cauetur, ne merces, quę ex Ægypto, & locis Turco ſubiectis deducuntur, ſtatim venales proſtent, ſed quadraginta dierum purgationem congruã exiſtimatam priùs maxima diligentia ſubeant, cum in dictis regionibus, & in Belgio, & Germania, & Hungaria (à qua febres conſimiles peſtilentes denominantur) ſemper peſtis graſſetur, & homines depopuletur.

Hoſpitalium S. Lazari Origo.

Loci peſti ſubiecti.

Non hinc abſcedam, antequam cum Mose diuino legislatore *lepram inter lepram diſcernam*, de qua cũ ſacer Medicus ex Dei pręſcripto multoties agat, pauca hic, ſed neruosè ſunt dicenda.

Lepra morbus cutaneus, parùm differens, à pſora, niſi in maiori cutis radicatione.

Habet

Habet pro materia ipſius, *ſuccum multum ſalſum, craſſum, & immotum*, ita Gal. docente *lib. 2. de ſympt. cauſ. cap. 6.* Auicennę *Albaras nigra* vocatur. Sed de lepra Auicennę, notandum, nil aliud eam eſſe, quā Gręcorum Elephantiaſim, in qua nimirum vniuerſum corpus corio Elephantis ſimile redditur, & facies leonina, poteſtq; non ineptè vocari cancer vniuerſalis. Elephantiaſin tamen Auicennę ſcio ab ipſo vocari eam, in qua crura incraſſantur, fiuntq; aſpera, varicoſa, & vlceribus ſcatentia, de quo videatur Auicennas citatus *l. 3. fen. 22. tract. 1. cap. 16.* *Cauſa materialis lepræ.*

De lepra, cuius in ſacra Pagina fit mentio, non eſt cur agamus; quippè diuerſa omninò res eſt: cum ad omne inquinamentum, & maculam cutaneam extenderetur, non ſolum in corpore viuente, ſed etiam in ipſis veſtibus, ac parietibus, vt pluribus probat Valleſius doctiſſimus.

Itaq; *impetigines, leuce, morphea*, & ſimilia cutis vitia pro lepra habebantur. Quod ſi à reliquo populo ſic affecti ſeparabantur, non id erat ratione contagij, ſed vt ſignificaretur, quam abominabilis ſit apud Deum omnis impuritas, quæ etiam in domibus, & in veſtibus cōmendabatur, vt corporalis homò eſſet imago hominis ſpiritualis. Vin' alium ſcripturæ locum, dū deſacris agit Miniſtris *Leu. 21.* audi ſanctionem: *Nec accedet ad miniſterium eius, ſi Cæcus fuerit, ſi claudus; ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo.* Sed hęc ſatis ſunto. *Lepræ nomine, varij morbi cutanei intelliguntur.*

§. VII.

De Ligno quo aquæ ſunt dulces effectæ, vbi obiter de Ligno Vitæ.

TAndem vt Medicinæ Moyſis Colophonem imponamus, ſciendum quod eidem Deus etiam lignum indicauit, quod in aquas immiſſum earum omnem amaritudinem penitùs diſſipauit, vt ſacer textus affirmat *Ex.* 15. 25 in quem pulcherrima diſcutit ſuo more philoſophando Vales *c.* 15.

Ligni virtus in aquarum dulcoratione qualis.

Verùm Procopius Gazeus in eam ſententiam inclinat, quòd huiuſmodi lignum eam vim habuerit naturaliter impactam; quam quidem auxiſſe Deum tunc credibile eſt ad Moyſis virtutem, & doctrinam in Medicina excellentiſſimam (quam illi vt legislatori neceſſariam communicauerat) oſtentandam, & conſequēter etiam vt in ipſo populo debitam erga eum credulitatem inſereret.

Arboris & ligni vitæ virtus qualis et quāta.

Peræquè de arbore vitæ ſentiēdum, qui Medicinæ modo corruptionem omnem prohibuit, vel ſaltem vt cibus vires præſtitit; ità D. Thomas, *1. p. Q.* 7. *ar.* 5. quam ſententiam vt veriorem D. Auguſtinus *lib.* 3. *de Ciu. Dei cap.* 20. amplexatus eſt. Hos ſecuti ſunt Strabo in Geneſ. Hugo de S. Vict. *in cap.* 13. *Gen. Q.* 161.

Abul.

Abul. Perer. *tom.* 1. *l.* 3. Q. 4. Bonfrerius, *in cap.* 2. *Gen* & alij quidquid alias ſenſerit ipſe Auguſt. Bonauentura & Bellar. Bellarminus inquam, Romanus purpuratus Pater, cuius virtutibus admirãdis Orbis plaudit Chriſtianus, doctrinam admiratur, quam ſi ſequatur, inoffenſo ſemper decurrat pede, ſi imitetur illas, beatos animos, Deiq; imitatores Cœlo pariat, ſidera fulgentiſſima veritatis ac doctrinæ iter monſtrantia, (& vt propiùs noſtræ ſpartæ accedam) Pharmacum illud Triſmegiſti immortalitatis, quo nimirum illuc ſcanditur, vbi inhabitat Lux æterna Diuinę ſapientię, quæ eſt *via veritas, ac vita*. Non poterat calamus penſum ſoluere veritati, niſi in Bellarminianas laudes excurreret, excurſionem condonet benignus Lector. *Bellarm. Card. laus.*

Poſteriores hi ſupernaturali virtute donatũ autumant; ſed & naturales etiam actiones habuiſſe contendit Antonius Ponce, *op.* 5. *in Anir.* p. 93. dum de cauſis ſenectutis, & mortis naturalis verba facit, quia nimirum eo putredo prohibebatur; quę eſt mors viuentis, cui fauet Soarius *De op. ſex. dierum l.* 3. *c.* 15. *nu.* 2. pluribus argumentis.

Cum ergò ex San. Greg. Naz. *orat.* 22. conſtet fuiſſe Moyſem Medicum peritiſſimum; præſertim pro hac operatione (in qua, & Eliſeus max. enituit) quippè quod rerum naturalium perfectam habuerit cognitionem, qua actiua paſſiuis optimè applicabat, & ſimilia ſimilibus præoccupabat, ſicque admiranda opera *Moyſis qualis Medicina ex SS. PP.*

 efficiè-

efficiebat (in his enim tantummodo ipſius medicinæ cardo vertitur) credibile eſt huiuſmodi lignum ipſi Moyſi probè cognitum in hunc vſum, & finem ab ipſo fuiſſe vſurpatum.

Omnium in Moyſe cognitio perfecta.

Teſtatur etiam D. Chryſoſtomus *hom. 6. in Luc. c. 5.* Moyſem Eliſeum, & Iſaiam Medicos fuiſſe etiã quo ad corpus ipsũ, quare conſtat Sacerdotium cum medicina non confundi, ſed illo coadiuuari, & ſibi inuicem auxiliares manus porrigere. O Medicinę laudem?

Eliſeus, & Iſ. quales Medici.

Certum eſt igitur hoc quoddam Ligni genus fuiſſe arcana quidem, & admirabili vi dulcedinis inducendæ perornatum, pręſertim vero ſi huius maxima copia in aquis immitteretur, ità vt per partes ipſarum iuxtà ſpheram ſuę actiuitatis virtus propagaretur, illudq; eas tunc vere dulcoraſſe, tùm ſalſuginem, qua amarities, & acredo conſurgit ex aquis exſugendo, & in ſe ipſum aſſumendo, tùm etiam illis dulcedinẽ ſibi innatam ſuggerendo, & impertiendo, eo pacto quo vaſe cereo aqua ſalſa potabilis redditur, cuiuſmodi alios modos alibi exhibuimus *In Iatrochym. a de Sale*, ſic enim etiam glycyrizam hordeato, vel aquæ ad potum dulcorandum, vel Medicinam ab ęgritudine requiſitam faciendam Medici adhibent., ſed huius ligni nobis ignoti longè celerior, & efficacior fuit vis, & energia.

Operationis ligni in aquas ratio, & coniectura.

Hinc verò clarè patet vim hanc verè, & phyſicè in hoc ligno naturalem fuiſſe, qualis eſt in melle, & cannis ſacchari, ſed longè quidem maiorem, & prępotentiorem.

Verùm

Verùm enim verò, ſi vna gutta olei vitrioli, vel ſulphuris integrum aquę vitrum acore,& ſapore ſuo inficit, quid ni idem facere potuerit in aqua eduleorãda hoc lignum virtutis efficaciſſimę? quod ſi hęc ad maximam ab aliquibus promiſſam dulcedinem educerentur, quid ni etiam ad hanc amaris aquis impertiẽdam poſſent adhiberi? ſi etiam lignum vitæ innata ſua virtute, & vi poterat homini vitam in ęternum prorogare, quidni etiam lignum aliquod poteſt exiſtere, quod huiuſmodi virtutes aquarum dulcorandarum participet; quibus quidem alludit ſapientiſſimus Medicus, *Eccl.* 34 4. conſulens hominibus Medici prudentię inniti, qui quidem naturales proprietates, & virtutes quas habent animalia, vegetabilia pręſertim, & mineralia, debet optimè callere ad Medicinam recta cum ratione faciundam, & adminiſtrandam; quam quidem Salomon ipſe vt alibi elucidauimus, *in Iatrochymia l. 1. ſect. 2. 3. & 4.* mirum in modum pręoccupauit, & aureis quidem ſcriptis egregiè oſtendit; quæ temporum, & prauorum ingeniorum præ inuidia tabeſcentium iniuria, & vt virtus ipſa medica eis quoquomodo nota deliteſceret in tenebris vel obnubilantur, vel igni tradita fuere concremata.

Medici conſilia non ſpernenda ex Salom.

Illius de medicina libri cur non proſtet.

ART. II.

Medicina ab Eliſæo facta propalatur.

Medicinæ antiqua dignitas.

TAntę enim verò venerationis Medicina fuit apud priſcas illas gentes, vt ad ſolum Deum, vel ad eius Prophetas ea pertinere videretur; cuius quidem rei argumentum illud eſt, quod cum Rex Syriæ ad Regē Iſrael ſcripſiſſet: 4. *Reg. V.* 7. *cum acceperis epiſtolam hanc, Scito quod miſerim ad te Naamam ſeruum meum, vt cures eum à lepra ſua, cumq́; legiſſet Rex Iſrael litteras, ſcidit veſtimenta ſua, & ait. Numquid Deus ego ſum vt occidere poſſim, & viuificare? quia iſte miſit ad me, vt curem hominem à lepra ſua.*

Naami à lepra curatio ope Medici Eliſei.

At cum iſte Naamam (qui erat Princeps militię Regis Syrię, & magnus apud Dominum, & honoribus condecoratus, per illum enim Deus ſalutem Syrię dedit) ad Regem Iſrael aduentaſſet, non ab ipſo Rege, ſed ab Eliſęo Propheta lotione aquę Iordanis curatus fuit, vt Euangeliſta teſtatur *Luc.* 4. 27.

Qualis curatio.

Verùm licèt hęc curatio fuerit ſupernaturalis ex particulari auxilio diuinę gratię, tamen etiam poterat accidere, quod aliquo pacto cauſaliter aqua Iordanis illi ſanitatem condonaue-

donauerit, non autem ſeptena ablutione, quę myſtica fuit, non quòd potuerit vi ipſius numeri operari; cum in hoc nulla virtùs inſit, niſi magicè tanquam ſigno operetur.

Enimuerò prçter quam quod fluenta aquę prçterlabentis ad munditiem in cute, & carne inducendam mirum in modum conducat; & alia humanam mentem ferè ſuperantia operetur vt notat doctiſſimus Mercur. de arni Aqua, *De baln. Piſ.* & Cl. Baldus de Tyberis vnda, *De Calc. q. Iatrophyſ. p.* 50. S. Propheta illi potuerat aſſignare locum determinatum; in quo aqua illa de mineris aptis ad lepram mundandam imprçgnata exiſteret, vel ibidem pullularet, de quibus ſatis iuſtam diſcuſſionem, & Theoriam inſtituimus, *Iatrochym. l. 3. Coroll. 2. & 3.*

Curatio Naami. naturalis qua ratione potuerit exiſtere.

Et licet obſeruatio quędam Rabbinica à me exiſtimetur, non eſt hic tamèn reticenda; quod ſcilicet ſi leproſi aqua qua abluuntur Cadauera ſæpius pro balneo vtantur futuram ex illa Leprę ſanationem, itá tamen quod ſint eiuſdem ſexus, quod obſeruant Hebręi. Notanda eſt autem hic pulcherrima, & ſcitu digna Hiſtoria, quam recitat eruditiſſimus P. Kirchier *in ſuis magn.* de ſpelunca Serpentum propè Brachianum in ora Romana exiſtente maximum calorem eructante, quo ſudor euocatur, & Serpentes ad illius accurſum ſitibundi accedentes, continuo lingu affrictu circumuoluti reſeratis poris maxima ſudoris copia è corpore educitur, & ſic à quacunq; infirmitate detenti in

Lepræ Remediũ ſuperſtitioſum.

Iucũd'ſs. et nobile.

 ea poſiti

ea poſiti ſomno conuocato vindicantur; modum ſanationis periucundiſſimum docet, & hanc à quodam Lepra occupato, caſu pernoctatione à tempeſtate ſuper imminente coacto in ea facta ibi permanere madidis veſtibus exutum, ſanitatiq; reſtitutum inuentam docet, & alijs experimentis confirmat, vir egregius de Societate ſapientum Religioſus.

Diuinũ. Sudoris D. I. C. dilucidatio.

Hic non abs re erit (quandoquidem ſacra explicamus) de Chriſti D. N. I. ſudore aliqua enodare, quo meliori ratione, & eius ſanguine abluti per fidem in eum excitatione facta Leproſi, vt ſanguine Agni ſine macula curantur. Enim vero ſanguis à natura frigidus non eſt, ſed calidiſſimus, pręſertim vero propter ſpirituum influxum, & coagulatur quia terreus, & quia etiam habet partes fibroſas; Is autem qui exiuit à Chriſto quando fuit in agonia fuit grumoſus, & quaſi Trombi, id autẽ accidit per efferueſcentiam charitatis, quę foras pellit timorem, & ex appetitu perſecutionis, qui incendere, & excandeſcere facit contra vires timoris, condenſabatur vero ab aere noctis frigidiſsimo per antiperiſtaſim operante, & frigiditate peccatorum, & ingratitudine hominum, & à diſcipulorum ſomuo grauiſsimo, quo in charitate Dei frigeſcebant, vbi notanda ſunt D. Lucę verba, qui ait quod *ſicut Trombi deſcendebant in Terram*, ideſt grumi, ſed adhuc etiam currentes.

Secũdo loco reponẽdus eſt hic idem Sanctus Proph. Eliſeus, qui 4. *Reg.* 2. 20. precibus in-

colarum

colarum motus, ſanauit aquas peſſimas; idq; arte Medicinę, miſſo in eas vaſe nouo fictili cum ſale; id autem originem ducit ex eo quòd aqua ſit matrix ſalis; quo fit, vt eo etiam facile emendentur aquæ; quem nos locum de ſale pertractantes, alijs rationibus & coniecturis illuſtrabamus *Iatrochy*. 5. 14. *Corol.* 4.

Aquarũ cura cũ ſale ab Eliſeo facta qualis, & quomodo, & cur.

Sed & idem, eodem modo Colocyntidas 4. *Reg.* 4. 39. emendauit, in quem locum videndus eſt Vales *c.* 36. & nos ſuo loco; quæ quidem ex farinę dulcedine permiſtæ correctæ, ad comeſtionẽ aptę extitere; illius enim dulcedo tanta fuit (præſertim ſi caſtanearũ ſit aut milij; ſua nanque frigiditate, caliditatem, à qua ſũma amarities exiſtit, infringere poterant) vt ad illarum abſtergendam malitiam, plurimum valeret; ità vt mortem in olla non amplius eſſe affirmarent, ſenſuque etiam tangerent experti ſaporem.

Colocyntidarum ab codẽ ſanatio qualis, & quomodo, et cur.

At mors in olla detegitur; nimirum ipſum venenum purum putũ, in quo genere colocyntidæ ſunt ex omnium ſententia, & preſertim Cardani, *de ven. l.* 1. *c.* 1. tamen etiam ad Medicinã eius vſus traducitur pręſertim pro pituitæ purgatione, cuius maxima exiſtit vis, quæ tamen debet eſſe correcta, & cum alijs ſimplicibus permiſta: ſolitaria enim non exhibetur, cum maxima malitia polleat, quam exhibet Villanou. *in ſpec. med. c.* 67. & in cõmentario clarè patet, eius tamen medulla ritè pręparata, innocenter purgat, & cum vino mombaſio colliquata ad podagram facit.

Colocyntidæ Dãna, & vtilitates, & in ime vſus.

ART.

ART. III.

De Medicina ab Iſaia facta, deq; Solis miraculo retroacti.

Ezechias ab Iſaia Medic. exhibita.

PErtio loco ſeſe nobis exhibet Iſaiæ ars medica contemplanda; cum enim Ezechias Rex (vt refert Sacra ſcriptura) 4. Reg. 20. 1. ad mortem vſq; ægrotaſſet, & ſe ad Dominum cum lacrymis conuertiſſet, ab eo per Iſaiam hocce reſponſum accepit; *Iſ.* 38. 19. 39. 1. *Audiui orationem tuam, & vidi lacbrymas tuas, & ecce ſanaui te. Die tertio aſcendes templum Domini, & addam diebus tuis quindecim annos &c. Dixitq; Iſaias afferte maſſam ficorum, quam cum attuliſſent, & poſuiſſent ſuper vlcus Ezechiæ, curatus eſt.*

Qualis fuerit hęc cura.

Ex his autem verbis clarè apparet, quod hæc curatio fuerit partim ſupernaturalis, partimq; etiam naturalis, cum trium dierum ſpatium pro curatione, qua è lectulo ſurgere poterat aſſignet, cum ſtatim potuiſſet Dei virtute à morbo dicto citiùs conualeſcere, at quindecim annorum illi vitæ additamentum ex Dei decreto conditionato emanauit, quo ſi Iſaiam Proph. illius curationi deſtinatum non aduocaſſet perfrui non poterat, quod in liberi arbitrij poteſtate remanebat, & illius electio à Deo inſufflata, & antè illius oculos Iſaiæ præſentia, & illius verbis oſtentata, vel reprobatio in eius

Vita Ezech. prorog. qualis fuerit.

in eius mente commorabatur; cuius tamèn ſanationis impetum à Deo egrediendum, remedijs tamèn naturalibus concurrentibus, Propheta oſtẽtauit retrogreſſione Solis per decem horarum ſpatiũ in horologio ſolari per decem linearum vmbram in pariete commonſtratam, ex quibus Horologij ſolaris antiqui vſus inuenti à Rege Achaz clarè conſtat *ib.* 11. *Horolog. vſus.*

At verò de hac Ezechię per Iſaiam curatione quęri poſſet, an ea fuerit morbi natura, vt ficuum cataplaſmate leniri, curarique potuerit, vel cui potius ficus adhibitę nocerent, quo pacto Elias, *l.* 3. *Reg. c.* 18. vt conſtaret ſacrificiũ diuinitùs inflammari, illud aqua abundãter reſperſit, quæ ignẽ nõ aduocat aut fouet, ſed potius eſtinguit; ſic Heliſeus *l.* 4. *Reg. c.* 2. (quod iam vidimus) vt aquas amaras & ſteriles dulces redderet, atque potabiles, ſalem in illas immiſit, cum tamèn ſal ſterilitatem, & amaritiem inducat. Fr. Val. cui poſt Gal. dat prima ſubſellia Vopiſcus Fort. Pẽplius Medicus ſanè doctiſſimus in eam partem videtur inclinare vt aliquid ſupra ficuum, & caricarum naturam ſubolfaceret, quod equidem probabilitate non caret; vt enim aliquid ad ſanitatem ficuum Cataplaſma contulerit, & tridui ſpatio moribundum hominem ità cõfirmare vt templum obire ſine vllo valetudinis incõmodo potuerit, aliquid ſupra Phyſ. facultatem interceſſiſſe probat, cum præſertim Pleuritidem fuiſſe cenſeat Petrus Hyſp. qui ad Pontificatus culmen euectus Io: XXI. fuit nuncupatus ſui Theſ. Paup. c. 26. *A ficubus an vlcus ſanatum.*

Sed

Sed non eſt ſicco pede tranſeunda obiter diſ-ficultas, qua explicetur modus, ſeù nodus potius, quem ſacri contextus verba prçſeferre videntur, cum vmbram reductam per lineas decem gradus retrorſum in Achazij horologio diuina memoret ſcriptura. Extenuant meo iudicio miraculum qui vmbram, non Solem opinantur rediiſſe retrorſum, atque adeò non in Sole, ſed in vmbra factum fuiſſe miraculum autumant. Ità cenſent aliqui ex Hebr. Burgens *in lib. 4. reg.* Vatablus, Arias mont. *Iuſ. 15.* & in hanc magis inclinat Sã.

Retroceſſionis ſolis miraculum.

Vt ſpecimen autem exhibeã fulcri quo innititur hçc opinio, quç ſanè non eſt improbabilis, habent quidem quo ſe tueantur; quia cum hoc eſſet maximum ſignum eorum quç facta ſunt in Cœlo, cum maius ſit ſolem retrò eſſe conuerſum tot lineas, quam tempore Ioſue conſtitiſſe, aut Chriſto moriente paſſum fuiſſe deliquium; enim verò de illo curſu adeò mirabili nihil dicitur; ſed tantùm de vmbra retrorſum verſus acta, idq; tantum in Achazij horologio. Nam qui rectè computant, ſi rurſus à Sole remetiendum erat ſpatium decem horarũ, neceſſariò dies ille habere debuerit triginta duas horas, iuxtà computationem D. Auguſtini *lib. 2. c. 28. de mirab.* S.S. Dioniſij *ep. ad Poüc.* & Glicç. ex ſententia Hippol. *2. par ann.* quare dies ille fermè triplicatus eſt, quç cum non ſit res de nihilo, (de quo etiam eruditiſſimus Gaff. ſuo more, *01. prop.*) memorabili ſanè hiſtoria non erat reticenda.

Nihilominus dicendum, ſole ex ſuo curſu orientem verſus reuocato, vmbram in horologio decem lineas repetijſſe. Ita Auguſtinus cit. Dionyſ. etiam, Cyril. Procop. Lyra, & recentiores pleriq;, inter quos Serar. Cornel. à Lap., Gaſp. Sanctius, Aug. de Quir. Sanè legimus apud Iſaiam, qui fuit huius miraculi miniſter atque portenti admirandi oſtentator, reuerſum eſſe ſolem decem lineas, & Sapiens: *Eccl.* 48. *& in diebus* (inquit) *illis retrò rediјt ſol, & addidit Regi vitam*: propterea quando grauis aliqua ratio non premit, verba in ſua proprietate ſunt exponenda. Neque deeſt aliquando admirandę huius nouitatis veſtigium apud profanos: nam Herod. *in Euterpem* poſtquam egerat de fuga Senacherib. *intra decem* (inquit) *millia trecentoſque, & quadraginta annos quater ſolem præter conſuetudinem fuiſſe exortum, bis quidem illic, vbi non occidit, bis autem vbi nunc oritur illic occidiſſe.* Sed cum ſacra nobis pagina ſuffragetur, cur ad profanos mendaciorum Architectos accurrimus? *Portenti huius explicatio.*

Cęterùm ex eodem etiã ſacræ ſcripturæ loco, Ezechiam inſtructum rebus medecinalibus cymeliarchium domi habuiſſe conſtat; vt hinc Medicinę ſecundũ Canones exercendæ modum antiquitus extitiſſe in liquido ſit, quod contextum legenti clarè apparebit, 4. *Reg* **2. 13.**

Enim vero vt Medicinam exhibitam ab Iſaia conſideremus; de ficubus, & caricis pręſertim certum eſt, quòd maximam ſuppurationis energiam (ob eorum aptam ad id agendum *Ficcũ in Vlcere curandi vis.*

contem-

contemperatam caliditatem) ſibi aſſumant ; qua quidem operante, & eius vi vlceroſa carne emarceſcente, & per naturæ impetum exterminata noua ſuccreſcit, & regeneratur, ſicque plagæ vlcus facili negotio perſanatur.

At verò pro bellarijs, & affaniis pueris, & infantibus in medicina noſtra quidem tempeſtate (qua natura deprauata, & malitia peccatorum occupata magis ad corruptionem vergit, & ad interitum tendit:) porrigantur, ſi pręſertim de vlcere cancroſo, & malignę naturę ſit cura inſtituenda, niſi prępotens Dei manus ſuppetias afferat particulares, vt in hoc caſu accidiſſe mihi perſuadeo [quem locum dilucidiſsimè explicat Valeſius, *C.* 39. *p.* 315. & de ficuum energiã, & virtute optimè Leuinus Lem. *de herb. Bibl. c.* 19. quorum etiam vi naturali curatum fuiſſe vult Meyſs. *Pent. p.* 8.

COROLLAR. II.

Vlcerum notio, & curationis ratio.

Vlceris deſcriptio, & cauſa.

ALiqua autem hic etiam, ex noſtra vaſtiſsima Syluâ rémedia enumeremus. Notandum eſt autem, quod vlcus eſt ſordida continui ſeparatio ex humore, & prauorum ſpirituum influxu facta, & prò vt malignitas, eiuſque influens cauſa, & ſubiecta ipſa vlcus recipientia

Digitized by Google

pientia variantur, ità etiam vlcus variam deſumit denominationem, tum cauſaliter, tum materialiter, tum ſubiectiuè, tum etiam formaliter ex figura ipſa, qua in eſſe conſpicitur, cuius remedia in quattuor medicinæ inſtrumentis conſiſtunt; ac recto oculo noſtram Iatrochymiam vlceris recta curatio reſpicit.

Si enim buffonem in ollâ benè clauſum pedibus ſuſpenſum, ità tamen vt in medio ollæ omninò ſtet, neq; hinc, neq; illinc tangat, in furno comburatur, vel potius chymicè loquẽdo calcinetur, & puluerizetur, ſuper quod vis ſordidiſsimum vlcus quamuis fiſtuloſum, vel cancroſum ſit ſuperponatur, proculdubio ſanabitur.

Calcis Bufonis præp. pro vlcere energia.

At verò admirandum illud maximè eſt, quod notat Meyſs. *Pent. p.* 100. ex Riuer., Lunæ manſiones pro morborum magnorum recta curatione elucidante, quod huiuſmodi ægritudinum curatio in Lunę quarta auſpicetur, ꝙ & de reliquis huiuſmodi morbis concludit; ſed nimis nobis videtur hæc religioſa obſeruatio, quæ tamèn non eſt contemnenda, ſi tunc cum Satur. aliqua infelici irradiatione permiſceatur, vt nos ſuo loco pręnotauimus *In Iatrochy. lib.* 5. *in Digreſſ. Floridis & Viol.* Alias ille breuiter quidem, ſed dilucidè, & per ſumma capità obſeruationes ex alijs ſuperaddit.

Lunæ obſeruatio pro vlceris cura.

Videamus autem corollarij loco, quo pacto vlcera, & plagę recitatæ à Moyſe *Ex.* 9.9. ad Phar. obſtinatam mentem demoliendam pullulabant, enim verò cum veſicæ ſint quidam

Plagarũ & vlcerũ Ægypti, & Phar. notiones, et cauſæ.

tumores

tumores in cute excitati à calore eleuante, & reſoluente, & ex ſero ſanguinis genitę, varia horum genera in hominum colluuie exiſtunt; qui quidem tumores, vt plurimum continent humores ſeroſos, ſalinos, reſolutos à calore ignis ex carnis partibus ſubtilioribus, & deindè calore magis exſiccante, hominum cutis, ſicut & cęterorum animalium conſumitur eroſione à ſalina ſubſtantia, & contrahitur caro; quo fit vt diſrumpatur, quæ ruptio carnis aperta, vulneris ſumit denominationem, ac poſt cutis rupturam, caro illa aperta, & hians paulatim putreſcens, & conſumpta vlcus euadit.

DIGRESSIO. II.

Podagra, eiuſque nonnulla remedia explicantur.

CVM de Ezechiæ Regis curatione per Prophetę manus theoriam dederimus, cumq; contrarium in Asâ item Rege acciderit, hic eius morbus eſt à nobis enucleandus, vt efficax Dei digitus appareat, non tam in profligandis, quam infligendis morbis. Hic cum ægrotaſſet anno 39. Regni ſui dolore pedum vehementiſsimo, dum nimium Medicis eorumq; manibus defert, oblitus ipſius Dei, dormi-

dormiuit cum patribus ſuis, diem claudens extremum. Verum hic obiter de podagræ generatione, deq; defluxu humoris in artus corporis dicendum, reuertentes poſteà ad morem mortis Regis Aſæ, dum veſtigabimus an mors naturaliter, an ſupra naturam acciderit, ſiue vt loquitur Hippocrates, an aliquid ſubfuerit diuini, à quo raptus fuerit Rex iſte.

Sileo de varijs gradibus, ſeù ſpeciebus podagræ, pro vt à varia procreatur materia, ſileo item de vario nomine á parte affecta deriuato, cum & gonagra à genu, podagra à pede, ab iſchia iſchiadicus fluxus, ab artubus articularis dolor denominetur, inuariata plerumq; cauſa. Sileo de partium recipientium imbecillitate, de valida vi mittentium, præcipue capitis, à quo omnis morborum ilias procreatur, vt iure meritò ab Hippocrate acceptũ habeamus, caput eſſe omnium morborum metropolim, graphicè pictor egregius Rheumatiſmos omnium morborum architectos dignoſcens, ac velut in tabula explicans hic demonſtratur. *Podagræ differentia.*

Diſtinguitur ſpecierum varietas ab humoris ſigno dominantis, quæ eſt præcipue qualitas mutata, vt ait Galenus, nimirum ex colore, itemq; ex dolore, ex victu itidem, vita anteacta, ętate, anni tempore, de quo extat aphor. Hippocratis 1 6. *aph. 55, dolores podagrici vere, & autumni magna ex parte mouentur.* quia ſcilicet tunc temporis humores in corporibus permiſcentur, & à proprio ſtatu ac temperie deſiſcunt, quam alijs temporibus.

Hic video morbum in intemperie, in ſoluta vnitate, & in compoſitione; triplex funiculus, qui difficilè rumpitur, præcipue cum in nodos vertitur humor, gipſeamq; acquirit conſiſtentiam, vndè fruſtrà apothecæ medicamentorum exhauriuntur, nam vt ait ille.

Soluere nodoſam neſcit Medicina podagram,

Vt iam hic reponi poſſit quod nonnemo facetus dixit Medicus.

Si vis ſanari de morbo neſcio quali
Accipias herbam qualem, ſed neſcio vel quam,
Ponas neſcio quò, ſanaberis neſcio quandò.

Vt curationem tamèn innuam, paucula hic adnotabo; venus & vinum faceſſant à podagricis, à quorum abſtinentia multos curatos fuiſſe teſtatur Campanella: de aſſumendis laudant aliqui allij nucleum ieiunè comeſtum, præter vniuerſales euacuationes tum à pharmacia, tum à ſanguinis detractione, ſi modò conueniant, de quibus Practici Medici, & imprimis Mercurialis conſulendus.

Oleum ego propono ad dolorem leniendum dum miſerè cruciat ægrotantes.

Seligantur xxx. aut xxxx. ranæ, ponantur in fictili nouo, ſuperfuſo oleo, oleumque per octo digitos ſupernatet, ebulliant lentè ad conſumptionem; infunde dein tereb. vnc. ij. cola & exprime, contere: ſic totas ſimul exprime, fiatq; vnguentum, quo tollitur omninò podagræ dolor, etiam nodoſæ. Verum quot myriades præſidiorum ab Agyrtis, & fuco Medicis proponuntur ad rebellem morbum

elimi-

eliminandũ, non ſine momento ſtateræ ſunt hęc vſurpanda, cum multiplici ſpeciei, ſua medicamenti ſpecies conueniat: neq; enim vno calopodio omnium pedes calceantur.

Sed ad Aſam reuertentes, probabilius mihi videtur ab ipſa podagra trucidatum fuiſſe, diemq; vltimum obijſſe nullo alio intercedente morbo, adeoq; naturali progreſſu ipſius morbi, dum tandem Regem occideret, Dei permiſſione.

Aſa Regis morbus qualis fuerit.

A ſcripturę ſcopo videor aberrare Sebaſtiano Baldo contrarium ſentienti; cum haud videatur probabile, inquit ipſe, ex podagra longo ſatis morbo Aſam potuiſſe mortem oppetere, ſed potiùs ab humorum recurſu, ſeù diadochi, in aliquam principem partem, nouo emergente morbo, quemadmodum pleuritico accidit, ſi in empyima incidat, & in læthum, is enim non iam pleuriticus, ſed empyimaticus obibit Hippocrati 5. *aph.* 8. Mors itaq;, iuxtà eius opinionem non fuit Regi illata à podagra, ſed à nouo ſuccedente morbo, Dei imperio, fidem Regis eneruem ac fatuam caſtigantis, qui in medicorum arte confiſus Dei medelam non curauit, ex quo putat ipſum præproperè interijſſe.

Potiùs videatur, inquit, Ioram languore in aluo inſanabili, quo per duos annos fuit afflictatus, donec tabefieret, & viſcera ipſa egeret, naturali modo obijſſe, vt diuina refert Script. 2. *Paral.* 21. 18. *&* 19.

Sed quid? non ne ſacer hiſtoricus podagrâ Regem

Regem laboraſſe clariſſimè refert. Do longam in podagra periodum, quid tum! Ergo aſſumet amiciſſimus Baldus non potuiſſe doloris ſęuitie Regem occumbere? Quid enim rogo impedit quo minus in ipſa doloris acceſſione iugulatus ſit Rex, ſinente Deo naturali progreſſu morbum in vitam ſæuire Regis? Ergò cum ad Deum preces non ſuderit, & baculo arundineo innixus fuerit cecidit miſer, & occubuit præ doloris ſæuitie.

Areſij Epiſcopi laus.

Hinc rectè, & acutè, vt id obiter dicam, Areſius Præſul vir litteratiſſimus, & orbi admirandus, qui miſcuit vtile dulci, ferens in pectore, vt ille in Rationali antiquitùs, doctrinam ac veritatem, obſeruat ideò Chriſtum de Lazaro ęgrotante, nil infauſti aſſeruiſſe, cum diceret *infirmitas hæc non eſt ad mortem*, *Ioan.* 10. 4. licet poſtmodum obierit, vt hinc diſceretur non eſſe fidendum Medicorum prognoſticis, nec aſtrologorum aſtris, nec philoſophantium aſſertis, licet nos immunes à morte, eo tempore dicant neutiquam morituros. Do eius verba: *In ſymb. lib. 6. ſymb. 45. p. p. Mà à propoſito noſtro, ſtimo io, ch'egli diceſſe, infirmitas hęc non eſt ad mortem, quantumq; poi Lazaro moriſſe, acciochè imparaſſimo à non aſſicurarci di non douer morire, quantumq; il Medico, ò l'Aſtrologo, ò il Filoſofo ci dice, che habbiamo à riſanarci.* Diſcamus cautiores eſſe exemplo Aſæ, & Dominum quærere in infirmitatibus noſtris, nec adeò nos decipiat inanis philoſophia, ſecundum elementa huius Mundi, quin veluti ad cynoſuram aſpiremus ad

Beatam

Beatam patriam, vitâ anteacta per exomologeſim expiata, ſacra in primis ſynaxi muniti.

ART. IV.

De Eſdræ Medicina.

QVarto Eſdras etiam Propheta Medicus à Medicis exiſtimatur, vt eorum teſtimonio apparet Nicolai ſcilicet *In Antidot.* Æginætæ, *lib.* 3. *cap.* 32. *lib.* 7. *c.* 11. ac Aetij *Tetr.* 2. 5. 4. *c.* 18. & 29. 33. 67. *Tetr.* 3. 5. 1. *c.* 1. *Tetr.* 4. 5. 1. *c.* 100 qui eius antidotum, vt optimum quidem recipiunt, & vſurpant; & huius deſcriptionem habes in Villanou. antid. *p.* 437. qui eam ab ipſo omninò recognoſcit, & propter varietatem miſcibilium inuſitatam eſſe pronunciat. Hæc eſt breuis Eſdræ medicina.

ART. V.

De Salomonis Medicis præceptis.

QVintò Propheta nec non ille ſiue Salomon, ſiue Ieſus filius Syrach fuerit, qui Eccleſiaſticum opus tam Sanctum, quam frugiferum reliquit, Medicum ſe eſſe oſtendit, & Medicinæ laudatione dignas eius laudes attexuit *cap.* 38. cuius elucidationem dedimus in ſuperioribus, etiãq; doctrinâ, & experientiâ comprobauit, vt ex præceptis de Medicina traditis clarè patet; quę ſunt axiomata maxima meditatione perpendẽda, & in vſum traducenda, ex quibus aliqua ſeligemus.

Eccleſiaſtici dignitas.

Primo namq; ait *Eccl. c.* 6. 26. *compara amicum medicamento:* quod ego facere ſolitus ſum, vt amicis gratam rem faciam, & pauperum orationibus mihi Cælorum ianua patens ſit, quibus medicinæ ſalutaria auxilia meis impenſis, & manibus parata porrigo, & liberaliter elargior.

Medicina pauperibus quomodo exhibenda.

2. Dicit ib. 7. 36. *non te pigeat viſitare infirmũ, ex his enim in dilectione firmaberis;* quòd præceptũ cum morale, politicumq; ſit; tamen etiam ad Medicum ſpectat, quia ſic ei ab ęgroto maior fides habetur, ipſe verò etiam erga ęgrotum magis afficitur, quo fit, vt illi in omnibus compatiatur.

Viſitatio infirmorũ à Medico qualis eſſe debeat.

Hinc

Hinc intellige quàm magni referat Medicum curantem multas, multaſq; quidem paſſum fuiſſe infirmitates, non ſolùm vt proprio experimento alijs faciliùs, & tutius medicinam faciat iuxtà Platonis ſenſum, ſed etiam quia illo edoctus, quæ debet ęgrotis liberaliter; ſi opus ſit, concedat, noxia vero omninò prohibeat; quæ eſt mẽs politici philoſophi inferiùs exaranda, & quidem de pulſibus, vrinis, & alijs coniecturis Medicis proprio experimento tanquàm ex tripode Apollinea pronunciet. *Qualis debeat eſſe Medicus.*

3. Ait ib. 10. 12. quòd *lãguor prolixior grauat Medicum, & breuem languorem præcidit Medicus*; multas quidem rationes, & attributa, & incommoda pro hac particula, in Medicum adducere poſſemus, quæ ſuo loco propalamus. *Medici anxiæ cogitationes.*

4. Addit ib. *Medicinã artè lãguorẽ adhibeto*, 18. 20. quandò ſcilicet efflaceſcente natura prę languoris viribus opprę́ſſa non poteſt ſuas vires contrà rebelles morbi impetus extendere; hinc factum eſt, quod ab his etiam, qui Medici non ſunt ſic conſulatur. *Medicina quo tempore adminiſtrãda.*

Principijs obſta, ſerò Medicina paratur
Cùm mala per longas inualuere moras.

Iure igitur merito diuinus Medicinę parens in ſuis aphoriſticis ſententijs multa quidem dat egregia documenta certiſſima ad languores, & ęgritudines prępuidendas, & præſeruationes procurandas, prę́ſertim verò cum dicit (quod eſt maximè pręnotandum) quod ſpontaneę laſſitudines morbum inducant, *ſec. 2. aph.* 5. quę quidem cum ſint quoquo tempore ob- *Laſſitudinũ mala, & damna.*

ſeruandę, & præcauendę, ſiue accidant citrà cauſam manifeſtam, cuius tria genera enumerat Gal. 3. *de ſan. tuend. c.* 5. ſiue ex morbis procedant, de quibus agit magnus Senex 4. *aph.* 31. *& ſeq.*; ſiue à nimia exercitij, vel gymnaſticę exercitatione, cuius tria genera dat Hippocrates 2. *de diat. S.* 2. *Aph.* 48.; ſiue à nimio labore, cuius exemplum exhibet idem Medicinę decus *Epidem.* 5. 2. *Lanq.* 8.; ſiue à ſauguinis mictu, de quo idem dilucidiſſimè pertractat 2. *predic. p.* 4.

At verò propriè de ſpontanea laſſitudine fuſiùs verba facit artis Apollineę Iubar, *lib. de loc. in hom.* nimirum quę conſideretur, vtpotè quę abſq; vlla pręuia immediataq; cauſâ procedat; non enim dantur ſpontaneę laſſitudines abſq; cauſa intrinſeca morbi, qui iactis radicibus ſenſim ſine ſenſu à ſanguine in humorem ſerpit, deindè in ſpiritus; quibus perturbatis vel perſpirare ab obſtructionibus prohibitis, latentes proſiliunt morbi, & ſeſe in ſcenam exhibent proſpiciendi, quo fit vtſpontè oriri dicàntur.

§. I.

§. I.

De Vomitu, deque eius vſu, ac vtilitatibus.

QVinto ſubdit magnus hic Medicus Sacer *ſi coactus grauatus fueris in edendo multum, ſurge è medio euome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.* In hũc locum Vall. *de ſac. Ph. c.* 37. vbi poſtquã Salomonis oraculum ad normam Medicam expendit, & approbauit, concludit his verbis: *optimè igitur* ait, *ac cum Hipp. & Gal. præceptis vt videre licet paſſim in eius ſcriptis lib. 7. meth. med. præcipit Eccleſiaſticus ſi coactus fueris, &c. quibus verbis ſignificat ſine mora id eſſe faciendum, antequam cibi copia noxæ aliquid afferat.* hęc Valleſ. *Vomitus commoditates.*

Claudio Tiberio Neroni ne crapula opprimeretur, cum ingurgitatus obdormiret penna reſupino in os, pro Vomitu ciendo immittebatur. Vide Alex. ab Alex. *gen. dier. l.* 5. *c.* 21. Seneca tribuit id Vitellio item Imperatori *lib. de Prouidentia:*

De Aquæ tepidæ vi, & eiuſdem in vomitu vſu idẽ Valleſius agit pro ſuo more doctiſſimè *Vtinam frigidus, aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es incipiam te euomere,* quod exprobratum fuit Angelo vni ſeptem Eccl. in Apoc. locus eſt vnde *Aquæ tepidæ vis & vſus.*

tepidæ

ſeruandę, & præcauendę, ſiue accidant citrà cauſam manifeſtam, cuius tria genera enumerat Gal. 3. *de ſan. tuend. c.* 5. ſiue ex morbis procedant, de quibus agit magnus Senex 4. *aph.* 31. *& ſeq.*; ſiue à nimia exercitij, vel gymnaſticę exercitatione, cuius tria genera dat Hippocrates 2. *de diat. S.* 2. *Aph.* 48.; ſiue à nimio labore, cuius exemplum exhibet idem Medicinę decus *Epidem.* 5. 2. *Lanę.* 8.; ſiue à ſauguinis mictu, de quo idem dilucidiſſimè pertractat 2. *predic. p.* 4.

At verò propriè de ſpontanea laſſitudine fuſiùs verba facit artis Apollineę Iubar, *lib. de loc. in hom.* nimirum quę conſideretur, vtpotè quę abſq; vlla pręuia immediataq; cauſâ procedat; non enim dantur ſpontaneę laſſitudines abſq; cauſa intrinſeca morbi, qui iactis radicibus ſenſim ſine ſenſu à ſanguine in humorem ſerpit, deindè in ſpiritus; quibus perturbatis vel perſpirare ab obſtructionibus prohibitis, latentes proſiliunt morbi, & ſeſe in ſcenam exhibent proſpiciendi, quo ſit vtſpontè oriri dicantur.

§. I.

§. I.

De Vomitu, deque eius vſu, ac vtilitatibus.

QVinto ſubdit magnus hic Medicus Sacer *ſi coactus grauatus fueris in edendo multum, ſurge è medio euome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.* Iñ hũc locum Vall. *de ſac. Ph. c.* 37. vbi poſtquã Salomonis oraculum ad normam Medicam expendit, & approbauit, concludit his verbis: *optimè igitur ait, ac cum Hipp. & Gal. præceptis vt videre licet paſſim in eius ſcriptis lib. 7. meth. med. præcipit Eccleſiaſticus ſi coactus fueris, &c. quibus verbis ſignificat ſine mora id eſſe faciendum, antequam cibi copia noxæ aliquid afferat,* hęc Valleſ. *Vomitus ditates.*

Claudio Tiberio Neroni ne crapula opprimeretur, cum ingurgitatus obdormiret penna reſupino in os, pro Vomitu ciendo immittebatur. Vide Alex. ab Alex. *gen. dier. l.* 5. *c.* 21. Seneca tribuit id Vitellio item Imperatori *lib. de Prouidentia:*

De Aquæ tepidæ vi, & eiuſdem in vomitu vſu idẽ Valleſius agit pro ſuo more doctiſſimè *vtinam frigidus, aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es incipiam te euomere,* quod exprobratum fuit Angelo vni ſeptem Eccl. in Apoc. locus eſt vnde *Aqua tepidæ vis & vſus.*

tepidæ

Qualis vomitus vniuerſalis eſſe debeat.

tepidæ vſus pro Vomitu commendatur. At potio frigidæ videtur potiùs ad morbos calidos expugnãdos, quam pro vſu potionis admittẽda; calidus verò potus cõtrariũ omnino effectũ ſortitur & eſt naturæ magis vniformis, & voluptuoſior; & magis ſanitati conducens, ſi aſſuefactione ad vſum traducatur, quod exemplis probari poteſt; & à Chinẽſibus adhibetur, quod confirmat cibi calidi aſſumptio; eadem enim eſt naturæ appetitiuæ ratio tàm in alimẽtis liquidis, quàm ſolidis, at hæc calidã magis naturæ ſenſui conducunt; igitur & illa: conuenit tamèn in vniuerſum frigidus magis poſt comeſtionem, calidus verò in ipſa cibi aſſumptione, quia ſic magis actuatur calor pro nutritione & alimenti diſtributione debita in partes neceſſarius, antè verò nullus potus conuenit, quia in liquido debile fit fundamentũ, de cuius eſſentiâ, & modo optimè Cõſtæus *de potu in morb.* & Ruſconus *de Potu calido* præter alios. Panis autem, & aqua eſt baſis vtriuſq; alimenti.

Vomitus artificialis non ſanus.

Verùm ad rem noſtram, numquam mihi placuit præſertim in ſtomachis debilibus (cuiuſmodi meus eſt, ſic ſtudijs effectus, & effętus, & malè affectus) aqua tepida ex conſilio *Celſ. lib. 1. ſent.* 15. *&* 31. vel ad cibum capiendum antè comeſtionem vomitus prouocatus, vel ad cruditates, & humores noxios expellendos, & cõſequenter morbi malitiam compeſcendam; quia neceſſe eſt vt tali pacto ventriculus maximè labefactetur; qui tamen vſus apud noſtrates Medicos, adeò inualuit, vt abſq; vlla præme-

ditatione

ditatione cuique conſulatur non ſine noxa.

At quidem ea ratione perſuadentur, quod animalibus domeſticis familiariſſimus hic ſe purgandi vſus ſit. Verùm non animaduertunt, quod huiuſmodi animalia quia voraciſſima, & furti maximè appetentia ſępe ac ſępius deglutiunt, & vorant ea quæ nullo vnquam pacto poſſunt digerere; quare illis vomitus eſt per neceſſarius *Prou.* 26. 11. 2. *Petr.* 2. 22. non tamen hominibus ſi belluarum more voracium cibum non capiant; & vitam degant earum naturæ accommodatiſſimam. *Animalia cur vomant.*

At verò priſcis temporibus in maximo vſu erat huius remedij praxis, vt Hippocrates *lib. de ſalub. diæt. p.* 3. referat homines quoſdam ſuo tempore bis in menſe ſolitos euomere.

Vomitus autem commodiſſimus accidit, & conſequenter optimus, ſi ex naturę impetu fiat, & ſit ex pituita, & bile quam maximè permiſtus, & non valdè craſſus, neque multus, vt adnotat Hippocrates, ſed cùm repletio perſentitur vomitum conſulerem Acratocochonibus Liæo indulgentibus, *quorum menſæ ſunt plenæ vomitu Iſaiæ* 28. 8., magis quam Epicuro mancipatis, nam his abſtinentiam conſultam facerem, niſi ex immodica nimij cibi ingurgitatione morbos originem ſubitò poſſe ducere, dubitetur. *Vomitus à natura appetitus qualis.*

Cæterùm non ſunt æque damnandi Medici qui ad Vales.mentem *cap.* 73.*p.* 584 præmeditato conſilio vomitum conſulunt, & præſcribunt, ac ij qui nullo habito reſpectu vomitoria pro-

ſcribunt;

ſcribunt; alioqui enim ſi intrò rapiatur cibus ille corruptus ad putredinem diſpoſitus inflã- *Vomitus cautiones* mabit venas ac vaſa; & hinc calor cordi communicabitur, vndè febris, quæ ad obſtructione vt plurimum dependet; nec enim calor iecoris ex ſe ſatis validus eſt, quamuis efficaciſſimus ad corrigendas illas intemperantias, ad prohibendum damnum illud imminens; nec clyſteribus adeò efficax vis ineſt vt illùc commeent vbi eſt morbi fomes, & licet eò commearent, non habent tamen eam vim, qua vaſa illa tenuia ab illo liberent farcimine, ea cõſtipante ac obſtruente; tamèn maxima viget, ſi in aliquo alio medicamento, virtus in antimonij vſu pro enematibus, ſi præſertim ſint pro colicis doloribus adhibenda, qui à nimia ingluuie, & ingurgitatione originem vt plurimum ducunt.

Satiùs igitur tunc eſt cum Salomone ipſo ad vomitum accurrere; vndè ſuburra illa foras educatur, quæ nauigium ferè depreſſum, & à tempeſtatibus morborũ ſuccuſſum in profundum demergit.

Enim verò in ipſo vomitu, etiam vomitorijs *Vſus vomitorii in ipſo vomitu.* vtimur, cum ſubeſt nimirum humoris copia, & pondus, & ſarcina. Fideiuſſores do Hipp. *lib. de io in hom.* & eius diſcipulum, & commentatorem egregium Gal. 2 *in* 6. *Epid.* 9. aliter autẽ obſeruatur, & proceditur cum vomitus oritur ex imbecillitate facultatis retentricis, nam tunc occurrimus ſiccantibus potiùs, quam humectantibus (in quo caſu præſertim veriſſima eſt

eſt mea ſententia, & limitatio de aqua tepida) vndè Petrus Baius *lib. 11.c. 9.* ſcribit ſe aliquos curaſſe ſolo vſu piperis edoctus ità à Celſo *lib. 3. 5. 28.*

Hinc autem colligitur quo pacto Valleſij sẽtentia inconcuſſa etiam maneat, cum enim ſaburra nimia cibi aggrauat ventriculum, ab euacuatione tunc manus auxiliares expecta, alioquin non eſt quòd ſecuritatem à morbo polliceamur: Neque enim gracilitas impedit, adeò vt à vomitu ceſſare debeamus, immò eſt peculiaris circunſtantia tunc obſeruanda (neceſſitas enim leges non patitur,) & ad vomitus præceptionem eſt requiſita á ſummo Medicinæ dictatore, quandò pro caſu propoſito neceſſarius eſt; in gracilibus namq; ſolet plurimum dominari biloſus humor qui (vt ait Oribaſius) tendit ad aerem, qui eſt ignis alimentũ, cum enim ſit igneus humor ſurſum appetit tanquam ad ſuum principium, vel ſuam ſedẽ, ex qua, cum prȩter naturam eſt, debet exire, quo fit, vt qui huiuſmodi natura præditi ſunt (cuiuſmodi ego ſum) & vomitum contra eorũ naturam adiuuantem habeant (quod ego meo malo experior) bonam ſanitatis frugem non capeſcant.

Tepida Aqua vſus quibus & quando, & quomodo.

His adde quoque tempus opportunũ, puta æſtatem, nam tunc præ caloribus vinum diris modis ingurgitatur, quibus prȩhabitis circũſtantijs, ſi tepida exhibeatur nil melius; nam calida deducit humores potiùs intrà venas, frigida verò couſtipat, & eoſdem incraſſat, tepida verò

verò conſtipat, & eoſdem incraſſat, tepida verò attenuat, & natura eos ſic faciliùs expellit; hoc autem eſt obſeruandum niſi ipſa natura ex ſe ipſa inſurgat ad contenti humoris expulſionem, vt de frigidæ exhibitione in ſynochis, & ardentibus febribus ęſtiuo prędertim tempore teſtatur Gal., & is vſus maximè inualuit recta tamen cum prçmeditatione o[illegible]ſeruatus in regionibus calidioribus, quod [illegible]m conſulit Celſ.; minimè verò vomitum *lib. 3. ſent. 22.*

Frigidæ vſus quã do, & quomodo & quibꝰ proſit.

Demum vomitoriorum maximum apparatũ pro vnoquoq; morbo congruum damus *in latrochymiæ 2. par.* quorum amplum nemus exhibet varijs arboribus illa fulcientibus conſitum Hadr. *in armament. Med. chym.*

Verùm enim verò vt clarè appareat Medicos primos ex ipſo Salomone Medicinam didiciſſe, magnus Hipp. integram hanc ſententiam deſcripſit docens modum quo ſani ſe debent homines conſeruare; inquit enim *lib. de diet. p. 11. vomitus attenuant propter cibi euacuationem, non autem ſiccant, ſi quis poſtridie rectè curet, ſed humectant propter repletionem ex colliquatione carnis à labore factam, &c.*

Hippoc. integras ſentẽtias à Salom. deſũpſit.

Non ne hic clarè explicatur refrigeratio à Salomone ex vomitu inducta; quam eamdem ſententiam deindè in ſuis aphoriſticis ſententijs inſeruit, *S. 2. aph. 35. S. 4. aph. 6.* pro quarum ampla explicatione conſulendi ſunt egregij cõmentatores recentiores, qui tamen ex antiquis omnia deſumpſerunt immutato ſtylo, vel variata methodo: ſed hic locus non eſt hęc pluribus

bus elucidandi aliàs diffuſiori calamo explicanda. Huic autem meditationi aliquam facem prębuit noſter doctiſſimus Baldus.

Notandum tamen quod in quacumq; repletione, adeò neceſſarium vomitum Hipp. exiſtimauit, *3. de diæt. p. 5.* vt ter etiam repetendum ſępe ſępius mandauerit, pro quo auxilia affert opportuna, & ſecuriſſima, ſcilicet id fieri ait melle, aquâ, aceto, ſale in olla tepefactis, indè origano orientali (non tamen noſtrati, quod gingiber in ſapore imitatur) & penna plumea (qua titillatione facta ventriculus irritatur, & ad vomitum excitatur) in os iniecta, eſt vomitus procurandus; àt priùs multis pannis, & in loco benè clauſo ad calorem fouendum obtegatur, vel iuſculo pingui, vel alio illi familiari remedio vomitus ſuſcitetur, ni morbi dubius euentus alia repoſcat, neque inducias pati poſſit, ſed vehementiam, & violentiam in remedijs requirat, attamen hęc vt plurimum nocent, vt obſeruat Senex *ſect. 5. aph. 1.* *Vomitus quãdo ſit prorſus neceſſarius.*

Notandum etiam ex eodem eſt quod ſtatim poſt vomitum vino auſtero os, & fauces ſunt abluendę, ne venę ob laborem exantlatum mali quidquam attrahant, ſed reſtrictę calorem foueant, verùm etiam maximi faciendum eſt Celſi conſilium, quo ſine periculo ſola abſtinętia mederi poſſe cauetur *lib. 3. sem. 6.* *In vomitus fine notanda.*

Obiter noto morem fuiſſe in conuiuio non tam apud Ethnicos, quam apud ipſos Hebręos, vt is qui copioſè, & eleganter, acutèque fari volebat è conuiuio ſurgeret, & adeſas epulas *Vomitus antiquus vſus.*

hauſtum.

hauſtumque vinum euomeret, vt mens liberior, & paratior ad dicendum foret. De Hebręis Teſtem veridicum Salomonem Spiritus S. Organum adduco, qui ait *Prou. cap. 23. Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros ſermones tuos.* Plutarchus *in ſympoſio* ſpōdebit pro ethnicis, qui docet in conuiuio philoſophandum, ei vomitū ſuadens, qui peritè dicere vult, si quidem ne vinum caput tentet, & offendat ſic prohibetur.

§. II.

Crapulæ incommoda enumerantur.

SExto inquit ſapientiſſimus *c. 37. 32; & c. noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam, in multis enim eſcis erit infirmitas; & auiditas appropinquabit vſq; ad cholerā; propter crapulam multi obierunt; qui autem abſtinens eſt adijciet vitam.*

Crapulę incōmoda. Crapulę, voracitatiſque mala, & incommoda hic Medicum excellentiſſimū receſere vnicuique ex claris ipſius verbis in liquido eſt, & iure meritò concludit, quod hac facilè vita defungitur, qui nimium huic indulget, dieſque ſuos abbreuiat communi enim adagio decantatum fertur, quod *plures occidit gula, quam gladius*; at verò parſimonia, & victus frugalitas

Parſimoniæ vtilitates.

plurium

plurium annorum curriculum abſq; valetudinis dirę incommodo percurrere facit.

Confirmat verò hanc eandem ſententiam modò explicatam hæc quæ à nobis diſcutitur; verum ipſiſſimis ferè verbis in ſuis breuioribus dictis recludit Magnus Medicinæ Parens dicēs: *ſec. 2. aph. 17. alimentum præter naturam vbi plus ingeſtum eſt, hoc morbum facit.*

Eſca verò cum alimento cōnfunditur; ex cuius copioſiori aſſumptione plùs læditur homo vna die, & longè plus quam ex inedia longiſſima, vt docet Hipp. *2. de . al. vit. in ac. tex. 37. & ſit.* 48. & doctiſſimè explicat meus Licetus in opere proprio, *de his qui diu viuunt ſine alimento* in quo, ſicut & in cęteris alijs Briarei, & Argi ſibi veram denominationem adſciſcit ob multiplicem, & variam librorum perennem editionem; ſed pręſertim in illo in quo etiam admiranda maximorum ieiuniorum miracula hiſtorijs oſtentantur, & validiſſimis rationibus confirmantur. *Alimentum quid* *Licetus qualis.*

Porrò quid alimentum propriè ſit hic clarè etiā explicat; quod fuſius probat de *ferijs altricis animæ* & Steph. Rod. de Caſtro in ſuo Comētario *In Hipp. de alimento* cōmentis repleto illud confundit, & inuolucris reuoluit, nil habens pręter aculeos, ſcommataq;.

Nos verò alimentum ipſum à medicamento & veneno contradiſtinguentes, pluribus dilucidamus *in Iatrochymia* & illius etiam medicamentoſi, & purgantis exempla dat Meyſs, *Pent. pag.* 89. *Alimēti diſtinctio ab alijs rebus naturalib⁹.*

Iubet igitur Sapiens, ne ſuper omnem eſcam

quis effundatur; nam poteſt hęc aſſumi primo *Repletio.* ſupra vires, repletio enim in duplici ſenſu ſumi- *nis varij* tur, vel cum ventriculus nimio plus extenditur, *modi, & damna.* vel cum aliquid contra naturam aſſumit, vt ſi quis crudis veſcatur fungis, vt Hipp. de filia Pauſanię teſtatum reliquit 7. *Epidem.* quæ non potuit niſi vomitu, mulſa epota, & balneo adhibito perſanari; vel ſi alijs conſimilibus eſcis veſcatur, cuiuſmodi cibis peſsimis vtuntur prægnantes, & qui malaciam patiuntur, cibos exoticos, inſulſos, imò carbones ipſos, ſtercus & huiuſmodi olida, mira quadam cacohete appetentes.

Verùm datur alia repletio ſupra naturam, vel pręter naturam, de qua hic propriè, tùm Sapiens in ſecunda particula, tùm Hipp. in aphoriſmis ſupra citatis pertractat; cuius exemplum dat hæc omninò eadem confirmans, & proprio pondere in eaſdem ſententias inclinans, & collabens idem Magnus Senex de Biante pugile pertractans 5. *Epidem.* p. 10. *qui quidem adeò vorax erat, vt ederet carnes porcinas crudas, ſimulque placentas dulciarias ex melle, polentam, pepones, cucumeres, bibebatq; lac, & vinum odoratū vſq; ad ebrietatem; ægrotauit igitur cholera morbo, qui* familiariſsimus eſt immodicę gulę indulgentibus, & ſe more porcorum ingurgitantibus.

Vis ne clarioribus verbis ſecundę particulę *Sententia* huiuſce ſententiæ ſapientis dilucidationem? *Sap. in* inquit enim & *annitus appropinquabit vſque ad Hip. exẽ choleram.* *pium.*

COROL-

COROLLAR. III.

De cholera morbo.

CHolera morbus acutiſsimus, qui ſyncope, & virium reſolutione, conuulſione tanquã ſatellitio plerumque ſtipatur, eſt vt ab auctore libri de finitionibus Medicis de- *Cholera* ſcribitur, eſt inquã peracutus morbus, ſeu affe- *quis mor* ctus cum Vomitibus bilioſis multis, aluique *bus ſit.* deiectionibus, quo non tam Ventriculus in vtroque ore afficitur primariò, aut gula vel inteſtina ſecundariò. Verum Cerebrum ipſum vt ego quidem reor, maximè laborat, ſaltem ſympathicè, & per conſenſum, cum caput, alembici inſtar, & vt ait Hip. veluti cucurbitula quædam trahat proliciatque.

Hippocrates 4. *de rat. vic. in ac. t.* 103. duplicem choleram, alteram humidam ab humore *Crapulæ* acri, bilioſo, ſeroſo, alteram ſiccam à flatuo- *damna.* ſo ſpiritu hinc & inde oberrante citatam cõſtituit, quem vt anteſignanum habemus, & reliqua turba ſequitur, ac edocta ſubſcribit. nõ recenſeo cauſas multas quas poſſem, nam Sapiens, inquit, vt vidimus, *auiditatem appropinquare vſque ad choleram*: ab hac hydra emanãt adeò mala capitum capitalium germina, quæ hominis vitam conficiunt, & deſtruunt. *Grapulæ*

Huic ſymptomati adeò ſacro, adeò minaci *Præſid a.* (nam eſt ſymptoma in genere noxæ facultatum

facultatum naturalium, & propriȩ expultricis deprauatȩ) huic inquam ſymptomati vt ſuccurrat Hippocrates 3. *de diæ. p.* 5. duplici præſidio armatus præcipit eſſe accurrendum vomitu nimirum, & euacuatione per ſeceſſum, vt ea quæ eſt morbi cauſa prȩcipua pro humorum varietate exturbetur, ac deijciatur.

Verùm de parte primariò affecta quam ego cerebrum ipſum conſtituo (loquor de parte mandante) lis quȩdam concilianda, inter Baldum, & me ipſum, qui cerebrum prȩcipuè arguo, & condemno.

Cur non potiùs (arguebat acutiſſimus Baldus) à toto corpore, iecore præcipuè eiuſque veſica deturbatur humorum prauitas, ipſis ceù fontibus coinquinatis? Certè ſcribit *Gal. & cum eo Hippocrates* 3. *aph.* 30. *iuuenibus choleras fieri à bilis motu; ità ne?* *At ſi à capite dimanaret, ſenibus potius moleſtiam inferret; nam vt optimè Gal. lib. 3. aph. 31. partes ad caput attinentes facillimè in ſenibus refrigerantur, & quia in ipſis multæ fiunt ſuperfluitates, cum iam admodum frigidam habeant cerebri temperaturam;* ſed magis etiam in rem noſtram addit: *humiditates, & oculorum, & narium liquet fieri propter cerebri ſuperfluitates, quibus eiſdem ad aluum defluentibus, & ipſe ſæpius humectatur;*

Verum hȩc Gal. ratio noſtra dicta nõ inficit, neque de medio tollit, cum non repugnet ab humore ſeroſo, yel etiam crudo in Cerebro ſtabulante ſȩuiſsimum hoc malum ducere originem: Adde quod Cerebrum impetum paſsũ non impetentem conſtituo: deindè nonne caput

put eſt omnium morborum metropolis quod Hipp. ſuo decreto pluries ſanciuit?

Addat quis quod Cerebrum multoties in paſsione Colyrica nullum patiatur affectum; igitur potius Iecur quam cerebrum, quo quo modo ſumatur, patitur, vel cōpatitur: ſed lis ſic eſt in verbis, nā patiuntur omnes partes vel tāquā mandātes, & ſubminiſtrātes materiā, cuiuſmodi eſt cerebrum pręcipuè, & iecur, & cyſtis fellis; vel vt recipientes in tranſitu, cuiuſmodi eſt ventriculus, & ſtomachus, quem tamen per idiopathaim pręcipuè laborare affirmo, ſiue ſecundum vtrumque os, ſiuè alterutrum, cōpatiente aliquando aluo. *Quomodo & quales partes afficiantur.*

COROLLAR. IV.

Abſtinentiæ commoda, & vtilitates recenſentur.

DEniq; maximus Sapiens, ſubdit quòd *qui abſtinens eſt adijciet vitā*; cuius quidem ſententię pręter authoritates, & rationes infinitas, quibus hęc veritas circumuallatur extant etiā quamplurima, & ferè infinita exęmpla in Leſſio *Op. prop.* & alijs.

Atqui hinc factum eſſe exiſtimo, quòd antiqui ſi non longiorem, ſaltem feliciorem vitam agitarent, vt in ſuperioribus vidimus, ſi non *Frugalitatis dote.*

propter abſtinentiam pręciſè; ſaltem propter vniformem, ſimplicemque ciborũ aſſumptionem; non enim delicatioribus, & gulę, non ſanitati, & indigentię eblandientibus, (vti noſtra vident maximo tamèn noſtro malo iniqua tempora) delectabantur, ſed ſimplicioribus, quibus natura gaudet, & perfruitur, & in quibus aſſumptis ſine labore, & faſtidio conquieſcit, & ſuas ergà hominem exercet operationes.

Diætæ encomia. Quanti autem facerent antiquiores debitam ciborum aſſumptionem, vel ex eo patet, quòd integros libros de dięta tam ſanorum; quam conualeſcentium, conſcripſerint, & in eam omnes vno ore ſententiam iuerint, quod ſcilicet morbos, quos non curat pharmacia, diſsipet diæta, quibus tamen hęc non occurrit, ignis omninò ſit adhibendus, vt intelligeretur, quod in internis morbis etiam cauteria plurimum valent, ad intercipiendum humorum influxum diſtillantem, quidquid in contrarium ſentiat Caſtro ſuo libello inſcripto *quæ ex quibus c. vltimo* (ſi pręſertim morbi initio fiant) qui quoquo pacto ſit, ſiue in venis, ſiue in arterijs, ſiue neruis, ſiue deniquè partibus principibus, mali moris affectus omninò producit, & ſic quoquo pacto guttatim quaſi per ſtillicidia euacuatur, quod quidem meo maximo cõmodo optimum experior pro capitis doloris profligatione, à quo tota hyeme fui dirè vexatus, & oculis ipſis non ſolum pituitæ, & ſanguinis, ſed etiam bilis tum vitellinę, tum porraceæ euacuationẽ

Cauteriorum cautiones.

con-

conſpexi, contra ipſius aſſertum, qui his rationibus cauteria de medio tollere conatur, at quantum potui huiuſmodi perforationem aufugi, cui tamèn coactus genium contranitentem accommodaui.

Verùm ſi debita diçta, & cibi potuſque aſſũptio obſeruetur, vita diutina protelatur, cum ſenium, & mors nobis facta ſint naturalia, & hęc accidat citra dolorem, ſed ex viſcerum in-duratione propter caloris defectum qui exalat, quo fit, vt partes deuotę vitę, & deſtinatę functionibus animaſticis ſuas exerere functiones non poſsint, eo pacto quo parieti antiquo noua calx non benè cohęret; contrarium vero nouo accidit, qui illam vt nutritiui augmenti ſpeciem præbet.

Vita, & mors quo modo cõſiſtant.

Non autem hinc obiter concluditur; quod pueris ſit maior conceſſa innati caloris copia, quam ſenibus nam illis adeſt minus caloris in robore, plus vero in copia, his vero contrarium ineſt: viuentibus vero vtroque modo abundat, quare quoquo pacto nutriantur non refert, cum calorem cuiuſuis durioris ad concoquendum non apti reſiſtentiam habeant ſuperantem, quare cum vita noſtra ex morte, & vita inceſsabiliter conſtat, in liquido eſt, quod medicina naturalis, quę in cibi, & potus aſsumptione conſiſtit, potiùs pręſeruatiua eſt, artificialis verò magis ſanatiua, quamuis in vtraque, vterque etiam vſus ſępe ac ſæpius cernatur, & ſit.

Caloris pro nutritione moles qualis in quocũq; ſtatu, & ſubiecto.

Hic autem poſset curioſa quęſtio agitari,

an vita naturaliter produci poſsit, de quo exē-
pla extant quamplurima etiam in animalibus,
Aquilis pręſertim,& Ceruis ſerpentum eſu, qui,
ſi Viperæ pręſertim ſint, quantum ad diutinam
vitam faciant exempla commoſtrant, quo ſit vt
Iuuenta Sal Viperarum, & earum extractum tantoperè
an poſsit commendetur, & capones viperis enutriti apud
renouari Principes viros in vſu ſint, ſed & ipſis etiam co-
lubribus, qui affricatione per ruuida, & aſpera
ſaxa ex D. Amb. mente *In Hex.* priorem pellem
exuunt, & deponunt, & nouam iuuentam
acquirunt. At ſi hæc percupiatur (pro iecore
Medicina adhibeatur non pro pulmone) cum
ille ſit vitæ primarius fons, cuius Medicinas dat
Camp. *Med. p. 67. & ſeq.* vbi etiam diſcutit, an
Iuuenta poſsit renouari, & nodum curioſè pro
Iuuenta parte affirmatiua reſoluit, de qua quęſt. ſcyrpos
Ren. an quærimus, & reſcindimus in noſtra Iatrochy-
poſsibilis, et mia, & Mendoza nobis adſtipulatur, *in probl.*
quomodo *Phyſ. p. 85.* adductis teſtibus ex ſacris paginis,
& exemplis ab hiſtoricis fide dignis deſumptis,
& ratione ipſa circumuallatis.

Nunc Tertullianum adduco, *cap. 50. de anima* qui *nec Magiæ* (inquit) *tantum dabit quiſquam vt eximat mortem, aut repaſtinet vitis modo vitam ætate renouata.*

DIGRES-

DIGRESSIO. III.

Bacchi, & Epicuri Grex damnatur.

ATqui vt etiam ad ſcopum (à quo tamen non exorbitauimus) accedamus; per humaniorum litterarum viridaria, & per amena SS PP. Vialoria aliquem gradum faciamus quædam de Epicureis de grege porcorum hominibus hic proferentes.

De Milone refertur quod Iuuencum, quem *Voraciſs.*
humeris detulerat vna cæna comedit, quid *Homi-*
autem huius voracitati ſuperaddi poteſt? vel *nes.*
quis huic vnquam æquiparari. Extat Boriei Poetæ Epigr. cuius initium, & finem ex Atheneo, breuitati conſulentes deſcribamus: In quo etiam Baccho litantium exempla quamplurima extant.

Talis erat Milo, qui inter certamina Olympi *Milo qua-*
Quadrimum è terra ſubſtulit antè bouem. *lis.*

In fine vero concludit.

Non taurum tulit in carnem, qui coniugis expers
Quem cædens ſolus edit, & ille die.

Huic ſimilis Thaſius quidam fuit profeſsione Athleta ex Poſsidonio. *Thaſius.*

Fædus eram quamuis aſtus eſt mihi Mæonius hos.

Conſtat etiam Herculem, & Vlyſſem fuiſſe *Hercules*
voraciſſimos, aliaque de genere antiquorum, *& Vlyſ-*
aut potius de genere porcorum monſtra ſemper *ſes.*
eſtitiſſe,

extitiſſe, & propterea mundum ipſum ſemper immundum fuiſſe.

Sic etiam Hebræi Vertumni ad inſtar ſemper mobiles dulciſſimo cibo, quem DEVS pluerat exſatiati (Mannam ſcilicet) vt voratrinam ex- plerent, nunquam ſatures Carnes Aegypti *num. c.* 11. allia, Cæpaſque clamabundi deſiderabant, non ſeruitutem paueſcentes, nec durā Aegypti tyrānidem, dum ſua haberent gulę voraciſſimę, ſed ſordida incitamenta.

Hebræi ſordidi.

Exin pro huiuſmodi deſiderio fuere mulctati, vt habetur ex ſacro contextu *ibidem v.* 34. & locus ille vocatus eſt *ſepulchra Concupiſcentiæ Carnis*.

Ceterum quod Gula ſit corporalium ægritudinum fons, & origo audi D. Io. Chryſoſtomū hom. 10. in Gen. his verbis. *An non videtis quotidié ex ſumptuoſis menſis, & immodica ingluuie infinita morborum genera induci? vndè Podagræ? vnde Capitis dolores? vnde corruptorum humorum abundantia? vnde innumeri alij morbi? nonne ab intemperantia? vnde ſequitur facilè mors.* an non etiam eſt Gula Inſcitiæ mater, & ſcientiæ Nouerca? Teſtem adduco mei nominis ſynonimum & Patronū: *Ventrem non cures* ait, *ne mentem obtenebres*; at quid addit lib. 2. contra Iouinianum Pænitentiæ ſpeculum, & purpuratorum Patr. Idea, & exemplar. *periclitantur* inquit *in Babylone Magi, omnis Coniector, & Ariolus & Aruſpex caditur. Daniel, & tres pueri reuelationem merentur Ieiunio, & paſti leguminibus pulchriores ſunt, & prudentiores his, qui de menſa Regis Carnibus veſcebantur*, vt habetur *Dan.* 2. 22.

Gulæ ex SS. PP. damna.

Sed

Sed aurea D.Chryſ.ſententia non eſt reticenda,vt ab eo à quo tamquam à centro exordium duximus ad eundem lineas traducamus hic enim. *Or. de Ingluuie & ebrietate. in Tomo 5.* ait. *moderatè edentium corpora robuſta ſunt, ſenſuſq; expeditè munus ſuum explent, illorum vero qui gulæ ſtudent flacida, & quauis cera molliora & morborum examinibus obſeſſa*, ſed & poſt multa ad hanc rem aptè vtitur teſtimonio Medicorum quod non ſemel facit *hom.* 1 *de pænitentia* hoc verborum ambitu. *Qui mille morborum torrentes à delicatis cibis, erapulaque prouenire dicunt, quaſi à peſſimo quodam fonte paruos riuos bonam Corporis habitudinem & animę ſanum intellectum non tam delentes, quam depopulantes.*

Sed contra Gnatones audi, & vide linguę & calami fulmen Clementis Alex. *l.* 2. *pedag. c.* 1. hos deſcribentis qui multa argumēta congerit, inter quę pręcipuè dat Medicum teſtem, *Antiphanes* inquit *Delius Medicus vel vnam hanc dixit eſſe morborum cauſam ciborum varietatem*, rectè autem circumſcribit noſtrę tempeſtatis Lurcones hac loquendi formula.

Videntur re vera hi inſatiabiles, & ſolliciti Ciborum indagatores ad delicias, & voluptates ſuas Mundum irretire, ſibilantibus ſartaginibus vndique circumſtrepentes, & circa Cochleare & mortarium totam vitam ſuam conſumentes edaces, atque adeò omniuori homines, cōcludit *at mihi quidē videtur homo qui eſt huiuſmodi, nihil aliud eſſe quam Bucca & Maxilla*; vide quot ſales iactet contra Paraſitos qui tamen ipſis pro delicijs inſeruiunt, qui quidem Dionisij tempora peroptarent, nam ex Herodoto h

primo

primo habetur quod qui nouas ferculorum ſuauitates excogitabant ampliſſimis præmijs eos ipſe ditabat.

Demum verò non ſolum Corpori, ſed animæ multa incommoda, & damna parit Gula, & cum ea iuncta ebrietas, quam vt fidus Achates comitatur, Hæ enim fidem extingunt, perfidiam nutriunt, *Vinum enim, & mulier apoſtatare faciunt ſapientem* Eccleſ. 19.2. *nam Vinum & ebrietas auferunt Cor.* Oſeę 4.11. quod & Tertull. aduerſus Pſych. c 12. exemplis confirmat, Teſtes cuius etiam ſunt Iſraelitæ qui *ſederunt manducare, & bibere, & ſurrexerũt ludere*, deludundo enim,& illudendo,& choreas ducendo, Bacchoq; feſta perſoluendo. Vituli Idolo ſacrificia obtulere, qua de cauſa iure merito à Thedoreto *lib. de Sacrif. qui eſt* 7. de prouidentia Iudęi vocãtur *Patinarij & Gulones maximi*.

Iudæi voraces.

At noſtri temporis Epicuris, & malè ſaginatis ſuibus, ſi hi ſacræ paginę dictis, & SS.PP. auctoritatibus non acquieſcant ipſius Sardanapali Epitaphium prę oculi ponatur.

Sardanapali Epitaphiũ.

Hæc habeo, quæ edo, quæque exſatiata libido
Hauſit opes; & quæ quondam me cuncta beabant
Non ſunt, ſum Cinis.

In hos etiam meritò illud intorqueas

Edite Lurcones, Comedones, viuite Ventres.

At vt ad ſtadium à quo diſceſſimus reuertamur hic eſt concupiſcentię fructus, vt ſcilicet ſicut ait Apoſtolus *in ſua Canonica mergat homines in interitum, & perditionem*, cui concinit Apoſtolorũ Princeps. ipſeque etiam Sapientiſſimus gulæ enim

Gulæ dãna etiam ex Sacra Scriptura.

enim irritamentum plurima damna attulit; Eſaù primogenituram miſer amiſit, Protoparens exitium ob pomum, eiuſque guſtum ſibi, poteriſque conciliauit, aliaque ab huiuſmodi fonte ſcaturiunt mala perenniter, quæ in ſacris paginis memorãtur; Quam verè Nazianz. *Car. 9.* ad hunc modum deſcripſit.

breuiſque voluptas
Ærumnas multas comites habet. at mihi cordi
Eſt panis rigidus, mihi grata obſonia præbet
Sal purum, ſimplex nulloque inſtructa labore
Menſa, dein latices mihi ſobria pocula fundet
Hæc mihi diuitiæ ſummæ, Chriſtuſque ſalutis
Auctor.

Notandum tamen hic vltimo eſt pro cõmoda victus ratione, quod carnes Iuuenum animalium Iuuentuti conducunt, ſeniores verò ſeniũ faciunt, nimis tenellorum debilitatem augent, luxuriantia venerem conciliant, & ſic de ſingulis morbis, affectibus, & pathematibus eſt philoſophandum, de quibus eruditiſſimus Campanella *de ſenſu rerum*. *Carniũ diuerſa conſtitutio, et obſeruationes.*

Sed verò nil magis facit ad vitã diutiùs protrahendam, aut coarctandam ac animi lætia, vel triſtitia. Ipſum Salomonem ſi audio habeo huius doctrinæ auctorem *Prou.* 17. 22. *animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.* In cuius verſiculi explicatione vide quid congerat luculenter Salaz. verum pro omnibus ſufficiat Galenus *l. de exam. paruæ pilæ c.* 1. *Motiones inquit animi adeò potentes ſunt, vt multi morbis ſæpe liberari ex voluptate, & multi ex nimia conturbatione in* *Animi lætitia quantum proſit ſanitati.*

ne in morbos inciderint. Sed Hipp. oraculum veluti ex tripode obuijs vlnis excipiendum eſt, cũ inquit: *lib. pri. epidem perturbationes animi in ægris diligenter perpendendæ ſunt, nùm ſcilicet ſpontè timeant, confidant, lætentur, & benè vel malè ſberent:* concludebat igitur vas elect. Paul. Apoſt. his verbis *Philipp. 4.4. gaudete* (inquit) *in Domino ſemper, iterum dico gaudete*; quę repetitio huius neceſsitatem maximè commendat.

ART. VI.

De Medicina ab Iſaia, Ieremia, & Ezech. Dei Prophetis ſummis pertractata.

EX alijs denique Prophetis habemus aliqua Medicinæ documenta præclariſſima, quæ hic obiter attingimus ne Ideę formam tranſgrediamur, & ad perfectam conſtitutionem traductam perducamus.

VI. *Iſaias Medicus.* Sexto igitur ex Iſaia habetur *c. 35. 6.* quòd *Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum*, Chriſti optimi Medici aduentum prænunciante, qui quidem hæc omnia, & alia admirabilia prępotenti ſua virtute, & adaptato miniſterio demonſtrauit, & in actum practicum eduxit in ſacra Euangeliſtarum hiſtoria, vt mox videbimus,

mus, & ſe huius prodromum Medicum exhibuit Proph. c. 5. 7.

Septimo ex Ieremia ſunt hæc præter alia ad Medicinam oſtentandam, c. 8. 22. *nunquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi? quare non eſt obducta cicatrix populi mei;* vbi innuitur Chyrurgiæ iuſtrumenti Medicinæ præſtantia, cuius ſe ipſum declarat peritiſſimum, vt in ſuperioribus vidimus. *VII. Ieremias Medicus.*

Octauo denique, ne hic vaſtiſſimam ſyluam attexam ex Ezech. habetur c. 47. 12. quod *erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad Medicinam,* in quo loco Medicinę vis in vegetabilibus, Ligno Vitæ præſertim participata, oſtenditur, in quibus omnibus elucidandis nō immoramur, cum ſit opus, & onus incumbens Medicinæ ſacræ in particulari. *VIII. Ezech. Med.*

CAP. VI.

De Medicina à Chriſto inſtituta, & exercita.

TAndem ad verum Medicum Ieſum accedimus, in cuius ſolo nomine tota latet Medicina; ipſe enim eſt Ieouah, Tetragrammaton, cuius ſola prolatione Pharaonem exterritum, animam efflaſſe, (licet à Moyſe à Deo ſibi miſſo denuò excitatus ad vitam fuerit) *Medicina diuini qualis Medicina.*

refert

refert ex Artapano Clem. Alex. *l.* 1. *Strom. ſub fin.*

Huius venerandi nominis prolatione res miras poſſe perpetrari cēſuerunt Iudęi apud Viu. *l.* 3. *de ver. fid. c.* 11. eademque arte à Chriſto patrata fuiſſe miracula mentiebantur, caliginoſa nimirum oculorum acies in iubar diuinitatis intendere ſe ipſam non poterat; vndè blaſphemę illę voces apud Arnobium *de Chriſti magia, de clandeſtinis quibus vtebatur artibus*, dum quidquid diuinitatis imperio moliebatur ad Ægyptiorum Arcana, potentiorumque nomina Angelorum, & neſcio quas remotas diſciplinas referebat, quod de Ethnicis quibuſdam refert Arnob. *l.* 1. *n.* 27; ipſe enim ſe ipſum profitetur Medicum, & eſt is, qui languores noſtros curat, & ſanat.

Ego Dominus inquit *Ex* 15. 26. *ſanator tuus*, ſeù vt in Græco textu legitur *Ego ſum Dominus ſanans te.*

Miracula, & curationū dona à Chriſto Medico.

Ab hoc fonte perennāt miracula, & curationum dona, herbarum virtutes, & quidquid contra morbos adhibet Medicina, ipſe eſt, qui Sanctorum virtutem efficacem reddit prodigijs perpetrandis, qui virtutem mira faciendi impertit: vndè tot miracula in Dei Eccleſia viſuntur; Garriat quamtumlibet, & ineptè vociferetur Riuetus Batauus ille verbero à quo Pater Siluester Petraſācta doctiſs. Ieſuita vapulat, & fabulas vocet quas narra ex Soc. Sapientum inclytus Petraſancta *vind. in Riu. c.* 19. *de ſanguine Martyr. Ianuarij Neapoli; de liquore genu Sancti Nicolai Barij, de Cath. integra, quæ Bononiæ viſitur de*

corpo-

corpore S. Franciſci Aſſiſij; de tribus globulis in corde Claræ Virginis Sanctam Trinitatem ſaltem repreſentantibus, de lauretano cubiculo, & imagine: ne ſileam de crucifixi Ieſu imagine, diuinitus in corde eiuſdem Claræ Montis Falci impreſſa, ad quem locum accedat qui noſtrę verę fidei non litat procul enim dubio mentem, & animum peruerſum ſenſibus ipſis contranitentibus, coactus erit permutare.

Enim verò perditiſſime nebulo, cauſam tuã prodis dum ſolem atrum, lucem tenebras appellas; & quæ omnibus conſpicua ſunt impudentiſſimè negas, habebis ſpongiam, qua virulenta mendacia tua, tuorumq; ſectariorum deliria extergantur in Thaumaſia veræ Religionis, quam propediem typis excuſam oderint ſectarij fulmine perciti, admirabuntur Catholici, & ſuſpicient.

Sed non ne audis Auguſtinum *lib. de vtil. credendi c.* 17. profiteri *in Eccleſia retineri ſe vinculis miraculorum?* Si hęc vincula diſrupiſtis neſarij nebulones, vos Athei contra, & pertinaces ſectarij ſoluti omni cultu verę religionis, poteritis cum Iuda ad reſtim ire, ac prę linore cũ eo diſrumpi, fædamq; pati viſcerum veſtrorum diffuſionem, vt rectè Petraſancta in te vindicem calamum ſcribens, hiſmet verbis vtebatur.

Chriſtus Medicus & re, & nomine fuit.

Verum ad rem noſtram redeuntes, Chriſtum Dominum, & re ipſa, & nomine partes Medici egiſſe non eſt cur ambigamus, ſi Patres Eccleſiæ cõſulere velimus id Aug. *in pſ.* 78. & 103

profitetur id Cyrill. *l. 7. contra Iul. c. 2.* id Amb. *ſer. 28. de quad.* vt omittam vetuſtiſſimum Patrem Orig. *In cant. ſal.* & D. Ignat. M. *Epiſt. ad eph.* qui Chriſtum D. Medicum appellat, imò ipſe Chriſtus ſe ipſum Medici nomine inſigniuit, cum verbo veritatis protulit *non eſſe opus Medico bene valentibus, ſed malè habentibus* vt habetur in Dei Euangelio *Math. 9. 12. Mar. 2. 17 Luca 5. 31.*

Hinc conſtat quanti Medicina ſit facienda, quam excoluit ipſa diuina Sapientia, quam cōmendat, & adhibet Eccleſia dum premonente Diuo Iacobo in ſua epiſtola Canonica obſeruat illud quod ait: *infirmatur quis in nobis inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini, &c.* Locus ex quo ſumitur à Catholicis extremæ vnctionis Sacramentum.

Extremæ Vnctionis Sacramentum.

Hocce Sacramentum impugnarunt (vt id obiter recenſeam) Hæretici priores, & nouatores; Caluinus tamen in comentario huius loci arguit eos falſæ interpretationis; *fateor* inquit *equidem pro Sacramento vſurpatum fuiſſe à Chriſti Diſcipulis. Neq; enim illis aſſentior, qui medicamentum fuiſſe putant:* hoc verè ait ſi ad ſolam medicamenti rationem hunc ritum referat, non tamèn quod ait excipiendum eſt vllatenus, cum inquit effectum huiuſce vnctionis antè annos mille, & quadringentos Deum Mundo abſtuliſſe, quod cum optimè refutet Adam Contz. è Soc. Ieſu vir Cl. *in Coron. tub. c. 52.* non eſt vt ego ſuppetias (vbi non eſt opus) afferam.

Sed quod magis probare intendimus, iam cominùs reſpicientes: geſtorum à Ch. ſeriem ſingil-

ſingillatim pauliſper perpendere ne pigeat, quã P. Iugularis, è Soc. Ieſû item doctiſſimus *In Hecat. log.* encomiaſticis ſalibus, & metris ſuauiſſimis adornauit; quod enim probandum ſupereſt, in comperto iam erit; nec vlli dabitur deinceps dubitationi locus.

Verùm antequàm penicillo tabulam hanc coloremus, præmittendum eſt Diui Ambroſij quam optimum conſilium cum ait *l. 1. in S. Luc. c. 6. vnus quiſque prius ſanandus eſt, vt paulatim virtutibus præcedentibus aſcendere poſſit ad montem* (in quo ſanitas deſignatur) *& id ò vnum quemque in inferioribus ſanat, hoc eſt à libidine reuocat* (*quæ inferioris partis propria eſt paſſio*) *iniuriam cæcitatis auertit, ad vulnera noſtra deſcendit, vt vſu quodam, & copia ſuæ naturę comparticipes nos faciat eſſe regni cæleſtis*, quod non niſi aſcenſione violenta conſcenditur, *Matth. 11. 12.*

At verò vt hanc tabulam oculis omnium ſubijciamus; ijs, qui fuerant miſſi à Io: vt Chriſti D. diuinitatem exploraret, ſic actutum reſpondit Medicus cęleſtis, & omnipotes verbũ *Matth. 11. 5. euntes renunciate Io. quæ audiſtis & vidiſtis, cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt*. vt eis incomperto eſſet ſe Meſſiam verum à Proph. promiſſum, à Patribus expectatum in mundum veniſſe vt *ſaluum faceret quod perierat*: Medicum ſcilicet animorum, & corporum: ſtatimque opere compleuit, quod verbis expreſſerat; multos enim curauit à languoribus ſuis, & plagis, & ſpiritibus immundis, oculiſq; caſſis dies reluxit, & iucundiſſimum lumen proſpectarunt. I 2 Ve-

Verum Chriſti D. Curationum cenſum iam
ineamus; non ex Hipp. epidemijs deſumptarũ,
neque ex templo Æſculapij, ſed à ſacris Biblijs,
& Dei ęterni Euangelio: alias dabit Gulielmus
Ader Medicus doctiſſimus in libro ab ipſo in-
ſcripto, *de ægrotis Euangelij*.

Anteſignanus ergò noſter Ieſus, diuinuſque
Febris. verè Hipp., Emanuel à ſocru Petri incipit, qui
Eccleſiæ totius faſces, ſummo imperio regere
debebat. Petri ergò ſocrum, dum manu tan-
Lepra. git, quæ tribus digitis appendit molem terræ,
à febri immunem reddit *Matth.* 8. 15. cuius pe-
ręque tactu leproſus eluitur, ſuperata ſcabie,
id. ib. 2. alioſque decem à ſe dimiſſos, verbi ſo-
lo imperio ſanos reddit, *Luc.* 17. 12. *nam ipſe
dixit, & facta ſunt*, vt ait Pſaltes Regius.

Secundo Centurionis paralyticum puerum,
ſolo etiam verbo abſens perſanat, *Matth.* 8. 7.
Paralyſis *Luc.* 7. 2. & alium iam triginta & octo annos in-
firmitate dira detentum, ſolutum ad probati-
cam Piſcinam præcipit ambulare, *Io.* 5. 4. &
alium etiam paralyticum è lectulo ſanum
erigit *Matth.* 9. 7.

Fluxus ſanguinis 3. Sanguinis fluxum, iam duodecim annos
patienti, fimbriæ veſtimenti ſui furtiuo tactu
ſiſtit, *Matth.* 9. 20.

4. Manum aridam marcidamq; Sabbatho
Ariditas curat, *Luc.* 6. 9.

5. Hydropicum, etiam die Sabbathi ſanat.
Hydrop. *id.* 14. 4.

Mutus Dæmon. 6. Muto, & Dęmoniaco ſermonem, eiecto
Dæmone, donat, *Matth.* 9. 32.

7. Vni

7. Vni *Mar.* 8. 23. 10. 46. *Luc.* 18. 43. duobus *Matth.* 20. 30 & multis ſimul lumine captis viſum reſtituit *id.* 9. 30. *Cæcitas*

8. Cæco à natiuitate viſum ipſum mirabili collyrio ex luto, & ſputo diuini oris, cum lotione in natatoria Syloe fieri iuſsâ, diuinitus indit. *p. Io.* 9 6.

9. Lunaticum denique fugato Dæmone, mentis compotem reddit *Matth.* 17. 14. & 15. *Morbus maniacus*

Cæterum infinitæ alię curationes, omnes quidem miraculoſæ, & admirabiles ab ipſo factæ fuere, quæ à ſacris hiſtoricis ſingulatim nobis traditę minimè ſunt, quas nec orbis totus ſua amplitudine caperet.

Omnes vero qui habebant infirmos varijs languoribus vexatos, illos ad eum ducebant, at ille ſingulis manus imponens, omnibus debitam curationem, & ſanitatem adhibebat *Luc.* 4. 40. *Operatio nũ Medicarum Christi energia.*

At verò etiam loca circumiens docendo, & prædicando Euangelium verbi Dei, omnem languorem, & infirmitatem perſanabat *Matth.* 4. 23.

Imò quicumque ipſius veſtimenti limbum tangerent, ab omni morbo ſani penitùs euadebant, *id.* 14. 33. *virtus* enim *de illo exibat, quæ ſanabat omnes Luc.* 6. 19.

Sed Medicus Cœleſtis Verbum Caro, non tam corporibus medendo proſpiciebat, pharmaca miſcens, vt in luto, & in ſputo fecit, verum etiam animabus optatiſsimam elargiebatur ſanitatem. *Digitus Dei eſt hic*, vt nil trun-

cum mutilumque faciat, quia Dei perfecta ſunt opera: caro eſt per participationem Verbum, Verbum per eſſentiam; dum medetur malis noſtris, in animos fertur, pro quibus ſe medicinam prębuit, pane tanquam victima, vino vt libamine, peccata noſtra expians, in ſanguine ipſius Agni, *qui eſt occiſus ab origine Mundi.*

Medicus Chriſti-cola qualis eſſe debeat. debet ergò Chriſti anus Medicus Diuinum ſeruare mandatum illud, Ioan. 13. 15. *exemplum* inquit, *dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*, ò Diuum verè Hippocratem, ò medullam Medicinæ, noſtrę ſalutis antidotum Ieſum? Ipſe enim eſt fons Medicinę, non Hippocrates, non Apollo, non quiſpiam alius, ſed qui eſt *Alpha, & Omega, Principium, & Finis* Rerum.

Omitto de influxu aſtrorum in febribus domandis, quæ fuit opinio Noctericorum quorumdam, qui ad Cœleſtia ſemper aciem intendunt. In his præſertim aciem ducit Robertus Flud, & Dariotus Pomerſenſis, *de morbis aſtronomicè curandis*, qui quidem adhęrent doctrinę Fratrum Crucis Roſariæ, contrà quos diſtricto enſe, inſurgit Fr. Marinus Merſennius Ord. Minim. S. Franciſci de Paula, pulcherrimus & verus cometes, ocultis prodigijs refulgens, omniumque ſcientiarum ſplendore illuſtratus, ſuo elucubratiſſimo in Geneſim comentario, quem mihi videre non licuit, niſi poſt mei abſolutionem voluminis, meoſq; ſenſus, & dogmata, à tanto viro confirmata, gauiſus ſum. Non enim ab aſtris, ſed à Deo, cui famulatur,

Medi-

Medicina eſt auſpicanda, cum fœlix infœliſque exitus in Medicina, ab ipſo Deo exſpectari debeat.

Statueram de leprâ diffuſius agere; Verum quia iam ſatis in ſuperioribus, de ea pertractatum eſt, ſuperſedeo.

ART. I.

De febri à Chriſto Dominô ſanata.

FEbris à feruendo nominata quæ hominem ad viſcera vſque incendit & extorret, eſt conuerſio inanti calidi in igneum, ſi Galeno Medicorum Principi eſt adhibenda fides, *p. aph. com.* 16. ſiuè (quod tam Greci quã Arabes clariſſimi voluerunt) eſt calor innatus conuerſus in igneum. *Febris quid ſit.*

Differentias à proprio calore, vt non recenſeo cum non ſit mei inſtituti omnia per vagari, non ſilentio inuoluam tamen eas, quæ à ſubiectis varijs diſtingunt inter ſe febres.

Enim verò ſpiritibus quos impetum facientes appellat Hipp. accenſis naſcitur febris ephemera, quæ vnius diei circuitu peragitur, ſi verò humores incendantur à ſuccis quattuor noſtri corporis non ſimplicibus ſed permiſtis, bile nimirum, melancholia, pituita, & ſanguine ipſo, ſeu vt Chymici volunt Mercurio ſalino, *Febrium diff.*

vel Sulphureo, Tartareo, impuro, & puro ſimpliciter ſic dicto, fit febris tertiana, quartana, & ſynocha. Denique occupatis à calore pręter naturam partibus ſolidis cordis, naſcitur ethica, quæ etiam varios gradus continet, de quibus auctores diligentiſſimè pertractant, & noſter Philoſophus etiã *in Tim.p.495.* ex elemẽtorum ignis, aeris, aquę, & Terrę natura & iuſta qualitatum combinatione perbelle diſtinguit continuam, quotidianam, diſcretam tertianam, & quartanam, addens vltimò morbos qui ex animo procedunt, qui non niſi febribus ſpiritualibus comitantur, & quaſi ſatellitio circunſtipantur, quo fit vt difficilimam curationem ſortiantur, & hi tantum noſtra Methodo hic exhibita curantur.

Ex Plat. etiam.

Poteſt etiam igneus calor febricitantium nõ ſolum lędere, ſed etiam labefactare actiones noſtras omnes, cum, & in corde, & vniuerſo corpore verſetur, & efficaciſsimus ſit, pręſertim vbi valdè ad igneum accedit, non tamen neceſſe eſt vt omnes lędat, ſępè enim reſtituit ablatas, perficit imminutas corrigit deprauatas, ſanat enim ſuperueniens neruos reſolutos, ac diſtentos, ſanat torpentes, & attonitos, ſuccurrit dolori quemadmodum Hipp teſtatur, id quod febris efficit, vbi actionum noxa vel ab immoderato frigore proficiſcitur, cui opponitur igneus calor, vel à crudis, & concretis ſuccis, & à flatu, qui ab eodem concoquuntur, ac diſsipantur.

Febris operationes.

In hanc rem ſcribit Plato *ibidem affectus ac diſten-*

diſtenſiones à flatu ſuperueniente febrè ſanari; de me ipſo teſtari poſſum, cum per annum à quartana fuerim detentus, ab hydra morborum immunem euaſiſſe Dei beneficio.

Ex quibus concluditur quod aliquando febris ſit morbus, aliquandò etiam ſanitatis cauſa à natura introducta, & intenta ad indiuidui conſeruationem, licèt id caſu factum fuiſſe quis affirmat, natura enim eſt Maga, & Medica perfectiſſima, & potentiſſima, quo fit vt Medicus debeat eius veſtigia ſectari, & in aliquo deficientem illi manum porrigere, vt citius conſurgat, luxuriantem vero, & abundantem nimis, vel in humoribus vel ſpiritualibus pathemata, & affectus mouentibus corrigere.

Febris aliquãdo cauſa ſanitatis.

APPENDIX IV.

Noua opinio, & altercatio de corde, & iecore, vbi de iecoris influxu ad febris accenſionem.

„ IN iecore eſt fons vitæ, & ſpirituũ
„ omnium vitalium ortus, & pro-
„ pagatio: ſanguis in eo fit ac ela-
„ boratur, impertitur toti cor-
„ pori, cordi, & reliquis membris,
„ à vena caua per myriades venarum deductus,
„ ac diſperſus. Cur ergò ſinè corde incenſo, nul-
„ lam admittunt febrem, ſiuè ſpirituoſã, ſiuè hu-

mora-

„ moralem,ſiuè hecticam dicas? Cur per totum
„ corporis habitum diſpergi non poteſt calor,
„ dimanans à ſuo fonte, hepatem puta, ſi ip-
„ ſum ſanguinis corpus, per anguſtiſſimas vias,
„ non ſine alienis humoribus, tranſmeando, non
„ tam ſui qualitates imprimit quàm ſeipſum in
„ corpus impingit, ſe ipſum vniens, agglutinans,
„ in tot partes tranſmutatus? Cor aiunt, quod
„ eſſe fontem ſpirituum vitalium ſtatuunt, facil-
„ limè, & igneo quodam motu ac perniciſſimo
„ volatu ſpiritus, tanquam ſatellites ſuos, vt
„ comburat corpus, actutum mittit; vnde
„ febris pernicitas, & ortus.

„ Verum ab accenſo ſanguine; non ne tota
„ humorum maſſa incenditur? equidem: nam ſi
„ nobiliſſimus humor; vitæ theſaurus igneſcit,
„ in quem præcipuè natura omni incumbit mo-
„ limine, cur reliquis humoribus, quos præ ſan-
„ guine, flocci facit natura, ignis non ſuo ad
„ hæſu affigatur? Non ne ſpiritus omnes in-
„ cenduntur (loquor de ſanguine inflammato in
„ ſuo centro) ſi ſpiritus ab huius accenſione
„ inflammatur, vndè neceſſario datur febris vo-
„ cata Ephemera; cur ibitis inficias, vitales
„ multò magis ſpiritus in ſua ſe coarctatos radi-
„ ce (cor intelligo) non tam incendi, ſed pu-
„ trefieri? Imò ſicut ab accenſo vnico ſpiritu,
„ non neceſſario cum ephemera, ſequitur pu-
„ trida, humoralis vocata; ſanguine autem
„ putreſcente à calore, ſequitur neceſſario fe-
„ bris ſpirituoſa, arguo exin, præcipuum ſu-
„ biectum febris, ac centrum vnicum, vndè ſuas

exſerit

„ exſerit operationes, non cor, non aliud quid-
„ piam mēbrum, ſed ipſum hepar exiſtere.
„ Non annuent, opinor, hepati, vt influxum
„ tribuant, cum corde, ac cerebro ſit genuinū,
„ vitalem influere, animalemque facultates.
„ Omitto, quàm id ſit lubricum; ſi conſulant
„ Praxagoram, & Philotomum, perindè hi
„ negabunt, vitalis facultatis influxum. Ac-
„ cedit, quòd pulſatio arteriarū, eſt paſſio ſimi-
„ lis ebullitioni, agente calore in humidum, ab
„ ipſoque inflatum: ſic dum ad cor appellit hu-
„ midum, ebullit, ac efferueſcit, calore ipſius in
„ ſe agente. An non ſemen, rogo, cum primū
„ effunditur in vterum, pulſare incipit, vſquè ad
„ fœtus conſtitutionem? Non negabunt: & ta-
„ men antè ipſius conſtitutionem, non adſunt
„ arteriȩ. Quid ergò mouet, & ſubſilit? ſubſul-
„ tat ſanguis ipſe, & vt ait Lucanus Poeta.
„ *Dum mouet hæc calidus ſpirant a pectora ſanguis;*
„ Calore imbutus, ſpirituq́; turgidus, huc &
„ illuc commeat, & ebulliens febrem excitat,
„ ſanguis, inquam, in quo vis animæ Regiam
„ poſuit ſuam, nam vt ait ille.
„ *Purpuream vomit ille animam,*
„ Dum ſanguis exſilit è corpore. Ceterum *Locus Hippoc. notādus.*
„ Hippocrates rem hanc ſuo ſuffragio ſtabiliuit,
„ his verbis. *Radicatio venarum hepar: radicatio ar-*
„ *teriarum cor: ex his aberrant in omnia ſanguis, &*
„ *ſpiritus, & calor per hæc meat ſect. 4. de alimento*
„ *t. 34.* Vides non tam ſanguinem ipſum, quam
„ ſpiritus caloremq́; per venas aberrare, ac mi-
„ ſceri; fertur igitur ſanguis in corpus totum,

ferunt ur

„ feruntur ſpiritus calorque, & per anguſtiſſi-
„ mas venas impetum faciunt, vt corpus cōbu-
„ rant, & incendant, erogandis hominibus de-
„ putati, vt cum Tertulliano loquar, cap. 2. de
„ Proſcript. Hęreticorum.
„ Ecce viui comburium, cruciariumque exi-
„ tum, fomitemque febrium omnium. Verùm
„ vnum contra vnum, vt inquit Salomon, Igni
„ aqua reſiſtens, retrahit hominem à letho, dū
„ perfectè curatur, per ſuas indicationes.
„ Exciderunt hæc paucula à calamo, raptim
„ volitante potiùs, quam exarante, an collima-
„ rit, neſcio, ſufficit in vrbem perrexiſſe, vt lo-
„ quar cum Koeleth, enimuerò *labor ſtultorum*
„ *affliget eos, qui neſciunt in vrbem pergere*
„ *Eccl. c.* 10. v. 15. ſed hęc ad ſelecta mea relego
„ hierophyſica diffuſius penſitanda Deo auſpice
opinio hęc eſt Cl Sebaſtiani Baldi, quam ego ma-
ximè probo, quamque ipſiuſmet verbis adduxi.

Supetias ego fero amiciſsimo calamo, aioque; ſi ſanguis in arterijs incenſus putre-fieret, neceſſario omnes frebes futuras malignas, imo, & peſtilentes: nam cum ſanguis arterioſus ſit defœcatus, ac puriſsimus, ſi ſemel pu-tredinem concipit, in coruptionem abeat; ne-ceſſe eſt; vndè homini interitus. Praxim quoq; habet opinio noſtra adminiculantem: nam ſanguis venæ cauę, quę eſt perennis fons hepatis, ab ipſa hauritur aliquandò corruptus, ſemper vitiatus: ab hauſto ſanguine, ſiuè reuulſionis gratia, ſiuè euacuationis, licet ipſe pūtredinem reduplicat, ue, vt aiunt ſcholæ non curet, curat tamen cauſam auferendo.

Ad-

Addit imò citatus Baldus in ſanguine ſemper adeſſe labem, ſiue quotidiana, ſiue tertiana, ſiue melancholica, aut potiùs quartana accendantur febres. Typos autem varios, variaque ſymptomata non aliundè oriri, quam ex maiori vel minori putredine ipſius ſanguinis, & partibus varijs eiuſdem humoris; qui ſemper manens idem (quidquid dicat Galenus) variato ſolummodo gradu, hæc pariat ſymptomata.

Sed aliquis poſſet obijcere inter mixtas febres, dupliceſque, ac triplices tertianas, & quartanas, non poſſe ab vno humore procedere. Verum; ſicut in Roſa datur diuerſa, imò contraria facultas, ex qua contrarij effectus dimanant, quod de alijs quibuſdam ſimplicibus medicamentis teſtatur Aphrodiſeus; cur id etiã ſanguini accidere non poſsit?

Diuerſitas enim Typorum à partibus diuerſis promanat, pro vt ſcilicet putredo, vnam magis quam aliam inficit; & caloris diuerſitas haſce partes occupat, magis vel minus radicata in ſuo ſubiecto, vt cum Thomiſtis loquar.

Ceterum, duratio perennis febrium, non tam intrinſecus radices habet, quam extrinſecus, ob pororum ac mea tuum anguſtiam, & coalitionem, & ex hac radice pullulat etiam febris aſsiduitas, eiuſq; intermiſsio. Verùm hæc aliàs enucleabimus.

Sed ſi vnicum humorem impetant, ſanguinē nimirum, ex quo difficilè credant, tot diuerſi generis febres oriri poſſe, explicent, rogo, Hippocratem, qui omnes febres ab vnica bile oriri pluries affirmauit. Clau-

Claudo Tertulliani verbis *de Proſcript. Hæ-*
Tertul. locus. *ret. cap. 2.* graphicè febrem deſcribentis, *febrem,* ait, *inter cæteros mortiferos & cruciarios exitus, erogando homini deputatum.* vocat *cruciarium exitum,* quia cum cruciatu hominem ad exitium trahit, id clarum eſt ſatis, verùm non ſatis quod ſequitur, *erogando* dicens. Pamelius legit *redendo homini.* Cerda doctiſsmus Tertulliani interpres, *erogando* retinet, *quaſi in rogum dando* ardoribus, quibus ſaeuit.

§. I.

Febri fugus.

SED paucula de curatione febrium humoralium maximè aperiamus, debent enim in ſua cauſa eradicari: Enimuerò ſebris à putredine, hæc ab obſtructione, obſtructio à multitudine, craſitie & humoris lentore proficiſcitur: ergò primum reuellendus ſimulq; euacuandus eſt peccans, & noxius humor à venæ ſectione præcipuè ſi vires adſint, vel alioquin dato pharmaco, quod auctore Galeno ſupplere poteſt eius vicem, vt ſuppono in eius doctrina. Multitudo ergo primum tollenda, lentities abſtergenda, incidenda craſities, opportunis exhibitis medicamentis, & inaucto naturę calore proprio. Sed ego lectorem ad practicos ſcriptores relego, contentus recen-

ſuiſſe

ſuiſſe quod à Galeno *lib. 9. & 11.* Methodi diffuſiſſimè explicatur;

Ergò paucula grana colligam meſſoribus nõ ità obuia, ad hanc rem non noxia. Laudo in primis tartarum vitiolatum, vel eius cremorẽ, vel ſpiritus. Vitrioli quoque, oleum vel ſal Abſinthij, & huiuſmodi aperientia mirè conducunt, cum vt Fernelius doctiſſimè adnotauit, in meſenterio, pancreate, & circum iacentibus partibus ab obſtructione morborum ilias erũpat indomita. In iuſculis ergò non oportet dememiniſſe, aliquid ſemper aperientium apponere, habito tamen reſpectu ad morbum; & mirum eſt, quam ſint ex vſu huiuſcemodi medicamenta, vt ſæpè ac ſæpius ego cum alijs, meo exemplo prodromo expertus ipſe ſum. Et ſanè ſi mè Iatrochymurgiæ totum non dediſſem, ac ſacraſſem; iam totus absũptus ſebrium marcore, & morborum ſurijs valè dixiſſem omnibus, ſed ſine valetudine, lecho conſumptus; adeoq; hæc iam litteris non exaraſſem. *Remedia Iatrochy. ad febres*

Imminuitur ſebris etiam, vel omninò tollitur, ſi accipias cochlearum teſtas affundendo ſuper ipſas acetum è bono vino paratum; ſtetq; per noctem in ollâ in balneo, habebis ad latus mucorem: abſtrahe hunc ſcopis filis æneis cõpactis, quibus auri ſabri vtuntur, ad aurum vel argentum à ſordibus emundandum; Teſtas calcina ad albedinem, pulueriza huius tam humoris quam pulueris permiſtionis, ſume *ſcrup.* cũ aqua appropriata, & pauco butyro: per ſudorem enim mirè ſebrim reſoluit. *Notabile* *Humoris & Teſtarum Cochlearum vir. tus in febribus.*

Hæc

Rationes affectuũ Chym.

Hæc ſunt, quæ humanæ mentis intelligentiam tranſcendunt, ſunt autem arcana Iatrochymica in ipſa experientia fundata, & ſolidis etiam rationibus circumuallata; ſoporem enim, quaſi in humoribus inducit ille cochlearum humor, quò fit vt natura exſuſcitata contra humorem ſopitum inſurgat, & illum ſic facile debellet, & de medio tollat; quare huiuſmodi etiam humor mirum in modum conducit ſomni conciliationi (quod etiam facit humor ſordium auricularum) ſi intra nares inungatur, vel ille etiã, ſi cum ſyrupo papaueris poſt cibum aſſumatur, impedit enim vaporum eleuationem, quibus vigiliæ conſiſtunt enimuerò à laſsitudine pro pugna cum morbo facta natura non magis ſubleuatur, quam per debitam ſomni conciliationẽ quæ commodius, & vtilius fit quam opiatis à communioribus Medicis vſurpatis.

Somni vtilitas, & prouocatio à quibus fiat.

Vaſtiſsimos iam riuos, & fontes febriũ claudamus, & concludamus cum doctiſsimo Camp. colophonem ſuæ Medicinæ imponente, his verbis *In Medic. p. vlt. hæc qui conſiderat ab omni humore, & vapore, & infeſtatione ſiue per obſtructionem facta, ſiue per ſordes aliundè, ſiue per animi, & corporis paſſiones, vigilias ebrietates, dolores, &c. intelliget omnem oriri febrem. Typum autem ſeruare cum ſtabilis cauſa intrinſecus regnat, & iuxtà vniuerſales cœleſtium rationes communes agitatur; quas noui inſultus, & materiæ, & miſturæ rerum inferiorum, & cauſarum materialium, & actiuarum, & concauſarum ab ordine, & typo remouent, alterantq́; motus enim neceſſarij, & ordinati in cauſis; fluctuantibus, &*

contin

contingentibus recepti ab ordine, & neceſſitate recedunt vt in metaphoris dictum eſt.

Hęc habui ex ipſius ſenſu aperienda; vt tanti viri, nunquam emarceſcenda memoria eluceſcat; quam in omnium ſcientiarum renouatione iuxta ſua principia ad miraculum oſtentauit, decem tomis editis; quorum indicem lucubratiſſimum Venetijs edidit eruditiſſimus Iacobus Gaf. ſolertiſſimus ſcientiarum cultor; qui quidem Campanella ſuę ſcientię Campana doctiorum adeò animos ad ſe attraxit, vt veluti nouus Hercules eorum animos catenatos effecerit, ita vt in Gallia, vel quis Campanelliſta vel Ariſtotelicus in Philoſophia eſſe profiteatur, vt doctiſſimus nunquam intermoriendæ memoriæ Io. Bourdelotius meo Liceto *de quæſitis per epiſt.* 30. *p.* 241. peculiari epiſtola prænunciauit.

Campanella in omnibus ſcientijs excellentia.

§. II.

De Christi Domini contactu, ad corporales morbos abigendos.

VErè Deus fecit potentiam in brachio ſuo, cùm non tam imperio Diuinitatis, quam contactu manuum, & Petri Socrum à febre, & leproſum liberauit à lepra. Sed quid mirum, cùm *virtus de illo exiret, quæ ſana-*

bat omnes? Hæc eſt diuina illa virtus, qua imbutus Petrus (vt de alijs Apoſtolis ſileam) vmbrâ ſua mira patrabat; quod licet mirum videatur Riueto Batauo, Rabbino de Caluini Synagoga, non eſt tamen quòd adeò admiretur, ſi ęquis auribus audiat doctiſſimum virum, & omni laude maiore dignum P. Silueſtrum Petraſanctam Soc. Ieſu.

Manuũ impoſitionis Chriſti vis.

Verùm quia Dęmon Dei Simia bruta, & ſcurrili imitatione ſuos quoque habuit aſſeclas, qui admirabiles effectus, ſolo tactu patrabant, quod de Pyrrho Rege iactitant, pollice lienoſos percurante; iam dicendum eſt de Veſpaſiani, & Adriani Imperatorum curationibus, quarum ille cuidam oculorum tabe laboranti, & alteri manu ęgro reſtituit ſanitatem; alterius manum pede calcando, vt Tacitus, *l.* 4. *Hiſt.* & Suetonius *in Veſpaſ. c.* 7. referunt: alter verò duobus cęcis viſum reſtituiſſe dicitur.

Veſpaſiani, & Adriani curationes quales.

Verùm quod ad Veſp. attinet, ipſemet Tacitus arte humana fuiſſe curabiles indicat, nec vllatenus miraculi ſpeciem habuiſſe.

Quod verò ſpectat ad Adrianum, Spartianus ex Mario Hiſtorico affirmat, ſtropham fuiſſe, & ſimulatam cęcitatem ab ijs ex compoſito excogitatam, qui perſuadere Adriano nitebantur, vt in ſummis quos perferebat doloribus vitæ voluntatem non abijceret. Sed ipſam viſus deperditi reſtitutionem, cum modus operandi aliud ſentire non iubet, poſſe naturalem eſſe docet Valeſius *Sac. ph. c.* 42. & Serarius, *in cap.* 11. *Tob. q.* 2. & iam olim Plinius *l.* 11. *c.* 37.

Baro-

Baronius Cardinalis Eminentiſsimus, & vir doctiſſimus rerum abſtruſarum ſedulus inueſtigator, *an. Chriſt.* 71. horum ęgrorum curationem refert ad Dæmonis actum, qui ad miracula Chriſti Domini eleuanda, ſimilia edere tentabat ad Veſpaſiani (vti credibile eſt) nutum, aut potius Apollonij Tyanęi, qui tunc aderat, vt benè ibi animaduertit Baronius.

Illud autem erit maxime notandum quod animaduertit *Plin. l.* 7. *c.* 2. & poſt eum Pererius, *in Dan. l.* 2. qui aſſerunt Pyrrhi pollicem deſtri pedis illeſum fuiſſe à flammis combuſto reliquo corpore, vbi addit etiam cor eorum qui morbo cardiaco, vel veneno interierunt cremari non poſſe, quod & ſpeciatim tradit Suetonius de Germanico Cęſaris Caligulę Patre, cuius cor cum reliquum cadauer in fauillas abijſſet, nihilominus intactum, illæſumq; permanſit; rei autem nouitas Romã in admirationem rapuit, ſed venenum quo erat repletum, vt compertum poſteà fuit flammas currenſes retudit, & illuſit. Ex quibus elicitur poſſe dari aliquod miſtum ità temperatum, ꝙ igni reſiſtat. Meyſ. *Pentag. p.* 74. ab aſtrali conſtitutione hęc dependere ait, qua ſæpe exiſtimata prodigia contingunt, vndè ars ſigillorũ, & eorum Medicina originem duxit, huiuſmodi autem multa refert Campanella *de ſenſu Rerum*, & Merſennius *in Gen.*

Pyrrhi pollex à flammis illæſus, et cur.

Verùm ad ſocrum Simonis reuertentes, cũ ex Græco contextu appareat, magna eam laboraſſe febre, vel vt alij legunt magnis febribus;

Febris ſocri Simonis notio, & eſſentia.

placet aſſerere à continua, & mali moris putrida febri fuiſſe detentam, vel etiam cum in plurali nomen febris ponatur fuiſſe, forſan duplicem tertianam illegitimam, vel febrem complicatam, & cõfuſam, quarum omnium remedia prompta, & facilia in Medicina Sacra in particulari exhibemus.

At verò videamus breuiter Chriſtum Medici optimi munus exercentem, ait enim Euangeliſta, & *ſtans ſuper illam*: hic deſcribitur
Chriſti Medic. manus. Chriſti geſtus ſeſe ad lecti fulcrum inclinantis, vt febricitantis manu appræhenſa febrim dignoſceret, & deindè vt Medicus cęleſtis ipsã à morbo liberaret, ait enim Math. *& tetigit manum eius* (ex quo dignotionis pulſus neceſſitas habetur) *& dimiſit eam febris* facto cæleſti prognoſtico: Marcus verò ait: *& accedens eleuauit eam apprænenſa manù, & continuò dimiſit eam febris*.

Cęterum cum manuum impoſitione hæc miracula ſimpliciter patrata fuiſse conſtet, in liquido eſt id Dei recto conſilio factum fuiſſe;
Manuũ Chriſti operatio. nam cum Chriſtus verbo ſolo curare poſset: enimuerò ſimplici imperio verbi ſui morbos eiuſdem Miniſtros dimiſit, tamèn manus etiã adhibuit, vt & veritas carnis ſuæ, & virtus
Cur tactu non voce curauerit oſtenderetur ex D. Cyrillo *l. 4. in Io. c.* 15: *& l.* 10. *c.* 18. *non pertimeſcebant enim contagionem, neque fæditatem perhorreſcebãt, vt mira Chriſti Medici benignitas omnibus conſtaret, vel Medicorum artem, & operam, & opem ſuperare præcognoſcerent.*

In hoc loco reponenda eſt gratia curationũ,

quam

quam habent à diuina manu Reges Galliæ, & Angliæ, ſi non Sancti, ſaltem vt Sancto oleo inuncti, & hac digna prærogatiua ijs, per Sanctos Reges à Deo impetrata plurimum venerādi, & recolendi, qua Galliæ Reges ſimplici manuum contactu ſtrumis medentur, & Anglię etiam reges anulos benedicunt, maximè quidem vtiles neruorum contractioni, ſpaſmo, & morbo comitiali, quæ aliquam ſanctitatis ſaltem à Deo participatam notam (quam tamèn ex libero arbitrio poſſunt contrarijs contra Eccleſiam geſtis, & actis, quoquo pacto infringere, præcipuè ſi exorbitent a fide Romanę Eccleſiæ) indicant, & deſignant; de qua re duo ſocietatis lumina ſcribunt immortalibus pennis, Martinus del Rio, & Siueſter Petraſancta; ex alijs Merſennius fusè Com. elucubratiſſimo *in G n* Et licèt breuiter, tamen verbis ſucci plenis eadē, & alia dilucidiùs explicat Meyſs. in ſuo Pentag. Iatrophyſ. particulari, quem librum videre non potui, niſi meo abſoluto iam opere, quemque merito licet inſignire glorioſis titulis, & laudum decore præcipuo. *Regum Galliæ manuum virtus.* *Angliæ Regum anuli virtus.*

Demum varios modos ſanationis in vſu poſitos a Chriſto Medico pro diuerſis eiuſdem intentionibus, vide recitatos a Salmerone *tract. 46. de mir. & ſign.*

§. III.

De vi verborum, & muſices energia in Medicina facienda.

QVod ad tertiam particulam, in qua ſolo verbo imperij ſui Chriſtum ſanaſse conſpicitur, admirationem non patitur, cum eandem poteſtatem ſuis aſseclis Chriſtus communicauerit his verbis: *In nomine meo Dæmonia eijciant, ſerpentes tollent, &c. Marc. 56. 17.*

Qualis vis in verbis ſit.

Atque iam ſæpius repetiuimus Dei nomen ad quemcumque morbum expellendum maximè pollere, & quamuis alicui hoc durum videatur, cum nulla in verbis, ex communi omnium cordatorum virorum ſenſu virtus inſit, niſi Dæmoniecā mala, vel bona, liceatque aſseratur à rudioribus, omnem vim pro Medicina facienda in verbis, herbis, & lapidibus ineſse, tamèn cum Chriſtus Verbum ſit, & ſolo verbo ſui mandati cuncta creauerit, non eſt mirum, ſi etiam eadem conſeruet. Dæmonia verò ſolo verbo expellebat, quia intelligunt, ideò non tangebat arreptitios, tactù verò languidos curabat, ait enim Matth. *c. 8. & eijciebat ſpiritus verbo loquendo, & iubendo*, vt ij ſolent quorum eſt ſumma poteſtas. Notandum eſt autem q̄ ſemper

ſemper antequàm ad morborum curam accederet, loquebatur eis verbum, *Mar. c. 2.* vt oſtenderet Medicis priùs animarum curam habendam eſse, poſteriùs verò corporum, inſinuans eis officium, quo interrogationes aptę pro morbi recta agnitione, & congrue fieri debent, & verba ſolatij, & Diuini Medici doctrinę conſona primò profundenda, deindè ad morbi dignam dignotionem, & expulſionem eſse accedendum. *Medicorū munus, & onus à Chriſto.*

Equidem rectè ait in hoc ſenſu Meyſson, *p. 79.* *qui Hypocondriaca Melancholia* (qui eſt morbus ſępè ac ſępius Dęmoniacus à Medicis exiſtimatus) *laboranti ratione tollere volet affectum verbis ſolis, ſine repræſentatione falſi obiecti ludibrium exponendo nunquam ſanabit*, quare in morbis ſpiritualibus, conſtat vim verborū plurimum prodeſse, & obiectorum propoſitionem contrariorum, quibus falſa concepta imaginatio porrigitur, & ſic perſanatur, in qua arte Medici qui excellunt prompta diligentia remedia, & ſubita, & opportuna adhibentes, cęteris omnibus antecellunt. *Morbi ſpiritus verbis ſanātur.*

Cęterum quęſtio hic eſt de virtute naturali, nam de obedientiali nulla eſt controuerſia; cum conſtet ex annalibus ſacris referente etiā Clem. Alex. 1. *ſtrom.* Moyſem verbo ſolo occidiſse Ægyptium rixantem *ex. 2.* & cum filij ipſi Iſrael à Moyſe deprecarētur ne illis loqueretur Dominus, ne fortè morerentur *ex. 20.* elicitur ex his etiam Antichriſtum ſolo Dei verbo eſse interficiendū, vt D. Paulus ait 2. *Theſ. 2.* *Verbi diuini potentia.*

quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui, vt communiter SS. PP. & Interp. explicant; igitur verbis ipſis mors inducitur; immo & ſanitas ipſa; nam Saul ſiuè à Dęmone, ſiuè ab atra bile humore venenato ad mortem perductus diuinis cantilenis à Dauide fuit ſępè, ac ſæpius perſanatus, vt volunt grauiſſimi Patres à Salmerone relati 2. *Cor* 12.

Verbis quomodo vita, & mors habeatur.

Experientia etiam ipſa conſtat quoſdam homines exiſtere, qui verbis tantum pijs, pſalmorumq; recitatione morbos ſanant, dolores mitigant, cicatrices curant, & ſi quæ ſunt alia vitæ commoda vel ſaluti propitia talibus verbis remedium applicant, igitur voces ſecundum virtutem naturalem vitam protendere, & mortem etiam poſſunt maturare.

Muſices vis pro mouẽdis affectib⁹

Verùm voces ſumptè formaliter nullam vim habent, quam tamèn poſſident materialiter acceptæ, vt notat pluribus Delr. *Diſq. mag. c.* 4. *q.* 3. quis neſcit vocum concentus nunc iratos animos ſedare, nunc pacatos ad bellicos tumultus prouocare, exanimatis animum prębere, doloribus excruciatis refocillamentum, ac penè mortuis vitam, & ſalutem impertiri? Quæ ſunt quidem rationes ductę à diuerſis muſices concentibus, & inſtrumentis pro diuerſis affectibus excitandis, vel permouendis, quare D. Auguſtinus notat Chriſtum Dominum hymno dicto (idem altioribus vocibus cum Diſcipulis cantato promptum ad paſſionem exiſſe diſpoſitum magis (vt hominem intellige) ab illo cantu.

Pari

Pari ratione, vel diſſimili etiam Caietanus notat Tibicines tumultuaſſe ſolitos pro mortis certitudine, auribus mortui ſonitibus illis præduris perſtrepentibus, quos cum Dominus Chriſtus inueniſſet in mortui domo verè miraculum edidiſſe ijs dimiſſis antiquitas exiſtimauit; in hoc genere etiam eſt tympanum bellicum quod ad certamen prouocat; vide quæ fuſius notet Alex. ab Alex. *gen. dier. l. 2. c. 25. & l. 4. c. 4.*

Colligitur tamèn ex his naturaliter non eſſe vllam in verbis virtutem ad Medicinam faciẽdam, ſi hęc pręſsè ſumantur; quo pacto etiam non niſi Dęmonis arte poteſt dari ſerpentum incantatio, vt dilucidiſſime probat, Magnus Mendoza *Virid. l. 4 prob. 27.*

Quanti autem momenti muſices auxilium pro Melancholica affectione, qua male affectus exagitatur ſit, ab illa Arcadum conſuetudine elicere poterimus; ſiquidem vita, & moribus aſperrimi, muſicam tamèn à ſua Republica non excludebant, & hoc non luxus, nec delitiarum cauſa, ſed vt vitæ, & morum duritiem emollirent; aiunt enim Empedoclem Agrigentinum furibundum adoleſcentem cantu reuocaſſe, & pacatum manſuetumque rediſſe. *Muſicę antiquus vſus.*

Clinias etiam ille muſicus, ſi quando ad iram prouocaretur lyra ſubito ſumpta, animi motus compeſcebat.

Quandò ſpiritus malus Saulem arripiebat, Dauid Cytharam manu tangebat, & vires ſpi-

ritumq;

ritumque bonum Saul præaſſumebat, & ab eo ſpiritus malus recedebat, de quo plura infrà.

Hoc autem erat quod laudabat Gal. dum ait *l. de San. Tuen. & nos ægros non paucos perſanauimus animi motibus ad debitum modum reuocatis*, vniuerſaliter autem de motuum animi ſedatione, quoquo modo facienda debet intelligi, in quo Medicinę quaſi magicè operantis excellentia elucefcit.

Muſica neceſſitas. Inter hos verò modos muſica à Campanella, *in Medic.* & Merſennio, *in harmonicis Com. in Gen.* & alijs primus inter alios recenſetur; adde etiam quòd Æſculapius multas ſcripſit cantilenas, vide plura eruditione omnis litteraturæ referta apud Mendozā *Vir. p.* 75. *prob.* 8. *& p.* 103 *prob.* 34. etiamq; inſtituit Mimos, rerumq; ridicularum oſtentationem fieri antè ęgrotantium conſpectum, & melodias quaſdam cantari iuſſit quibus motus vehementiores animi corporis temperamentum calidius efficerent, ſicque ad morbi expulſionem excitarentur; quę confirmant vſum, & modum curandi tarantula malè captos, de quibus inferius, per motum enim quo ſudor vehemens excitatur, humor ille noxius expurgatur.

Mirum eſt quantum mihi auxilij muſicæ ſonus, & harmonia pro animi motibus conducat, & præſertim pro melancholia mitiganda vim conſerat, ſedat enim hęc preſertim Dæmonium meridianum, in huiuſmodi humore ſedem figentem, & maxime prædominantem, quo flatus excitantur; qui caput impetunt, mentemq;

temque perturbant, quo ſit vt ſumma diligentia animaduertem ne ſomnum in meridie capiam, cum ſit ſanitati ſtudioſorum maximè contrarium, cum obtundat ingenium, & memoriam labefactet, animęq; potentias imbecilliores reddat, ſed hæc ſunt cum grano ſalis intelligenda, habito reſpectu ad circunſtantias omnes, & conditiones etiam indiuiduales. *Somni Meridiani incommoda.*

Pari ratione à Medicis aquarum ſtillicidia, quaſi muſices concentus, pro febricitantibus aridis ad ſitim compeſcendam inſtituuntur, & ſic à prudenti Medico Politico morbis debacchandis toto intento animo alia admiranda excogitantur.

Cùm de febre actum ſit, obiterq; de muſices vi ad morbos tartareos ac melancholicos abigendos; videor modò conſequentia quadam vocari ad agendum de *Maniaca affectione nono loco aſſerta, deq; amore inſano*; Mania etenim cum à feruido humore gignatur, qualis potiſſimum eſt flaua bilis accenſa, germana quadam ſocietate fœdus quoddam inire debet cum ipſa febre, ſicut melancholia, cum amore inſano, qui videtur eſſe de genere ipſius. Ad penſum igitur venio.

ART. II.

ART. II.

De Mania, deque inſanientibus præ amore, cum Hippocratis loco illuſtrato.

BReuiter, & ſtrictim, de vtroque affectu dicendum, qui ſunt inſaniȩ ſpecies non deſpicabiles. Inter vtrumq; tamen hanc prȩcipuè ſtatuo differentiam, quòd Mania ex bili maximè oritur, furorq; appellatur à Gal. 6. *Aph.* 21 at amor ſedem habet tanquam in proprio centro in ſanguine, in iecore autem magis, & ſanè, vt ait ille.

Splen ridere facit, cogit amare Iecur.

In febribus proinde, *deſipientiȩ cum riſu, minus ſunt periculoſæ* Hipp. *lib.* 6. *Aphor* 53. quia à ſanguine proueniunt, humorum mitiſſimo ac ſuauiſſimo.

Inter ſpecies inſaniæ non ineptè locum habent *Lycanthropia* & *Cynanthropia*, qua inſania horribili correpti homines circum ſepulchra vagantur, vlulant quidam vt lupi, alij canum inſtar latrant, ſȩuitie humoris atra, ab aſſata, & conſumpta humiditate, domininante: Vndè nil mirum eſt, quod Foreſtus refert *obſer.* 20. de quodam multis annis maniaco: *Hic nudus,*

ait,

ait, *animalis inſtar, ſub fœno volutabat, & quod admiratu dignum, non frigebat; licet hyems aſperrima eſſet cum continuo gelu.* Et hac Lycanthropia laboraſſe Regem ſuperbiſſimum Nabuchodonoſorem volunt aliqui, non inſulſi recentiores.

Vernm ad amorem, quo humanum vritur genus, reuertentes, dico ſanguineos, & qui ſpiritibus defœcatioribus ſunt præditi, ab æſtu cupidinis incendi, & amoris enthuſiaſmo rapi, trahiq; . Hinc fortaſsè oritur, quòd ad ſæuitiem concitandam, nil ſit præſtantius humano ſanguine poto; cũ enim optimi corruptio peſſima ſit, mutata natura, ex benigniſſimo alimento, in trucem mutatur alimoniam, cuius rei memorabile exemplum adducit Langius *lib. 1. epiſt.* 71. ſic redditur humana mens incorruptibilis, & immortalis, obnoxia etiam morbo cũ & ipſa ægrotet Hipp. 2. *Aph.* 6. nam *corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ſap.* 9. 15. viſco humanorum phantaſmatum alligatum, & Cœleſtibus influentijs obnoxium, vt dependet à corporis ſarcina. *Sãguinei facilè amantes.*

Hinc Luna præcipue ſuas exſerit vires, hominemque, & humores commouet, dirrigitq; hinc criſium omnium modulatrix Luna, de qua re integra extant Pergameni commentaria. de vi autem ac potentia Lunæ videatur Salmeron *Soc. Ieſu vir doctiſſimus, & D. Ignatij ſocius celeberrimus tract* 36. ſed de paroxyſmis epilepticis id clarè conſtat, qui in nouilunijs, & plenilunijs accidere ſolent. Enimuero in nouilunio ob abſentiam luminis imprimitur frigiditas,

giditas, in plenilunio verò ab eiuſdem luminis præſentia pituita diſſoluitur; Lunę namque lumen diſſoluit, non verò deſiccat, ob molliorem ejus, & imperfectam vim, qua pollet, vt Plin. docet *lib. 2. cap. 9.* è contrà verò ſolis radij abſumunt, ſoluuntq; virtute validâ.

Adoleſcẽtis nobilis hiſtoria.

Non immeritò igitur Adoleſcens quidam nobilis amore captus, ſimulq; à Lunæ radijs melancholicus redditus (nam non magis epilepſiam, quam melancholiam excitat Luna, Cardano Magiſtro) ingeminabat identidem, nec ſine ſale, hæc verba: *La Luna, e l'Amore.*

Lepida nobilis puellę hiſtoria, quæ ex Sole ominabatur euentus amoris.

Sed lepidum eſt omninò, quod his met verbis, narrauit per epiſtolam Cl. Sebaſtianus Baldus. *D. Iulia Balda,* inquit, *ex fratre cognata, non tam formoſa facie, quam moribus ſuauiſſimis conſpicua, de puella nobili loco nata, ſibiq; apprimè nota narrat, eo amoris æſtu abreptam, medullituſque iſtam adeò fuiſſe, vt veluti altera Dido furens, in Sole (quis credat?) quem vnicè deperibat, amaſium introſpiceret; fauſta ominata ſi clareſceret Sol ipſe, è contrà verò metuẽs ſibi, ſi nubilus foret. Hocque tam alte in corde repoſitum habebat, vt ſole atro, nubiloque, amaras funderet lacrymas, hilaris è contrà, dum* radiata eius *facies, orbẽ ſuo ſplendore exhilarabat, in cachinnos effuſa largiter; fœmina excors, quæ tamen poëſi magiſtra verſus pangebat, inter quos de ſuo Sole, ſunt hi non inficeti.*

Non coſi vibbr'l Sol ſuoi dolci rai,
Come l'altro mio Sol mi sfacce in guai:
Il Celeſte mi auuiua,
Il mio, di cuor mi priua.
Come può darmi morte
La vita il Sol, ria ſorte?

Enthuſiaſmus eſt iſte, magis quàm Apollinæus. Sed omiſsis iocis, ad ſeria iam venio.

Hipp. locus recẽſendus hic eſt *6. Epid. ſect. 1.* dum Epilepticos à melancholicis diſtinguit, pro vt impetum facit in hanc, vel in illam partem infirmitas; *ſi enim in corpus, epileptici*, inquit, *ſi in mentem melancholici redduntur*. Locus difficilis, qui Doctorum ingenia torxit Galenus *3 de loc aff. c. 7.* recurrit ad animam, quam pro temperamento intelligit, ſed perperam ſuo more. Rectiùs Valleſius (vt Mercurialem aliosque omittam, quidquid dicat Pereda, ſemper infenſus Valleſio, Medicorum noſtrorum Coripheo) malum vergere ait *ad corpus in conuulſionibus, quia ſymptomata corporalia ſunt; ad animam in delirijs, quæ ſunt magis animalia.*

Baldus opinatur ab ipſo Galeno, huiuſce rei explicationem deſumi poſſe, quidquid ipſe perperam dixerit, quoad hanc rem. Verum ipſum audiamus. *Alicubi dicebat Galenus ob nigrorem humoris, quem vocamus melancholiam, terreri animum, & formidoloſum euadere, vndè in melancholicis, timor ac triſtitia ſine cauſa externa oriuntur. Et licet Auerrous hanc Pergameni doctrinam appellet* irriſoriè *verba cantionum lib. 3. Collig. cap. de accidentibus trium virtutum; nihilominus, cum mens ipſa Hippocrati lib. 2. Aphor. 6. ægrotare dicatur, & Cardanus non ineptè, à viridi colore animam recreari, à cæruleo vero viſum magis affirmet, de rer. variet. lib. 3. conſequenter dicẽdum eſt, ab humore atro, qualis eſt melancholicus, animam magis affligi, quam à pituitoſo. Hic enim magis in corpus vires exſerit ſuas, alter verò in animam magis*

Noua Baldi opinio.

gis fertur, magiſque eſt illi contrarius, dum modo quo-dam infenſiori aggrauat animam ipſam.

Maniacus,& amãs diuerſo genere medicamẽ-torũ curari debent Maniacus nãq; alteratione humoris feruidi, ad ſanitatẽ ducitur, præcipue in capite. Huiuſmodi alterantia multa ſunt, quo-rum ingens eſt Sylua. Amori autem impensè deditus, ſanguinis detractione præcipuè cura-tur, & alteratione hepatis, & cordis. incre-ſcente tamen morbo, purior ſanguis labem acquirit, de genere melancholię, quæ melan-choliam reſpicientibus eliminatur.

Omitto purgantia, alterantia, et cordialia, et quæ ad prophylacticen ſpectant partem; laudoq; in primis lapidem Lazuli cum ſua prę-paratione Helleboriſmos, & ſtibium; ſi cum ſuis cautionibus propinentur. De ſtibio, au-diendus Antonius Ponce Sanctacruz Regiæ Hiſpaniarum valetudinis pręſes: *Mira*, inquit, *res ſed rara in Hiſpania (qua tamen etiam mulieres ad fucos vtuntur) abborrentq́, Mediti noſtri noua iſta me-dicamenta, quæ tamen antiquiſſima eſſe in Ia-trochymia demonſtramus.* Ità Regius Medi-cus *cap. de Melanch. §. vlt.* laudo etiam quod nõ nemo dixit,

Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Inſeruit plurimum in hanc rem, argentum potabile, cuius pulchram habes deſcriptionem in Hadr. Armam. *p.* 11 *&* 101, ſic etiam ſpecies dialunæ, ob ſympathiam quamdam; ſi tamen non adſit dæmom, neq; arreptitius ſit patiens, cum Chriſti armis induti, contra ſpirituales

nequi-

nequitias, tunc temporis pugnare debeamus.

Quam melior eſt diuinus amor, terreno amore! *Benedictio* enim *Domini diuites facit*, vt ait Salom. *Prou.* 10. 22. *nec ſociabitur ei afflictio*. *Gaudiũ & pacem* dat Deus *Rom.* 15. 15. Quam verè igitur diuinus ſpiritus ait, *ò Amor in delicijs?* ſeu vt vulgatus transfert, *ò Chariſſima in delicijs?* *Cant.* 7. Pulcherrimam attexit hiſtoriam, eiuſque curationem in ſuis obſeruationibus Franc. Valeriola, de Iuuene perditè Amante.

ART. III.

De Paralyſi.

IN ſecundo adducto capite eadem eſt ratio, ac de mox recitatis; & pro prima quidem particula, cum hic morbus ſit ex Medicorum ſenſu humorum viſcidorum à capite defluxio per ſpinalem medullam, vel ſeptem neruorum paria, quibus nerui adeò obturantur; vt facultas animalis per illos non poſſit percurrere, quo fit vt membra omninò debilitata appareant ferè reſoluta; quare cum huius cauſa ſit cerebrum, & humores obſtruentes, ijs præſidijs à Medicis eſt occurendum, vt ad ſuã craſim deducantur, & deindè pedetentim reſtaurentur.

Paralyſis quid ſit.

Paralyſim hac verborum formula explicuit

quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui, vt communiter SS. PP. & Interp. explicant; igitur verbis ipſis mors inducitur; immo & ſanitas ipſa; nam Saul ſiuè à Dęmone, ſiuè ab atra bile humore venenato ad mortem perductus diuinis cantilenis à Dauide fuit ſępè, ac ſæpius perſanatus, vt volunt grauiſſimi Patres à Salmerone relati 2. *Cor* 12.

Verbis quomodo vita, & mors habeatur.

Experientia etiam ipſa conſtat quoſdam homines exiſtere, qui verbis tantum pijs, pſalmorumq; recitatione morbos ſanant, dolores mitigant, cicatrices curant, & ſi quæ ſunt alia vitæ commoda vel ſaluti propitia talibus verbis remedium applicant, igitur voces ſecundum virtutem naturalem vitam protendere, & mortem etiam poſſunt maturare.

Muſices vis pro mouẽdis effectib⁹

Verùm voces ſumptè formaliter nullam vim habent, quam tamèn poſſident materialiter acceptæ, vt notat pluribus Delr. *Diſq. mag. c.* 4. *q.* 3. quis neſcit vocum concentus nunc iratos animos ſedare, nunc pacatos ad bellicos tumultus prouocare, exanimatis animum prębere, doloribus excruciatis refocillamentum, ac penè mortuis vitam, & ſalutem impertiri? Quæ ſunt quidem rationes ductę à diuerſis muſices concentibus, & inſtrumentis pro diuerſis affectibus excitandis, vel permouendis, quare D. Auguſtinus notat Chriſtum Dominum hymno dicto (idem altioribus vocibus cum Diſcipulis cantato promptum ad paſſionem exiſſe diſpoſitum magis (vt hominem intellige) ab illo cantu.

Pari

Pari ratione, vel diſſimili etiam Caietanus notat Tibicines tumultuaſſe ſolitos pro mortis certitudine, auribus mortui ſonitibus illis prædurìs perſtrepentibus, quos cum Dominus Chriſtus inueniſſet in mortui domo verè miraculum edidiſſe ijs dimiſſis antiquitas exiſtimauit; in hoc genere etiam eſt tympanum bellicum quod ad certamen prouocat; vide quæ fuſius notet Alex. ab Alex. *gen. dier. l.* 2. *c.* 25. *& l.* 4. *c.* 4.

Colligitur tamèn ex his naturaliter non eſſe vllam in verbis virtutem ad Medicinam faciẽdam, ſi hęc pręſsè ſumantur; quo pacto etiam non niſi Dęmonis arte poteſt dari ſerpentum incantatio, vt dilucidiſſime probat, Magnus Mendoza *Virid. l.* 4 *prob.* 27.

Quanti autem momenti muſices auxilium pro Melancholica affectione, qua male affectus exagitatur ſit, ab illa Arcadum conſuetudine elicere poterimus; ſiquidem vita, & moribus aſperrimi, muſicam tamèn à ſua Republica non excludebant, & hoc non luxus, nec delitiarum cauſa, ſed vt vitæ, & morum duritiem emollirent; aiunt enim Empedoclem Agrigentinum furibundum adoleſcentem cantu reuocaſſe, & pacatum manſuetumque rediddiſſe. *Muſicę antiquus vſus.*

Clinias etiam ille muſicus, ſi quando ad iram prouocaretur lyra ſubito ſumpta, animi motus compeſcebat.

Quandò ſpiritus malus Saulem arripiebat, Dauid Cytharam manu tangebat, & vires ſpiritumq;

ritumque bonum Saul præaſſumebat, & ab eo ſpiritus malus recedebat, de quo plura infrà.

Hoc autem erat quod laudabat Gal. dum ait *l. de San. Tuen. & nos ægros non paucos perſanauimus animi motibus ad debitum modum reuocatis*, vniuerſaliter autem de motuum animi ſedatione, quoquo modo facienda debet intelligi, in quo Medicinę quaſi magicè operantis excellentia, eluceſcit.

Muſica neceſſitas. Inter hos verò modos muſica à Campanella, *in Medic.* & Merſennio, *in harmonicis Com. in Gen.* & alijs primus inter alios recenſetur; adde etiam quòd Æſculapius multas ſcripſit cantilenas, vide plura eruditione omnis litteraturæ referta apud Mendozã *Vir. p. 75. prob. 8. & p. 103 prob. 34.* etiamq; inſtituit Mimos, rerumq; ridicularum oſtentationem fieri antè ęgrotantium conſpectum, & melodias quaſdam cantari iuſſit quibus motus vehementiores animi corporis temperamentum calidius efficerent, ſicque ad morbi expulſionem excitarentur; quę confirmant vſum, & modum curandi tarantula malè captos, de quibus inferius, per motum enim quo ſudor vehemens excitatur, humor ille noxius expurgatur.

Mirum eſt quantum mihi auxilij muſicæ ſonus, & harmonia pro animi motibus conducat, & præſertim pro melancholia mitiganda vim conferat, ſedat enim hęc preſertim Dæmonium meridianum, in huiuſmodi humore ſedem figentem, & maxime prædominantem, quo flatus excitantur; qui caput impetunt, mentemq;

temque perturbant, quo ſit vt ſumma diligentia animaduertem ne ſomnum in meridie capiam, cum ſit ſanitati ſtudioſorum maximè contrarium, cum obtundat ingenium, & memoriam labefactet, animęq; potentias imbecilliores reddat, ſed hæc ſunt cum grano ſalis intelligenda, habito reſpectu ad circunſtantias omnes, & conditiones etiam indiuiduales. *Somni Meridiani incommoda.*

Pari ratione à Medicis aquarum ſtillicidia, quaſi muſices concentus, pro febricitantibus aridis ad ſitim compeſcendam inſtituuntur, & ſic à prudenti Medico Politico morbis debacchandis toto intento animo alia admiranda excogitantur.

Cùm de febre actum ſit, obiterq; de muſices vi ad morbos tartareos ac melancholicos abigendos; videor modò conſequentia quadam vocari ad agendum de *Maniaca affectione nono loco aſſerta, deq; amore inſano*; Mania etenim cum à feruido humore gignatur, qualis potiſſimum eſt flaua bilis accenſa, germana quadam ſocietate fœdus quoddam inire debet cum ipſa febre; ſicut melancholia, cum amore inſano, qui videtur eſſe de genere ipſius. Ad penſum igitur venio.

ART. II.

ART. II.

De Mania, deque inſanientibus præ amore, cum Hippocratis loco illuſtrato.

Breuiter; & ſtrictim, de vtroque affectu dicendum, qui ſunt inſaniç ſpecies non deſpicabiles. Inter vtrumq; tamen hanc præcipuè ſtatuo differentiam, quòd Mania ex bili maximè oritur, furorq; appellatur à Gal. *6. Aph. 21* at amor ſedem habet tanquam in proprio centro in ſanguine, in iecore autem magis, & ſanè, vt ait ille.

Splen ridere facit, cogit amare Iecur.

In febribus proinde, *deſipientiç cum riſu, minus ſunt periculoſæ* Hipp. *lib. 6. Aphor 53.* quia à ſanguine proueniunt, humorum mitiſſimo ac ſuauiſſimo.

Inter ſpecies inſaniæ non ineptè locum habent *Lycanthropia* & *Cynanthropia*, qua inſania horribili correpti homines circum ſepulchra vagantur, vlulant quidam vt lupi, alij canum inſtar latrant, ſçuitie humoris atra, ab aſſata, & conſumpta humiditate, domininante: Vndè nil mirum eſt, quod Foreſtus refert *obſer. 20.* de quodam multis annis maniaco: *Hic nudus*,

ait,

ait, *animalis inſtar, ſub fœno volutabat, & quod admiratu dignum, non frigebat, licet hyems aſperrima eſſet cum continuo gelu*. Et hac Lycanthropia laboraſſe Regem ſuperbiſſimum Nabuchodonoſorem volunt aliqui, non inſulſi recentiores.

Verum ad amorem, quo humanum vritur genus, reuertentes, dico ſanguineos, & qui ſpiritibus defœcatioribus ſunt præditi, ab æſtu cupidinis incendi, & amoris enthuſiaſmo rapi, trahiq; . Hinc fortaſsè oritur, quòd ad ſæuitiem concitandam, nil ſit præſtantius humano ſanguine poto; cū enim optimi corruptio peſſima ſit, mutata natura, ex benigniſſimo alimento, in trucem mutatur alimoniam, cuius rei memorabile exemplum adducit Langius *lib. 1. epiſt.* 71. ſic redditur humana mens incorruptibilis, & immortalis, obnoxia etiam morbo cū & ipſa ægrotet Hipp. 2. *Aph.* 6. nam *corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ſap.* 9. 15. viſco humanorum phantaſmatum alligatum, & Cœleſtibus influentijs obnoxium, vt dependet à corporis ſarcina. *Sāguinei facilè amantes.*

Hinc Luna præcipue ſuas exſerit vires, hominemque, & humores commouet, dirrigitq; hinc criſium omnium modulatrix Luna, de qua re integra extant Pergameni commentaria. de vi autem ac potentia Lunæ videatur Salmeron *Soc. Ieſu vir doctiſſimus. & D. Ignatij ſocius celeberrimus tract* 36. ſed de paroxyſmis epilepticis id clarè conſtat, qui in nouilunijs, & plenilunijs accidere ſolent. Enimuero in nouilunio ob abſentiam luminis imprimitur frigiditas,

giditas, in plenilunio verò ab eiuſdem luminis præſentia pituita diſſoluitur; Lunę namque lumen diſſoluit, non verò deſiccat, ob molliorem eius, & imperfectam vim, qua pollet, vt Plin. docet *lib. 2. cap. 9.* è contrà verò ſolis radij abſumunt, ſoluuntq; virtute validã.

Adoleſcẽtis nobilis hiſtoria.

Non immeritò igitur Adoleſcens quidam nobilis amore captus, ſimulq; à Lunæ radijs melancholicus redditus (nam non magis epilepſiam, quam melancholiam excitat Luna, Cardano Magiſtro) ingeminabat identidem, nec ſine ſale, hæc verba: *La Luna, e l'Amore.*

Lepida nobilis puellę hiſtoria, quæ ex Sole omi nabatur euentus amoris.

Sed lepidum eſt omninò, quod his met verbis, narrauit per epiſtolam Cl. Sebaſtianus Baldus. *D. Iulia Balda,* inquit, *ex fratre cognata, non tam formoſa facie, quam moribus ſuauiſſimis conſpicua, de puella nobili loco nata, ſibiq; apprimè nota narrat, eò amoris æſtu abreptam, medullituſque iſtam adeò fuiſſe, vt veluti altera Dido furens, in Sole (quis credat?) quem vnicè deperibat, amaſium introſpiceret; fauſta ominata ſi clareſceret Sol ipſe, è contrà verò metuẽs ſibi, ſi nubilus foret. Hocque tam altè in corde repoſitum habebat, vt ſole atro, nubiloque, amaras funderet lacrymas, hilaris è contrà, dum* radiata eius *facies, orbẽ ſuo ſplendore exhilarabat, in cachinnos effuſa largiter; fœmina excors, quæ tamen poëſi magiſtra verſus pangebat, inter quos de ſuo Sole, ſunt hi non inficeti.*

Non coſi vibbr'l Sol ſuoi dolci rai,
Come l'altro mio Sol mi sfacce in guai:
Il Celeſte mi auuiua,
Il mio, di cuor mi priua.
Come può darmi morte
La vita il Sol, ria ſorte?

Enthuſiaſmus eſt iſte, magis quàm Apollinaus. Sed omiſsis iocis, ad ſeria iam venio,

Hipp. locus recẽſendus hic eſt *6. Epid. ſect. 1.* dum Epilepticos à melancholicis diſtinguit, pro vt impetum facit in hanc, vel in illam partem infirmitas; *ſi enim in corpus, epileptici*, inquit, *ſi in mentem melancholici redduntur*. Locus difficilis, qui Doctorum ingenia torxit Galenus *3 de loc aff. c.* 7. recurrit ad animam, quam pro temperamento intelligit, ſed perperam ſuo more. Rectiùs Valleſius (vt Mercurialem alioſque omittam, quidquid dicat Pereda, ſemper inſenſus Valleſio, Medicorum noſtrorum Coriphęo) malum vergere ait *ad corpus in conuulſionibus, quia ſymptomata corporalia ſunt; ad animam in delirijs, quæ ſunt magis animalia*.

Baldus opinatur ab ipſo Galeno, huiuſce rei explicationem deſumi poſſe, quidquid ipſe perperam dixerit, quoad hanc rem. Verum ipſum audiamus, *Alicubi dicebat Galenus ob nigrorem humoris, quem vocamus melancholiam, terreri animum, & formidoloſum euadere, vndè in melancholicis, timor ac triſtitia ſine cauſa externa oriuntur. Et licet Auerrous hanc Pergameni doctrinam appellet* irriſoriè *verba cantionum lib. 3. Collig. cap. de accidentibus trium virtutum; nihilominus, cum mens ipſa Hippocrati lib. 2. Aphor. 6. ægrotare dicatur, & Cardanus non ineptè, à viridi colore animam recreari, à cæruleo vero viſum magis affirmet, de rer. variet. lib. 3. conſequenter dicendum eſt, ab humore atro, qualis eſt melancholicus, animam magis affligi, quam à pituitoſo. Hic enim magis in corpus vires exſerit ſuas, alter verò in animam magis*

Noua Baldi opinio.

gis

gis fertur, magiſque eſt illi contrarius, dum modo quodam infenſiori aggrauat animam ipſam.

Maniacus,& amãs diuerſo genere medicamẽtorũ curari debent Maniacus nãq; alteratione humoris feruidi, ad ſanitatẽ ducitur,præcipue in capite. Huiuſmodi alterantia multa ſunt,quorum ingens eſt Sylua. Amori autem impensè deditus, ſanguinis detractione præcipuè curatur, & alteratione hepatis, & cordis. increſcente tamen morbo, purior ſanguis labem acquirit, de genere melancholię, quæ melancholiam reſpicientibus eliminatur.

Omitto purgantia, alterantia, et cordialia, et quæ ad prophylacticen ſpectant partem; laudoq; in primis lapidem Lazuli cum ſua pręparatione Helleboriſmos, & ſtibium; ſi cum ſuis cautionibus propinentur. De ſtibio, audiendus Antonius Ponce Sanctacruz Regiæ Hiſpaniarum valetudinis pręſes: *Mira*, inquit, *res ſed rara in Hiſpania (qua tamen etiam mulieres ad fucos vtuntur) abhorrentq; Mediti noſtri noua iſta medicamenta, quæ tamen antiquiſſima eſſe in Iatrochymia demonſtramus*. Itâ Regius Medicus *cap. de Melanch. §. vlt.* laudo etiam quod nõ nemo dixit,

Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Inſeruit plurimum in hanc rem, argentum potabile, cuius pulchram habes deſcriptionem in Hadr. Armam. *p.* 11 *&* 101, ſic etiam ſpecies dialunæ, ob ſympathiam quamdam; ſi tamen non adſit dæmom, neq; arreptitius ſit patiens, cum Chriſti armis induti, contra ſpirituales nequi-

nequitias, tunc temporis pugnare debeamus.

Quam melior eſt diuinus amor, terreno amore! *Benedictio* enim *Domini diuites facit*, vt ait Salom. *Prou.* 10. 22. *nec ſociabitur ei afflictio*. *Gaudiū & pacem* dat Deus *Rom.* 15. 15. Quam verè igitur diuinus ſpiritus ait, *ò Amor in delicijs?* ſeù vt vulgatus transfert, *ò Chariſſima in delicijs? Cant.* 7. Pulcherrimam attexit hiſtoriam, eiuſque curationem in ſuis obſeruationibus Franc. Valeriola, de Iuuene perditè Amante.

ART. III.

De Paralyſi.

IN ſecundo adducto capite eadem eſt ratio, ac de mox recitatis; & pro prima quidem particula, cum hic morbus ſit ex Medicorum ſenſu humorum viſcidorum à capite defluxio per ſpinalem medullam, vel ſeptem nervorum paria, quibus nerui adeò obturantur; vt facultas animalis per illos non poſſit percurrere, quo fit vt membra omninò debilitata appareant ferè reſoluta; quare cum huius cauſa ſit cerebrum, & humores obſtruentes, ijs præſidijs à Medicis eſt occurendum, vt ad ſuā craſim deducantur, & deindè pedetentim reſtaurentur. *Paralyſis quid ſit.*

Paralyſim hac verborum formula explicuit

Ex Tertulliano etiam.

Tertullianus *in Apologetico* agens de Chriſti miraculis; *Cum ille* (inquit) *verbo Dæmonia excuteret, leproſos mundaret, Paralyticos reſtringeret:* qua voce benè paralyſis ſanitatem explicauit, quę tunc aduenire intelligitur, cum nerui diſſoluti, & plus iuſto laxiores reſtringuntur; quæ ſi alicuius partis ſit dicitur Hemiplexia ſi autem totius corporis Applexia, nunc verò vterq; morbus paralyſis dicitur ex Celſo *l.2. c. p.*

Sed vindicamus ſelecta aliqua remedia, in formulas redacta ad paralyſim eliminandam, & ecce iam præſto.

Ol. ſucc. Salu. Aniſique vis.

Recipe florum liliorum conual. lauendulæ. an.onc.5.Sacchari albi onc iiij.coq; ad perfectionẽ, remotis ab igne, adde olei ſuccini rectificati ſcr.1. extract. Saluiæ ʒ.ij. vel ipſius olei, quod potentius operatur, & ol. aniſ. an.ʒ.5. agitentur omnia piſtillo, & ſecundum art. f. rot. de quibus vna quolibet die ſumatur.

Sed verò etiam perfricatis ſubindè membris linteo aſperiori, & ſpiritu Tartari aſperſis, & ol. galb. cum ſpiritu terebin., & nucis muſcatæ, & canellæ in balſami modum efformato, foueantur.

Aquarũ Mineralũ Arenarũ, & Lutorũ virtus.

At ſulphureæ aquę, & aluminoſæ, quales Puteoloſæ mirum in modum huic morbo conducunt; inſuper etiam ſudatoria laconica arte parata, arena etiam calida medicata, qualis in Inſ. Pithicuſa, & etiam in noſtris regionibus huiuſmodi virtute prędita inuenitur, vel etiam luto thermali membra vſq; ad ſudorem cooperta, & vinacea deinde repetita, proſunt; præcedenti-

dentibus priùs debitis purgationibus, & capitis, & ventriculi; victu etiam, potuque accõmodato, ideò recta obſeruatione non comedũt neruum, neq; carnem neruoſam filij Iſrael, vſq; in preſentem diem vt ſanitati obnoxiam, & religionis etiam cauſa, quia emarcuit in fæmore Iacob, *Gen.* 32. 32. eo quod tetigerit neruum fæmoris eius, & obſtupuerit, quo modo fit paralyſis fædiſſima.

COROLLAR. V.

De languido Piſcinæ Bethſaidæ, de Aqua Iordanis fluminis, ac de Aqua B.V. Saonenſis, & de incorruptis naturaliter Cadaueribus.

PAralyticus nos vocat, quia ſolam linguam habet à paralyſi liberam, marcidus cæteroquin in toto corpore: lotus ſalutifera aqua Piſcinę, ex templò ſanitatem indeptus eſt, vt tollere potuerit *grabatum ſuum & ambulare.* Xenodochium veluti erat huiuſmodi Piſcina, morborum propulſatrix, non tam natura ipſius aquæ opem ferente ægrotis, & marcidis corporibus, quam Angeli miniſterio, ipſam aquam moritantis.

Huic autem operi deſtinatum puto Raphaë-

lem Medicinę Præſidem fuiſſe. Verum ſupernaturalis diuina virtus clarè micabat, quæ præcipuè operabatur, aqua Piſcinę veluti diuinæ manus inſtrumento, adhibita ad ſalutem, Angeli ipſius miniſterio impellentis ac motitantis, vndè virtus illi indebatur. nō negarim tamen, naturali vi omnino deſtitutam fuiſſe, ac fortaſſe de Thermalium genere, in quibus peculiaria quædam quale eſt bitumen, ſulphur, naphta, imò pretioſiora quædam vt auri ramenta, aliaque id genus latitarent. Mouębat igitur Angelus naturalem ac ſupernaturalem virtutem, vt à motu ferri ſcintillat ignis è lapide ignito, quaſi in actum erumpente, mortua intus latitantem anima. Itaque ſigno quodam ab Angelo impreſſo, vis harum aquarum demonſtrabatur, quo pacto dixit Auguſtinus, *accedit verbum ad elementum, & ſit Sacramentum.*

Angelus Raphael Medicinæ Pręſes.

Aquæ Piſcinæ de genere Thermalium.

Fortaſſe erat incorruptibilis huiuſmodi aqua (vt ſcribebat Sebaſtianus Baldus epiſtola quadā) *ſicut de Iordanis aqua ſcribit Radziuillus in ſuo Hodæporico Hieroſolymitano, cum ait,* aquam valde turbidam Iordanis habet, ſed ſalubrem: quę in vaſe aſſeruata nunquam corrumpitur, &c. *Id autem incorruptionis donum accepiſſe à Chriſti in ea Baptiſmo, docet Gretſerus Ieſuita in Curopalatem, pag. 236. Nec eſt reticenda alia B. Virginis Saonenſis aqua incorruptibilis & ipſa, morbiſque propulſandis mirè efficax, poſtquam Antonio viro probo, & qui ſua* bona nouit Agricolæ, *eò loci viſa eſt Deipara, gloria ac maieſtate præfulgens, diuiniſque delibuta odoribus, Saonēſem Ciuitatem, diuinam implorans Miſericordiam, auguſtiſſimè benedicere.*

Iordanis aqua incorruptibilis.

Et alia B. Virg. Saonēſis.

Habet

Habet autem huiuſmodi aqua, vt quotquot ſe flagellant, humeros cruentantes (quod fit de more in maiori hebdomada, & peculiariter Ciuitate Saonenſi, cũ ſolemnia Virginis intercurrunt) omnes, cuiuſcumque ætatis ſint, ac temperamenti penè innumerabiles, ſolo huiuſce aquæ vſu ſanitatem perfectè, citoque adpiſcantur, vt ſcribit in hiſtoria Virginis Saonenſis nuper excuſa, pietate ac doctrina inſignis P. D. Ioan. Baptiſta Albertus Saonenſis, Congreg. Somaſc.

Sed ab aqua in terram euatando, me recipiam, vt aliquid obiter dicam de agro Haceldema *vocato. Terram habet hic ager mira quadam vi præditam, qua cadauera intrà diem vnum, ſi intrà ſe condantur, in pulueram abeunt, carne omninò conſumpta. Huius terræ magna portio Romam aduecta iuſſu Helenæ Imperatricis, Campus Sanctus vocitatur. Romanos reſpuit, nec vlnis excipit, ſuis admittit peregrinos, eorumq; cadauera intrà 24. horas conſumit, quod etiam nunc facit mirabili euentu, teſte Cornel. à Lapide, ſuo in Matth. comment. cap. 27. v. 7. de qua re legendus eſt Adrichomius, in deſcript. Hieruſal. n. 216.*

Terra agri Haceldema, *cõſumit cadauera.*

Vide huius terræ proprietatem, qua fatiſcunt cadauera; ſicut è contrà incorrupta ac perennia ſeruari poſſunt ratione ſoli ipſius, vel ſolis, vel etiã ratione ſitus; ſic enim quod Ariſtarchus tradit in Olimpiac. integrũ cadauer armati, & Saucij hominis olim mortui in Iunonis Eleæ templo, inter tabulatum & ſcandulare tectum inuentum; cauſam reddit Pauſanias lib. 5. de ſcript. Græciæ, quòd in illis latebris abditum, neq; per æſtatem vaporum, neq; per hyemem frigoris noxam contrahere potuerit. De qua re egregiè ſcribit M. Delrio lib. 2. diſq. Mag. q. 25. Dæmoni tribuens

Naturaliter cadauera poſſunt incorrupta ſeruari, abſq; miraculo.

 hanc

hanc vim, vt non nequeat incorrupta ſeruare cadauera ne diffluant & putreſcant, & ſanè nemo eſt qui neſciat condituram AEgyptiorum ab Herodoto, & Diodoro Typis conſignatam. His inſuper accedit, & mortis genus, & corporis diſpoſitio: de primo, audiendus Plutarchus lib. 4. q. conuiu. 2. cunctis, inquit, *fere notum eſt, fulmine ictorum non ſentire corpora putredinem. Ipſam porrò corporis temperaturam, ſiuè naturam dicas, ad id mire fecere, Romanorum exemplo probatur, quorum cadauera caſorum, ſatiſcunt ſtatim, ac prorſum diffluunt, Perſarum verò inareſcunt ſtipitum more, vt nec liqueſcant membra, nec ſanie madeſcant perfuſa, quod Ammianus narrat apud Rhodigin lib. 26. cap. 24. Ammianus ipſe, in exquiſitam vitæ parſimoniam id refert, & vbi naſcuntur* exuſtas ſolibus terras. Hæc Baldus citatus.

Sed vt ad Piſcinam Bethſaidę reuertamur, ab illo aquæ percepto ſonitu, ſignificabatur Angelus adeſſe, atq; adeò vim aquis ineſſe Medicam, quod Cyrillus videtur inſinuare, clariùs Ambroſ. lib. de ijs qui initiantur myſt. c. 4. *vt ſcilicet eſſet indicium certum quod deſcenderat Angelus, mouebatur aqua*: itaque aquarum motus ſignum erat applicationis aquarum, & illarum virtutis excitationis. Inuitabantur ergò ægrotantes ea motione, vt ſe in aquā piſcinę mergerent, ad mala propulſanda, ſignumq; erat virtutis, & actionis diuinitùs influentis in ęgrū, qui ſanandus erat, cum priùs ad fontem hunc accurere, veluti ceruus ſaucius ac transfoſſus, ſtabiliuiſſet. Ex eo tamen motu, non negarim viuidiorem, ac magis efficacem redditam aquā

piſcinę,

piſcinæ, & modo quo ſuperiùs inſinuauimus.

Hęc autem, reliquaque & dicta, dicendaque Romanę Eccleſiæ ſubmiſſa ſunto, ſanoq; modo explicata: Cùm meum argumentum in eo ſitum ſit, quòd Deus huiuſmodi præſidijs ſæpè ac ſæpius vti ſolitus fuerit, quo ad modum tamèn Medicinæ adminiſtrandę voluerit omninò eius omnipotentiam manifeſtari, cum in inſtāti ferè, & dicto citius, (quod Medico impoſſibile eſt) Medicinam fecerit, licèt languor prolixior eſſet, qui grauat Medicum, ex ſapientis dictis *Eccl.* 10. & impoſſibilis curationis exiſteret, ſicq; fidem per Euangelium propagandam Iudęis facilius insereret, vt doctiſſimè Salmeron de modis operationum Chriſti Medici verba facit digniſſima. *Medici-na Chriſti vis, & modus.*

Probatica igitur Piſcina pro Dei virtute, & poteſtate, & Angelorum potentia, & vi oſtentanda, quaſi Domus probationis pro fidei legis Chriſti iugo initiandis erat inſtituta, ac etiam, pro aquarum mineralium digna commendatione; quapropter ad ipſam Chriſtus vt pijſſimus Medicus maxima charitate noſtrorum morborum ſedulus, & vigilans Argus accedebat, & ſi morbus ab humoribus prorsùs dependebat, aquæ vt plurimùm miniſterio vtebatur, at ſi etiam à ſpiritibus vel impeditis, vel offuſcatis, vel retardatis, vel obſtructis, vel à Satanicis ſpiritibus vexatis ſolo ſuo verbo potentiſsimo perſanabat, iuxta D. Pauli *Ep. 2. ad Tim.* 2. 9. *Verbum Dei non eſt alligatum*, quod cognouit, & vidit *Iſ.* 2. 1. & Regius Vates pluribus in locis *Piſcinæ finis.*

 teſta-

teſtatur, ſed perſpicuè dum ait *Pſal. 106. 20. miſit Verbum ſuum, & ſanauit eos, &c.* quo ſenſu diuinorum nominum in Eccleſia multus eſt pro Medicina vſus, & diuinorum etiam applicatio, quare à nobis pro recta morborum propulſione longiores ſunt preces inſtitutę. Abeat hinc Caluinus peſsimorum peripſema, qui cõtrà Apoſtolum auſus eſt pronunciare, non eſſe genuflectendum prolato nomine Ieſu, *quaſi Ieſus vox eſſet magica, quæ totam in ſono vim haberet incluſam*. teſtatur id de Caluino eximius Petraſancta in Andr. Riuetum *cap. 5. nu. 25.*

Saluatorũ Medicorum origo. Hinc forsàn originem duxerunt Saluatores, ſiue ſalutatores illi Hiſpani, quorum munus non improbat Nauar. *Man. c. 11. n. 36.* ſed licitum ſcribit & cum eo promus condus litterarum omnium Martinus Delrius, qui oratione, & ſacrorum nominum inuocatione, & ſignorum, & ſacrorum, vel etiam ſacramentalium applicatione cum teſtimonio fidei gratis Medicinam faciebant, vt notat Meyſ. *Pent. p. 74.* non tamen huius farinę erant fratres Crucis Roſariæ qui miracula in Medicina præſertim patrabant, qui iure merito reprobantur à doctiſsimo Merſennio ſuo Com. in Gen. eò quod arte Satanica operarentur, eorumque doctrina iure merito proſcribitur in Academia Fludana præcipuè exarata, ꝙ iam adnotauimus aliàs.

Sed de Piſcinâ rurſum placet aliqua adnotare obſeruoque (vt id obiter dicam) non paucas in Paleſthina fuiſſe, ſufficiat illud Salomonis in *cap. 2. Eccl. v. 6. & extruxi mihi piſcinas aquarum,*

rum; *vt irrigarem ſyluam lignorum germinantium*, fecit igitur multas piſcinas Salomon, inter quas fortaſsè eſt illa, quæ *grandi opere conſtructa* ſcribitur 2. *Eſther.* 3. 16. ſic conijcit Villalpandus *tom.* 3. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19 atque eandem eſſe cum illo *Salomonis Stagno*, de quo Ioſephus *lib.* 6. *de Bello cap.* 6. opinatur.

Perȩque nominatur 2. Eſdr. 2. 14. *aqua ductus* Regis, quem LXX. *piſcinam* nominant. An forte illas piſcinas laudatiſsimas Heſebon, quãuis longè à Ieruſalem, cum quibus comparat ſponſæ oculos, extruxerat quoque ſibi Salomon? Romani piſcinarum prouentum non paruum habebant, quod Raderus ex Plinio iuniore docet *lib.* 5. *ep.* 6. ad illud Martialis *lib.* 3. *Ep.* 44. *Piſcinam peto, non licet natare*; cum inter alios vſus, idoneȩ eſſent ad natandum; cuiuſmodi illa erat *Natatoria Siloe*, aliter *Kolymbethra* vocata, ideſt natatoria Ioan. 9. 7. quam idem Ioannes 5. 2. *piſcinam* vocitauit.

Hȩ piſcinæ parabantur ad nemorum & Syluarum opportunitatem; quas eleganter Neocȩſarienſis dixit, *ingentes lacus ad aquarum exceptionem confectı, ad vberem & copioſam arborum irrigationem diſtributi* quacumque tamdem ratione congregarentur aquȩ, vel collectȩ ex pluuijs humana induſtria, vel eo etiam deriuatȩ ex fontibus aut ex riuulis; itaque erant vaſtȩ ciſternȩ, & ampliſsima ſtagna. M. Cicero *lib.* 1. *ad Attic. Epiſt.* 24. qui vehementer piſcinis delectarentur, *piſcinarios* vocat; nos qui inualetudinis ergò Piſcinam frequentabant in Paleſthina,

piſcina-

piſcinarios vocabimus non minori iure. Sed hęc de Piſcinis ſufficiant; tantum addo Piſcinas plerumque Piſcium viuaria fuiſſe: ſic Varro de re ruſtica *lib. 3. cap. 3. Piſcinas* (dicit) *eas, quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces*: vnde R. Salomon vocem ipſam latinam imitatus, *viuaria* interpretatus eſt.

ART. IV.

De Sanguinis fluxu ab vtero.

SED tertium caput nos ad inſtitutum à longè reuocat, cum acutam fęminæ vocem à lõgè exaudiam, quę ſanguinis fluxum Chriſti virtute comprimere ſatagebat.

Verùm, cum ex duplici pudendorum loco huiuſmodi morbus eſſe potuerit, quem ſacra Pag. explicitè non referat, de vtroque aliqua pręnotabimus.

Fluxus muliebris ori go, cauſa De fluxu muliebri, pauca dico, quia multa dicenda eſſent, ſi ad penſum omnia librare deberem, vt reliqui ſanguinis fluxus, deriuatur & ipſe, vel à ruptura vaſorum, vel ab anaſtomoſi, ſeù vaſorum apertione, vel à diapedeſi, ſeù tranſcolatione, vel ab eroſione eorundem vaſorum cum ſanguis inficitur, ob humoris acris miſcellã. Sed ad huc dantur remotiores

cauſæ,

cauſę, quas non enumero, danturque alij ſanguinis effluxus, ſed ſpurij magis, vt eſt hepaticus fluxus, in quo ſanguis diluitur veluti aquâ: omnium peſsima eſt ſanguinis ſpuitio, prçcipuè ab eroſione procedens. Mala vteri ſunt difficilia, tum ratione loci affecti, ad quem non pertingit, medicamentorum vis, tum quia illuc influunt humorum colluuies, & impuritas, veluti ad ſentinam quamdam: quæ res impulit Hippocratem, vt peculiarem librum morbis mulierum deſtinatuum adornaret, in quo mille latitant gemmę à ſapienti Medico eruendę.

Verùm cum hepar ſit ſanguinis fons, hic eſt corrigendus, & rectis præſidijs coaduiuandus ad ſuas functiones ritè obeundas (ſi tamen vniuerſalia prçceſſerint) quibus peractis condu- *Remedia*
cunt hauſtus ab Hadr. *In arm.* P. 80. adnotati, item anima vitrioli, P. 27. laudanum etiam opiatum, P. 74. ſpecies diamarcis, P. 10:. & denique ſpecies Diaſucini P. 111.

Laudāt plurimum Magi pilorum Equinorum cineres in aqua ſumptos, quos efficaciores reor *Cōſcrue*
in lentiſci aqua, vel myrthi, vel rubi, iuuat val- *Cy:cno-*
dè etiam Leporis coagulum, cum aceto po- *rum v.r.*
tum; ſimiliterque agreſtę, & cydoniorum ſuc- *:ns.*
cus, & conſeruæ: aliaque id genus ſimilia, adſtringentia, quorum ingens ſylua.

Sed iam ad noſtra experimenta; ſiſtitur fluxus cum herba dicta Gallichriſta, benè contuſa, & cum Oui luteo permiſta, & in modum placentulæ frixę excocta, & manducata, vel

appli-

applicata ; item heduli coagulum in recenti
Terræ linteo in modum noduli reſtrictum, & in fuſum
vitrioli, in iure pulli, vel decocto pedum vituli, ſi autem
Croci coagulum ſiccum ſit, diutius ebulliat.
Martis Item albumina ouorum cum ſale permiſta,
pro fu- & puluere terræ vitrioli examinatæ vel croco
xu ſang. Martis ſuperimpoſito cum ſtuppa ventri, vel
Doles. parti affectę ſuperpoſita.

Teſtudo puluere corneolorum, & modico
Teſtu- ſulphure impleatur, aſſetur & cum cera inſtar
dinis præ- adipis aſſatio coadiuetur, & comedatur.
paratio. Potus ſit aqua, vel vinum etiam chalybea-
tum: eſſentia corallornm, vel etiam ſucco limo-
num cum ęqua aquæ roſarum portione, cum
Potus in- vino permiſtis; vel ſpiritns corticum citri, vel
fluxu limonum, vel etiam aurãtiorum cum aqua ad-
qualis aptata manè ſumatur, alia validiora damus in
eſſe de- Iatrochy. ſecunda part. & in naturę arcanis.
beat. Porrò, vt etiã de ani fluxu ab hęmorrohidibus
prçcipuè dependente dicamus; animaduerten-
dum eſt, quòd cum ſint venę à natura
Hemor. deſtinatę ad noxium melancholicùm, terreũq;
officium, ſanguinem prçſertim à corpore extrudendum,
& affe- varia genera symptomatum cauſant; quo fit
ctus. vt variam etiam morbi conſtitutionem, & cu-
ram repoſcant, & admittant, aliquandò enim
ſi apertę ſint, dummodo cum conferentia, &
tolerantia fluant à morborum ineſtricabili
labyrintho vindicant, quarum optimam per
quinque genera vagantem, indicationem, &
curam tibi prębet Camp. *med. P.* 468. & Hadr.
puluerem polichreſtum imperialem tibi exhi-
bet

bet in arm. med. chym. P. 118. Item etiam Marmeladam ſtagnoticam, P. 200. confe- *Remedia* ctionem narcoticam, P. 205. electuarium dyſentericum, P. 220. emplaſtrum deuique de carne bubula P. 412. plurimum laudat. Vlcera verò harum venarum cum peſſima ſint, & diſficillimę, ſicut & vteri curationis, propter continuum humorem confluentem, vrinę propriç continuata lotione, quandoque curantur. Pro his corrigendis R. plũbi vſti onc. ij. ceruſ. onc. iij. croci ʒ. 5. ol. ros. compl. onc. 1. f. oui vitel. vnum, m. f. vng. ſ. a.; quod ſi dolor, & inflammatio vrgent, R. vitel. oui recen. ol. ros. onc. 1. butyr. recen. onc. 5. croci parum; vini albi q. ſ. m. f. vng.

At verò pro ſãguinis maxima fluxione R. aſini ſanguinem benè ablutum, accipiendo huius partem craſſiorem, & ſanam, & menſe maio *Fluxioni* collectus, & pulueriʒatus in aquę endiuię, prę- *ſanguinis* paratus operatur. R. etiam farinę, quę parie- *reſiſtētia.* tibus molendinorum cohęret, vel etiam telę a ranearum; valent etiam pili ſub cauda leporis enati, item mucilago in capitibus ſuſpenſorum exorta, alio Vocabulo *Vſnea* nuncupata; fuligo etiam à vaſis ęneis abraſa; ęs inſuper vſtum, & eius terra pręparata, denique crocus martis ſubtiliſſimè pulueriʒatus, & cum albumine oui ſubagitati permiſtus, & applicatus. Huius autem Mulieris curatio videtur facta per contactum non ſuppoſiti pręcisè, ſed virtutis participatę, eo modo quo facta fuit in Sacro Simonis, & alijs in ſacra hiſtoria recitatis perſa-

nacio

natio, per realem contactum ſuppoſiti & virtutis, per totum diſuſę & circunãbientis. Notandum autem hic eſt pro digno Coroll., quod ſanguis abundanter quidem profluit vſu pannorum mundorum, quia Empyreuma ex Igne, lixiuio, & ſmegmate contractum Venarum oſcula recludit Ignis potentiali vi in ijs imbibita agente, cum calor ſic verè adhibitus diſgreget frigus vero in ſordidis repręſentatũ congreget; ſed adde potentiorem vim in pinguedine, & ſorditie qua ſcatent, qua etiam quaſi Emplaſtica virtute eadem occludit, experior in doloribus neruorum l. flatuoſis, in ijs enim magis Calor actuatur, & oleum ſępe ac ſępius imbibitum ſuas ſic magis poteſt vires exercere; ſecus autem faciendum eſt in procurandis vulneribus, quibus ſordities plurimum obeſt, & vero panni Linei ſimplici aqua abluti tantum adhibeantur ob rationes recitatas.

ART. V.

ART. V.

De aridura, & Hydrope.

IAM verò ad quartum, & quintum caput accedamus, pro quibus, cum Chriſtus à Iudæis calumniæ notam inuſtam, iniuſtam tamen habuerit, eò quod Sabbatho curaret, nō animaduertentes hi hoc opus eſſe maximæ & neceſsitatis, & charitatis, Chriſtum redarguere ſatagebant.

Hinc ex ipſius reſponſo iure merito Med. excuſantur, ſi diebus feſtis medicinam faciant, imò! tenentur, cum hoc non ſit ab honore Dei ab Eccleſia intento decedere, ſed ad ipſum magis accedere.

Sed cum etiam in die determinato curaſſe Chriſtum videamus, quod quidem ea ratione ab ipſo factum eſt præſertim, vt ex populi frequentia in Sabbatho in Sinagoga exiſtente vnicuique eius virtus Medica pateret, & omnino cæleſtis recognoſceretur, neque cuiquam ignorantiæ fulcrum ſauere poſſet; aliqua hic eſſent etiam conſectaria elicienda pro dierum obſeruatione partiali per cæleſtes phaſes, & pro Criſi morborum reſolutionem indicante, quæ pro noſtro modulo euentilamus in noſtra Iatrochymia *in flor. & viol. 2. p.*

At

Digitized by Google

At vero animaduerto etiam ex ſacris Hiſto-rijs dies Decretorios fuiſſe pro Medicinis à Sā-ctis habendis animo conceptos, quod à Galliȩ Magno, & ſemper auguſto Chriſtianiſſimo Re-ge Ludouico iuſto, & pio etiam obſeruatur in ſcrophularum depopulatione, manuum impo-ſitionȩ facta in die Sancto Ludouico Regi Sa-cro, quȩ curationum gratia cum ab ipſo ſit alijs Regibus diuina prouidentia participata, iure quidem merito in huius honorem huiuſ-modi ſancta operatio perficitur, vt notat Sccton. Senner. & alij Medici inſigniores, & Merſen-nius Comm. in Gen. propterea nō eſſet impro-bè conſultum ſi ſingulo quoq; mēſe ad Sanctū Medicum, Medicus curans accurreret, pro fauſta, & felici ægrotantium curatione. Equid. Io. Molanus ſingulis menſibus ſuum aſsignat Medicum à Sanctimonia conſpicuum.

Dies ūm qualis eſſe debeat obſeruatio pro ſanitate aucupanda.

Cȩterum, aridura ſub cuius etiam nomine poteſt cadere febris Hectica, cum hȩc aridum, & conſumptum Corpus reddat, & huiuſmodi morbo vexatos extitiſſe in Piſcina rectè arguat ex Sacri Euang. *verbis Meyſs. in Tract. de feb. p.* 84. aridura in quam, de qua hic propriè, nil aliud eſt quam priuatio ſenſus membri, debita nutritio-ne, & alimento carentis, quȩ curatur Mar-garitarum trochiſcatarum continuata ſumptio-ne, quarum deſcriptionem habes in armam. Hadr. *p.* 45. & etiam ſpeciebus Diaſulphuris, *p.* 106. & ſyrupis perlarum orientalium eius cura adiuuatur, ſi tunc temporis prȩſertim hȩc in vſu ponantur, quo ad aquas thermales ſit acceſſus,

Aridura quid, & Remedia

acceſſus, hæ enim morbis externis corporis mirum in modum conducunt, hæc autem ſint pro quarto puncto in hoc capite facto.

Sed quod ad quintum ſpectat, difficilior eſt cuiuſcumque ſpeciei hydropis ſanatio, quę manum ſæpe ac ſæpius ſolam ſolius Dei ſibi vindicat, pro qua lucus vaſtiſsimum medicamentorum apparatur, & determinatur à Camp. *med. p.* 489. per cibos calorem retundentes, & frigidiuſculos, & humidiores, cum facilius, & feliciùs his perſanari contrà medicorum placita cõmunia rationibus contendat, cũ cõſtet liquefactionem alimenti, ſeu ſanguinis, vel flatus, quibus fit hydrops fieri à nimio excedente calore obſtructo; & probatur ex aquæ intercutalis ſalſedine, ſiti vehementi, febri præcedente, & viſcerum nimia toſtione; ſic enim ex ſale, vel Mercurio Salino reſoluto fit hydrops, quare pro ſanatione perfecta coagulationem deſiderat. Hydrops vero Aqua intercutem dignoſcitur, qua Venter turgeſcit, ideoque ſemper ſitit, & quo plus bibit, eò etiam plus ſitit, intumeſcitque conſequenter, & æger magis fit de quo *Hor. l. 2. Carm. 2.* *Hydropis cõſtitutio qualis.*

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & Aquoſus albo
Corpore languor.

Huiuſque rei cauſa eſt quia id quod bibunt, conuertunt in humorem putridum, & ſalſum talem effectum à Mercurio Salino, & adurente, quo fit vt iuxta Ouidij mentem.

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiantur Aquæ;

Nam quo plus bibunt, plus etiam ſalſedinis acquirūt à maſſa Mercurij Salini tabefacta promanantis, ſalſedo autem excitat ſitim, & emaciat, & calore magis ad actum excitato computreſcit, & tabefit addita concomitantia Mercurij mucoſi, & excrementitij ſemper à capite præterfluentis. Sanitas autem, & vindicatio ab hoc morbo habetur vinis medicatis præcipuè ex Meyſs. *P cnt. p.* 95. quod pluribus experimentis confirmat in ſuis admirandis curationibus, & Hadr. permultas formulas ex medica farragine pro hydrope quocumque exhibet, & laudat in ſpecie ſyrupum hydragogum, *p.* 250. & elixir ſuum febrile *p.* 254.

Vniuerſaliter verò R. ſucci vrt. & apij, & iuæ an. p. æqu: ſumat cyathum quotidie, quouſque per vrinam rectè purgetur, quâ etiam de cauſa exhibe per tres dies cyathum ſucci vrticę; ſed antimonium quoquo modo pręparatum, mirum in modum conducit.

R. etiam vitr. & tart. an. lib. 1. rad. vincetoxici lib. 5. ſpiritus vini lib. iij. infundantur per triduum, & deſtillentur; detur cochleare vnum per tres dies in decoc. eiuſd. rad.

Spiritus verò ſalis, cum grano ſalis meditatione congrua in vino granatorum, vel ſal abſynthij ſitim, & morbum ſedat à ſimili facta Medicina.

Sitis ſedatio.

ART. VI.

ART. VI.

De vocis reſtitutione, & Dæmonis expulſione, deque muſices energetica vi pro morborum ſanatione.

IN ſexto capite cernimus mutum ac voce caſſum, ſimulque arreptitium hominem Chriſti imperio liberatum: protruſo enim dæmone mutus eſſe deſijt, & ſui compos euaſit: etenim muſculis linguæ, & organo impeditis, potuit Diabolus vocem, linguamquæ retinere, inducta veluti paralyſi quadam. *Vocis amiſſio qualis, & cauſæ*

Non ſecus ac ego ipſe vidi in fœmina quadã quæ amaſium veluti altera Dido deperibat, intercludebatur enim ei vox, quotieſcumque cupidinis faces, quibus incendebatur, detegere volebat ad ſolatium; interpreſſis à Dæmone faucibus, quæ tamen diuino afflatu immunis à malo euaſit, ſanctorum implorato auxilio, & lipſanis eorum adhibitis, in id mirè efficacibus. *Arreptitiæ fœminæ ex Amore Liberatio.*

Hic autem facienda eſt mentio, de clauicula Salom. in anuli formam efformata, de qua Ioſeph *antiq. lib. 8. c. 2. & 3.* & de ea fuſiùs, & eruditè librorũ Heluo à vertice criticorum Lipſio *Clauicula ſeu Anuli Salom. virtus.*

ſic nuncupatus Delrio *Diſq. mag. l. 1. c. 3. q. 4.* & alij; ad cuius contactum Dæmones ab obſeſſis expellebantur, dato ſigno exitus ſatis ſenſibili.

Muſicę vis in morbis Dæmoniacis. Cæterum non eſt hic reticenda muſicę vis contra malos Dęmones, cuiuſmodi energeticam magicam quidem, ſed naturalem vim ſub nomine potentiſſimi magnetiſmi pro Medicina facienda P. Kirchier Mathematicus egregius, & celeberrimus *De magn. p. 862.* recenſet. Enim vero ſonitu Cytharę Dauidicæ naturaliter Dæmon à Saule expellebatur propulſata, vel mitigata melancholia, quæ eſt ſedes triſtitiæ (ſpiritus enim triſtis exſiccat oſſa, quæ Sauli dinumerabantur) & ipſius Dæmonis conſequenter, ac etiam fuligine vaporoſa diſſipata.

Tarātulati cura. 1. Hinc elicitur etiam, quo pacto Tarantulati carminibus, & ſonitu delectentur; qua ratione etiam ad ſaltationem eādem, quam Tarantula facit eodem ſono illi correſpondente promoueantur, & ſudore diſſipato morbo percurentur, quo fit vt prius Medici Cytharedi in campo in quo Tarantula capti, & dire accepti fuerunt perſiſtant, & ex ſonitu, vel ſaltu Tarantulę Tarātulati curationē aggrediantur; ex quo axioma chymicum, quod per ſimilia Medicina etiam fieri debeat veriſſimum eſſe continuâ experientia demonſtratur, de quibus idem Cl. Mathematicus in ſuo aureo ac adamantino opere *lib. 16. §. 884.*

Mira de Tarātulis. Idem autem ſentiendum eſt de Dęmoniacis qui vt plurimum à melancholico affectu occupantur,

pantur, quare faciem cadaueraceam præſeferũt, & curantur eo ſonitu humori prape debacchã do accommodato, à quo Tarantulę, & ijs occupati afficiuntur; idem de coloribus eſt aſſerendum, quibus delectantur, vel offenduntur, vel quia Tarantulę illis ſunt infectæ, vel quia humores quibus abundant repręſentant, de quibus plura ſcitu iucunda habet idem vir Clariſſimus ac celeberrimus *ib p.* 89c.

Quanta autem vis ſit in muſices magnetiſmis vel ex eo patet, quia inducitur in homine vel conſonans ſonus, vel durus ex ſpirituum varia commotione, vel mitigatione, eo modo quo in cyatho diuerſo modo, & menſura aqua repleto diuerſus ſonus etiam perſentitur digito aqua irrorato ad ipſius limbum percurrente; at vero hinc intelligitur Muſica realiter Medicinam adminiſtrari ex proportione, quam artẽ qui rectè callet eſt Medicus veri Hipp. nomine inſigniendus, & hic non Medicus ſimpliciter ſed Muſico-magus apelletur. *Cyathi ſonitus proport.*

2. Colligitur ex his quòd ſi ſcyphi in Crucẽ diſponantur, & ſe tangant; medius autem aqua communi, alter Vino, alter Aqua ſubtili deſtillata, alter craſſa & Marina, vel Oleo, in medij oris libo excitetur digitis tinnitus, reliqui ſubito Muſicam harmonicam repręſentabunt, quod & in chordis vniſonis, & metallicis fit, etiamſi ſint diuerſæ naturę, & conſtitutionis, v. g. agninis & lupinis ſubitò perfractis; ex quibus idem etiam de ſpiritibus in homine à ſonis, vel alteratis, vel ſedatis habita propor-

portione ad illos humores in homine exiſtentes, etiamq; illos repręſentantes prorſus ſentiendum eſt.

Remedia vocis deperditæ. Enim vero huius morbi ſeù potius mali, non eſt in Medicina remedium, cùm non niſi in Dei ſcholâ curetur, cuiuſmodi huius, & aliarum ſupradictarum miraculoſam curationem eſſe percenſeo; ſed cum naturalibus rebus ab ipſo Deo ad Medicinam faciendam inſtitutis, ipſe etiam ſępè ſępius vtatur; innuam hic aliquid faciens ad curationem raucedinis factæ per rheumatiſmum, & tale eſt ſyrupus, vel trochiſci de glycyrrhiza, de quibus Hadr. *p.* 177. qui mirum in modum pro linguę paralyſi faciunt; cataplaſma item de fermento cõmendatur *p.* 456. ſyrupus compoſitus Lobelij Botanici inſignis de eryſimo pro maximo habetur remedio ad vocem deperditã recuperandam, vt alia omittam à me non recenſita.

ART. VII.

ART. VII.

De cæcitate, & oculorum morbis.

IAM ad ſeptimum adnotatum punctum peruenimus, in quo cum multos cæcos ſanatos videamus, multę etiam cæcitatis ipſiùs cauſę, & ſpecies exiſtunt, quas eruditiſſimè Camp. *Med. p.* 386. enumerat, & per ſumma capita dilucidat, quæ nos ſuis locis illuſtrabimus *in med. ſacr. in part.* & de ijs fuſiùs P. Salmeron de Chriſti miraculis & ſignis.

Cæcitatis nocturnæ cauſę, & remedia.

Oritur autē cæcitas nocturna ex ſpirituum in oculos influentium tenuitate, vel tunicarum nimia laxitate, cui conducunt nyctycorax, & lepus, & animalia omnia noctambula pręſertim veſpertiliones à proprietate, & ſimilitudine Medicinę cooperantur, ex quibus fiunt extracta maximi valoris, quæ cum aquis appropriatis applicantur.

Et diurnę.

Diurna verò habetur vel ex varia ſpiritus diſpoſitione, quo modo dicitur, ſenuiſſe Iſaacū *Gen.* 27. 1. & caligaſſe oculos eius, ità vt videre non poſſet propter ſpirituum viſiuorum defectum, ſicque Chriſti luto indigebat, vel ex varia coloratione internam cauſam agnoſcente, non eo modo, quo dicitur Dæmones ſuos

Dæmonũ quales, & quomodo in viſiua Illuſiones

aſſeclas illudere, & deludere, vel immutando ſpeciem obiecti, vel aerem medium, vel potentiam viſiuam, vel ſenſum communem alterando, & ſic à falſis impoſtoribus falluntur, vel ex totius oculi fabrica labefactata, vel eradicata, vel deſtructa; primo autem modo exiſtentes cęci Chriſto occurrentes videntur ſanati, cui morbo conueniunt res ſolares in cibis, & Medicinis, vt iecur galli, & adſtringentia, viſūq; confortantia ſpeciatim iuuant, cuiuſmodi varijs modis pręparata recitantur ab Hadr. pręſertim in aquis deſtillatis compoſitis, & aquam de cancris plurimum pro vſu comendat *arm. p.* 272. quarum ſyluam ex noſtra penu, & experientia damus ex arcanis ſpagyricis deſumpta remedia, omnibuſq; oculorum morbis apta conducentia propalamus *in Iatrochy. in part.* ſed hic breuiter aliqua elucidētur, pro noſtro inſtituto.

Viſionis conſeruatio.

Conſeruatur enimuero viſio perſpicilijs in iuuenta vſurpatis, vel abluendo libros aqua aluminis pro ſtudioſis, quod vſu venit in Gallia vel oculos ſępius Aqua Viperæ, vel piculorum Roſarum.

Item etiam felle vrſi in aqua fœniculi diſſoluto; nocturna vero videndi difficultas tollitur vngendo intus oculos adipe noctuę.

Albumina duo ouorum ſuccū abſyntij abſorbeant, nebulam etiàm huiuſmodi ſuccus tollit, ſi oculis applicetur, & ſępius permutetur in cucurbitula oculari infuſus.

Flos etiam albus trifolij deſtillatus, vitriolū

album

album in vino diſſolutum, aqua caphurę cum oleo amygdalarum dulcium ad ignem lentum permiſta: mel item virgineum cum oleo moſci viſum conſeruat.

Item gummi album, quod ex ſcarabæo nigro per mediũ diſciſſo ex capite extrahitur.

Item etiam ſanguis galli, fel cornicis cum felle galli permiſtum, ſtercus pſitaci cũ aquã agrimonię applicatum, fel Leonis cum ſanguine Serpentis oculos à morbis pręſeruant, & cataractas etiam tollunt.

Oculi verò rubor, ouo ad duritiem cocto, & per medium diſecto, & calidè oculo applicato diſſlatur, ac euaneſcit. *Oculi ruboris cura.*

Si ſanguine afficiatur. Recipe medullã panis, imbibe vino rubeo, ex prime, applica ſępius, vel ex pullo columbaceo extrahe ſanguinem ſub ala, & vtere antè ſomnum in lecto decumbens huius tantillum, vel ſanguinem hyrundinis applicando. *Et ſanguinis.*

Frontem, & tempora aquâ calida quantùm potes foue mane oculos, ſic enim aqua impacta euaporat. *Et lacrymæ.*

Item radix ſigilli Salomonis conquaſſata oculo, partibuſque vicinis in forma cataplaſmatis applicetur; quod etiam & de folijs nicotianę ſentiendum eſt, quę dolorem mitigant.

Si oculus lacrymetur ℞. corticum gran. vnc. ſ. lap. hęmat. vnc. 1. ſ. coctis ijs in aqua roſ. & colatura facta lapidem tritum diſſolue, applicetur; ne autem lacrymetur, & ſanguinem extrudat;

trudat; tutiæ pręp. vnc. ij. ſang. drac. vnc. 1. ſacch. cand. vnc. 1. ſ. pulueriza. m. quando itur dormitum, parum in oculo ponatur, & calamo inſuffletur.

Doloris etiam. Si denique doleat ℞. aq. piculum roſ. ſimpliciter (quæ etiam vniuerſaliter alijs oculorum affectibus conducit) vel etiam euphr. verb. an. vnc. 5. tutiæ præp. vnc. 1. matris perlarum ſubtiliſsimè pulueriz. vnc. ij. m. inſtilla, & petias infuſas applica.

COROLLAR. VI.

De Natatoria Siloe, & obiter de Hydrophobia.

Cæci nati Hiſtoria. SED verò, idem prorſus ſentiendum eſt de cæco nato octauo loco enunciato; cui quidem morbo Medicina non eſt in ſchola Hipp. neq; Hermeticorum, ſed tantùm in ſchola Chriſti habetur, & poſſidetur, qua mirum in modũ prępulxerunt ſancti eius aſſeclę, eorum fide cooperante; enim verò potentia viſiua vel educta ad actum, quæ nunquam fuerit, vel educta de nouo de potentia materiæ ex Dei manu omninò dependet, quam expertus eſt hic cæcus ad natatoriam Siloe accurrens; ad quam miſſus ſubito facto impetu greſſum feſtinauit,

ſtinauit, vt Medicinam acciperet, *vir enim prudens non abhorrebit illam.* Eccl. 38.

Omnipotens igitur ſermo, medio vſus naturali, ſuam in oculis iſtius cœci infuſit virtutem, vndè extemplo factus eſt videns; ſic lutum, ſputũq; adhibuit; veluti; collyrium cœcitatem fugans indeq́; natatoria Siloe vſus eſt, inquam ſe cõiiceret miſerrimus iſte in tenebris ſedens, & Cœli lumen non videns,

Lutum verò ex vena tutiæ oculis applicitum albugines aufert, viſumq́; clarificat: celebratur quin etiam cataplaſma ex Chelidonia, & conſolida ſimul admixtis, quo vidi mirabiliter curatos oculos hædi fractos, humoribus caſſos, pureque ſordidos: hoc expertus eſt inſignis Anatomicus Põpilius Tagliaferrus, conſilio & induſtria doctiſſimi viri P. Nicolai Cabei Soc. Ieſu, olim mei in Philoſophia Prçceptoris, ac Philoſophi diſertiſſimi. Hoc vidit perinde factum Genuæ in Gallina ab agyrta quodam Anglo, Philoſophum prçſeferente ac Medicum eximium, Cl. vir, Medicinæ & linguarum peritiâ inclytus, ſimulq́; politiſſimus D. Alcidius Munierius Lotharingus Medicus. Hic enim fracto oculi vtroque globulo, ſimulq́; effuſis tum vitreo, tum cryſtallino humoribus; infuſis guttulis cuiuſdam (quam arcanam iactabat) aquç, intrà duas horas, marcidam oculi orbitam ac rugoſam implebat denuò, ad naturç normam, pellucido ac tranſparente humore. An verò videret, & viſionis munus obiret rurſum non conſtabat, ſcio tamen ſerpentibus, lacera-

Medicamenta ocularia.

Mirum de oculis gallinæ renatis.

Serpẽtes oculos recuperant, et caudã.

laceratos oculos iterum ſubnaſci, & caudam quoque amputatã denuò renaſci, quod Ariſtoteli credo, *lib. 2. animal cap* 17 vt hinc clarè appareat poſſe ſubſtantiã oculorũ coaleſcere, redimiq; Sed ad fontem ęſtiuis & canicularibus caloribus lęti accurramus, ad ſitim extinguendam, caloremque fugandum; adnotemuſque cum doctiſsimo Salmerone fontem Siloe poſitum eſſe ad radices montis Sion, *qui non iugibus aquis, ſed incertis horis, diebuſq; ebullit*: id pręcipuè ait relatus à Salmerone D. Hieronymus *in Iſai. cap* 8. additis à Ioſepho *lib. 6. Hiſtor. cap. 6.* Sed audiendus Adrichomius *p.* 171. in Siloè *nu.* 200. ex Bartholomęo Saligniaco Itin. Ieroſolymitani *cap.* 10. his verbis: Fontis huius aqua adhuc ipſis Saracenis in pretio eſt, nam cum corpore naturaliter inſtar hircorum fœteãt, in hoc fonte ſe, & ſuos pueros lauant, eaque lotione fœtorem ſuum mitigant, quin etiam eã Turcæ magni faciunt, quòd eius vſum oculorum viſui conferre experiantur, de qua re videri poteſt Epiphanius *lib de vit. Proph. cap.* 7 & Iren. *lib. 4. cap.* 19. Appendiculam addit Baldi calamus feraciſsimus, de naturali Iudæorum fœtore, adeò, inquit ipſe, *vt in prouerbium quoque abierit, ſic enim de graui olente Baſſa, Martial. lib. 4. Epigr. 4.*

Hircizãtes Iudæi, baptiſmo deponent odoris fœditatem.

Quod ieiunia Sabbatariorum (ideſt Iudęorum)
Mœſtorum quod anhelitum reorum,
Malles, quam quod oles olere Baſſa:

Quæ tamen fœtoris nota quaſi hæreditario iure Iudæorum corporibus inuſta cum baptiſmate deponitur, ſi

credimus

credimus Fortunato qui lib. 4. Carminum.

Abluitur Iudæus odor baptiſmate diuo.

Inhalabat odoris ſuauem fragantiam M. Alexander, ob eius perfectam temperiem, ſicut ex Ariſtoxeno ſcribit de eo Plutarchus, ſcribens illum ex cute, ore, totoque corpore miram reddidiſſe fragrantiã, quam interiores tunicæ retinebant, propter concoctos calore, humores, in corpore exiſtētes, qui sũt putredinis materia. *Id perindè in Salomone Rege ſecutum, ob calidam humidamque eius temperiem, ſed paulò calidiorem docet doctiſſimus ac ingenioſiſſimus Pineda, arcanorum Salomonicorum acerrimus indagator, lib. 6. cap. 4. de rebus Salomonis. Ipſemet agnoſco formoſiſſimam mulierem Genuenſem, quæ ſemper floribus redimita videtur ab halitu ac fragrantia, quam ſpirat è corpore prodeunte. Diceres habere in ſinu Roſarium Pæſti, quod de Herotionte puella Martial. lib. 5. Epigr. 38. his prodidit verbis.*

Fragrauit ore quod roſarium Pœſti,
Quod Atticarum prima mella cerarum.

Rem veram narro, mihique non tam eſt nota de facie fæmina, quam proximior cognatione, temperamento calido & humido prædita, ac ingenio excelſo.

Equidem, (vt id obiter dicam) non omninò abnuo quod Caſtrenſis Luſitanus ait aurum, reliquaque mineralia in microcoſmo gigni poſſe, proportione reſpondentia auro, & mineralibus macrocoſmi: ſic de crure Pythagoræ ex auro obryzo, deque (quod mireris amplius) de cæſarie Abſalonis, in qua verũ aurum agnoſcit, res ita illi ſe habuiſſe videtur: ſiquidem quandò tondebat capillos, ſemel autem iñ anno tondebatur, quia grauabat eum cæſaries, pondera-

bat

M. Alexād. corpus odorē ſpirabat ſuauiſſimum.

Itemque Salomon Rex.

Genuēſis mulieris tēperies odorifera.

An aurū & mineralia in corpore humano gignantur.

Qualis eſſet Abſalonis cæſaries? an ex auro fabre facta?

bat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico *lib. 2. Reg. c. 14. magnum ſanè pondus quadraginta drachmas attingens, ſi ſiclum duarum drachmarum nummum accipiamus. Iam ergò habebimus vncias quinquaginta; vt videas non potuiſſe magnum quãtumlibet gigantum capillitium hoc pondere librari.* Aurum itaque latere in Microcoſmo prędicta ſuadere videntur, *ait citatus Caſtrenſis lib. 3. de Meteor. Microcoſ. cap. 1.*

Mira in humano corpore enata.

Suppetias ego fero Caſtrenſi, cum Ariſtoteles narret lib. 3. de hiſt. animal. cap. 15. talia enata quibuſdam in veſica, quæ nihil differrent à cóchilijs; *ſic pler ſque naturaliter enati in corpore angues & lacertulæ, vt teſtatur Plutarchus* 8. *Sympoſ. q. 9. Delrio lib. 3. Mag. q. 4 ſect. 6. Raynaudus Ieſuita doctiſſimus diſt. 4. art. 3. n.* 298. *in Th. nat. quãquã aliter ſentiendũ cenſeã de his, quibus claui, acus, cultri, ligna, ſaxa, oſſa, capilli, panni, reliquaque id genus innaſcuntur, egeruntur que: etenim puto cum Grillando, hæc omnia ad præſtigias eſſe referenda, cui conſentit Cardanus l. 15. de variet. c.* 80. *licet non ſit abſonum putare Dæmonem, has quas dixi, materias veras, & naturales aliundè acceptas, eò deferre velociſſimè, ac inuiſibiliter, quæ eſt opinatio Vuieri lib. 4. de præſtigijs à cap. 2. ad 17. & cum eo Ananias lib. 4. de natur. Dæmon. cap. 25. & Boguetus de ſortileg. cap. 34. peræque ſentiunt.*

Verùm quid egiſſet rogo Caſtrenſis noſter ſi impegiſſet in eum locum, Cant. c. 5. vbi dicitur caput diuini ſpõſi eſſe aurum optimum? *ipſe certè non iam ex pondere, ſed ab ipſo auro, aurum collegiſſet; feciſſetque caput ſponſi ex auro obryzo; & comas capitis eius ex palmarum elatis.*

Equidem puto pondus capillitij Salomonis ab aureis ramentis proceſſiſſe, quibus capillos ſpargebat quotidiè, & cum eo lectiſſimi iuuenes equites ipſius, vt ad ſolarium radiorum contactum fulgur è capitibus eorum reflecteretur, *quemadmodum narrat Ioſephus l. 8. antiq. cap. 7. Hunc morem ſecuti poſtea Romani Imperatores Commodus, Lucius verus, & Gallienus, vt in vita ipſorum tradunt Lampridius, Spartianus, & Trebellius Pollio. Aliquid tamen reſpondens auro in Microcoſmo gigni poſſe non inficias iuerim, & multò minùs reliquis mineralibus, vt exin pateat peculiari temperamento faciliùs adſcribi poſſe humoris fragrantis, renidentiſque thimiama ac flores, (quod odorifero Alexandro tribuit Plutarcus ſupra) prouentum in humano corpore. Ponderabat ergò capillos capitis ſui ducentis ſiclis, quia & à magno capillitio auri ramentis onuſto trahebatur lanx ad inſolitum pondus. Sed odor iſte nimium quam fragrantiſſimus nares noſtras icit, ideoque cuiuſdam Regis Aracā morem non reticebo in ſeligenda ſibi ſponſa. Duodecim lectiſſimas eiuſdem ętatis puellas adlegit Rex Aracam, lotas goſsypino indui iubet panno, ac in ſumma ædium parte ſoli expoſitas, vt ſudor tandem proliciatur, ad meridiem vſque commorari præcipit; eamque ſibi in ſponſam adſciſcit Rex, cuius ſudore madida veſtis fragrantior præ reliquis fuerit, quæque induſium odoratius effecerit, in ſignum optimæ indolis, ac temperaturæ ſauioris ſuauioriſq;. Mos eſt iſte rationi nō diſſonus, quem refert Stephanus de Caſtro Luſitanus, in Piſana Academia Magiſter olim meus in Meaicina, ſuo de Meteor Microc. lib. 4. cap. 13. ad finem.*

Antiquitus capillos aureis ſpargebant ramentis.

Non repugnat in humano corpore odoratos humores gigni.

Cur adeò magnum capillitij Abſalomis, pondus erat?

Mos Regis Aracam, in ſeligenda ſponſa ab odoris fragrantia.

Si adhuc odor nos delectat, quid ni autem ab eius fra-

grantia

grantia trahatur calamus? Equidem, vt ait Salomon, vnguēto & varijs odoribus delectatur cor. *Prou.* 27. *non ſilebo quod narratum lego in Cronemburgio, de Ioanne Echtio Medicinæ doctore, qui ex roſa rubra olfactu continuò in ſternutationem prouocabatur; ſed habes, quod magis mireris de alio, dé quô* Amat. Luſitanus *Centur.* 2. *curat.* 36. *qui roſæ nec odorem, nec ex longinquo contuitum ferens ſyncope correptus, veluti mortuus humi iacebat.*

Mirum de duobus Roſā florem olfactu amœniſſimum auerſantibus.

O vtinam curramus omnes in odorem vnguentorum *Ieſu, cuius nomen oleum effuſum eſt, qui vnctus eſt* oleo lætitiæ prę conſortibus *ſuis, quoniam* Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis *eius*, à domibus eburneis *pſal.* 44. *Tunc enim profecto crimus* bonus odor Chriſti, *vt ait Apoſtolus.*

Hæc à Baldo habui, propinanda tibi: ſed filū telamq; redordior. Fortaſſe fons Siloe hydrophobiam curaſſet, licet metum aquę inijciat, verendis ſymptomatibus comitatum, ideòque de ea hic aliquid è calamo excidendum.

Hydrophobiæ cauſæ, & remedia.

Oritur hic affectus à deprauatis, & mala ſymmetria compaginatis humoribus melāchólicis, imaginatiuam afficientibus, cuius Medicina potentiſſima eſt, vt patiens ſudet; ex regurgitatione enim aquei humoris in cerebro per ſympathiam aquæ viſione, fit huius alteratio, & quia timetur ſubmerſio, auſugitur. Additur pro hoc morbo à Meyſs. *Pent. p.* 74. Comitiſſas Grollocenſes in Sebuſianis, curare hydrophobos appoſito, quodam ex ouis aſſato alimento, ſine ſale, quod ab alijs non fit; ſed adiungitur ab ijs oratio, & ieiunium, quod quidem

quidem eſt remedium naturale omnium morborum præſtantiſſimum in ſchola etiam Hipp. *lib. de Diæt.* decantatum præter ſpirituale auxilium quod ſecum defert.

Non eſt reticendum, quod Petraſancta Cl. refert in vindicijs in Andr. Riuet. *cap. 1. Andaini nimirum in Arduenna, ope S. Huberti (ad quem tanquam ad tutelarem hydrophobi accurrunt) fuiſſe perſanatum à rabie filium Caluini*, quod licet neget Riuetus, conuincitur tamen ex fama per annos non adeò multos ad noſtram ætatem tranſmiſsâ ex Bartholomei Honorij Poetæ illius temporis, carminibus quæ extant in Aede Sacra Diui Huberti, publicum ac certum rei monumentum. Cæterùm de hac optimè Fabr. Hild. obſer. *p. 1. p.* 105.

CAP. VII.

Sub Medico Ieſu, Diſcipuli eius exercentur.

CVM charitatis ſuæ viſcera, amoris dulcedine refertiſſima Chriſtus Deus, vt homo erat, pandere vbique non poſſet, quò ipſe proficiſci nolebat, eò aliquem ex ſuis diſcipulis ſaltim deſtinabat. Sic Abagaro Regi ſanitatem ab eo flagitanti reſpondit ex *Niceph. & Euſeb. ſub fin. lib. 1. cum aſſumptus fuero, mittam tibi aliquem*

Abagarus à Thaddeo perſanatus.

ex diſcipulis meis , qui curet ægritudinem tuam , & vitam tibi, & his , qui tecum ſunt præſtet, vt reuera poſtea Thaddæus (qui Iudas in Euangelio dicitur) & à Sancta Eccleſia ſub hoc nomine celebratur 28. *Octobris* Thomæ Apoſtoli iuſſu diuina commotione in actum reduxit.

Diſcipulis à Christo data fuit poteſtas curationum.

Poteſtatem enim verò ſuam, etiam infirmos diuinitus ſanandi in diſcipulos transfudit; & nobiliter reliquit his notis inſignitam, *ſigna eos qui crediderint hæc ſequentur, in nomine meo Dæmonia eiicient &c. & ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt Marc. c. vlt.*

Sed alibi expreſsè de plenitudine imperij, conuocatis duodecim Apoſtolis dedit illis virtutem , & poteſtatem ſuper omnes Dæmones , & vt languores curarent omnes : & paulò poſt ſubdit : *infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate Matth c.*10.1. O magnã Apoſt. poteſtatẽ.

Miſit etiam illos prædicare Regnum Dei , & ſanare infirmos ; imo & hanc eandem poteſtatem LXXII. tradidit, & ampliauit, cum ſubiungat, & Euangeliſta *Luc. c.* 10. *Poſt hæc autem deſignauit Dominus, & alios LXXII. & miſit illos &c.* cum poteſtate iam alijs diſcipulis communicata & cum onere, & honore digno languores curandi *Ib.* 9. 2.

Tanti verò fecit Chriſtus Ieſus iuſtum, & debitum hoc opus curandi, & viſitandi infirmos, vt inter ea, quibus factis vitam æternam, vel damnationem homines ſibi comparant, in extremo iudicio, (vt ex eo terribili imperterritos quoſque perhorreſcente Euangelio habemus)

bemus) de his ſit rationem poſtulaturus, *Matth.* 25. 31. cum enim iudicij formam repræſentauit, ſubdit his qui à dextris, tanquam oues eius erunt: *venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum Regnum à conſtitutione Mundi, &c. Infirmus eram, & viſitaſtis me v. 36. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris eius erunt* vt hædi ſeparati inter cętera, hæc; *diſcedite à me maledicti, &c. Infirmus eram, & non viſitaſtis me v. 43.*

Viſitatio infirmorū quāti fuerit à D.O.M. ſemper facta.

Hinc factum poſteà eſt iure optimo, quòd Paulus electionis vas, curationum officium inter Dei gratias repoſuerit, 1. *ad Cor.* 12. 9. cum inquit *v.* 4. *diuiſiones autem gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus, & diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus, vnicuique autem datur ſpiritus manifeſtatio ad vtilitatem; alijs quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alijs autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alijs gratia ſanitatū in vno ſpiritu &c. diuidens ſingulis prout vult.*

Video hic expreſſum à Paullo Thaumaſiâ inclytum Orientis Apoſtolum Fr. Xauerium, dū fluenta gratiarum, quas enumerat, in vno videò Xauerio, veluti ſydera micare in lucem, gentium. Sequitur Paulus ſuo penicillo, cum paulò inferius ſubdit *v.* 8. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro, & quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, 2. Prophetas, 3. Doctores, deinde virtutes, exindè gratias curationum;* quæ quidem verba reſpectu Medicinæ quam reſpiciunt, licèt ad ſpiritualem ſenſum ab inter.

Curationes, gratiæ Dei opt. Med. ſunt.

prætibus traducantur, tamen etiam ad naturalem poſſunt deduci, qua multi Sancti viri maximè inſigniti ſunt, qua quidem etiam natura inclinante, & Deo in ſpecie concurrente præclari ſunt, & hi ſunt, qui Medicinam ſicut ſecum habent natam, ita etiam familiariſſimam, & ſecū educatā agnoſcunt, & hi etiā ſunt ex eorum numero, qui natura manuducente ad artem hanc ſunt vocati, cuiuſmodi Medicos eſſe debere cenſet Hipp., cuius genus, & proles hanc habuit congeneam, & cum ipſis connatā, qui Thaumaturgi, vel mirifici in operationibus percenſebantur, quales fuerunt Coſmas, & Damianus, Sanctus Nicolaus Epiſcopus, & Spiridion, Cyrus & Ioannes, Titus & Gregorius Neocæſarienſis, & aliquot etiam fæminæ inſignes, vt Sancta Anaſtaſia Venenorum depultrix, &c.

Quinam ſint veri Medici.

Cęterum Diſcipuli pollicitationem ſibi à Domino factam, facto periculo ſæpè ac ſæpius cōprobarunt, *vngebant enim Oleo* (vt re ſacra, & maximè pro Medicina ſalutari) *multos ægros, & ſanabantur, Marc. 6. 17.* & vt ſummatim agamus infinitos ægrotos Chriſti virtute Medica ab ipſis participata, reſtituebant, vt ex actis Apoſt. conſtat. Ipſi enim verò etiam Diſcipuli antequam Antiochiæ Chriſtianorum nomen innonatum, & auditum fuiſſet Terapeuti (quaſi ſpeculatiuè Medicèque operantes) vt ait *Niceph. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 26.* cognominabantur, & ijdem Chriſtiani Eſſei apud Philonem, pro eodem dici videbantur.

CAP. VIII.

De Sacerdotibus Medicis.

TAnta fuit Medicinæ Chriſti exiſtimatio, vis, & potentia, vt hinc poſteà iure meritò factum videatur, vt Dei miniſtri, & Sacerdotes piè charitàtis officio artem medicam exercerent, vt teſtatur Eminentiſs. Baronius, *Ann. Eccl. tom. 6. ſub. an.* 494. quod vſque ad Domini Ieſu tempora conſuetũ eſſe debebat, & ab eo magnum ſumpſit exordium, cum ipſos, qui vt curarentur ei ſeſe offerebant, aliquandò ad Sacerdotes eos remittebat, & ſani fiebant; leproſo namque ſanato dixit *Math.* 8. 2. *vide, nemini dixeris, ſed vade oſtende te Sacerdoti*, quaſi diceret, ito ad ipſum, vt te in ſanitate præſeruet, quod quidem etiam clarè apparuit in illis decem leproſis dimiſſis, quibus ait *Luc.* 4. 17. *oſtendite vos Sacerdotibus*. Hoc autem cautum prius erat in veteri lege, præſertim in Exodo, *c.* 13. vbi præcipitur pro lepræ emundatione ad Sacerdotes acceſsio, quia eorum erat officium iudicare, an quis aptus eſſet, ideſt mundus, vt ei in Sanctuariũ ingredi liceret, an immundus, & ineptus, vt ab eo eſſet omninò arcendus, & conſequenter de lepra iudicium facere debebat, & ſic Medici munus obire.

Sacerdotes à Deo Medici conſtituti

Adde etiam, quòd hi iudicium dantes, typus erant Sacerdotum legis nouę, quibus poteſtas ligandi, & abſoluendi peccatores non ſolum à morbis ſpiritualibus, ſed etiam corporalibus ex SS. PP. authoritatibus *S. Hier. in cap. 16. Matth. S. Chryſt. lib. 3. de Sacerd.* eſt communicata.

Lepra quid ſit ex S. Cyrillo.

Lepra enim verò (vt Sanctis Patribus Medicinã innotuiſſe conſtet) fit teſte *S. Cyril. lib. 15. de ador. fol.* 309. ex eo, quod caro emoriatur, excauatur enim vlcus abſumpta cute, & in profundum ſemper ſerpens; quo fit vt pilus, qui in illis partibus exoritur, langueſcens exalbeſcat, & veluti ſtirps vna cum ſubiecta terra corrumpatur; cuius alia promptiſsima remedia, & arcána reuelata à natura magica communicata propalauimus in ſuperioribus, & magis etiam in Cimeliarchio Sacro.

Sacerdotes Medici ſunt tum ſpirituales, tum corporales.

Reuera igitur priſcis temporibus, Sacerdotes Medici dicebantur, *cap. om. cum infirm. de pænit. & remiſ. Tiraq. de nobil. c.* 31. *nu.* 295. quòd animam curantes, corpus quoque perſanarent. ex innumeris autem, qui vtrique officio operam dabant, aliquot eminentiores hic referre non pigeat ordine indigeſto, non ſeruata chronologia.

Euſebius Med. Sac.

Euſebius primo occurri Atanaſij Epiſcopi ſocius, & comes qui Medici pariter, & Sacerdotis Officio fungebatur *Rufin. lib. 10. c. 30.*

Ioſeph. Ep. Tyb.

Secundò Ioſephus etiam vrbis Tyberiadis Epiſcopus populo ſuo Medicinam faciebat; quare medicæ curationis pretextu Helleel Iudęorum

dęorum Patriarcham baptizauit teſte *Baron. ann. Eccl. tom. 3. f. 181.*

Tertiò Theodoretus ad Apellam Medicum ſcribens inquit ex Baron. *ibid. tom. 6. ſub an.* 444. *Cyri gubernacula, & adminiſtrationem adeptus omnes artes neceſſarias illi comparaui, & præter has Medicæ artis peritos, vt illam incolerent, & habitarent, hortatus ſum, & feci. Vnus horum eſt Reuerendiſsimus Præsbyter Petrus, qui rationabiliter, & artificioſè artem exercet, & illam multùm exornat.* Vide etiam quid Euſebius de Theodoro Epiſcopo dicat *lib. 7. cap. vlt.* *Theod. Epiſcop.* *Petrus Præsb.*

Quartò Paulus Secundus P. M. eò charitatis peruenit, vt ęgrotantes ipſe comitèr inuiſeret, adhibitiſque etiam medicamentis, curatet teſte *Plat. in Vitis Pontif.* *Paulus II. Pont. M.*

Sed prętcr hunc aliquot extitere SS. Pontifices qui arte, & profeſsione Medici erant, quã plurimum enituit Nicolaus ille V. omni laude dignisſimus, & de re medica optime meritus cuius digna encomia oſtendimus *in Iatrochym. præf.* *Nicolaus V. Medicorum Pater.*

Præterea Ioan. XXII. qui antequam eſſet Pont. Max. Petrus Hip. vocabatur, cuius etiã ingenij monumenta de arte medica hucuſque ſuper ſunt ſub inſcriptione Theſauri pauperũ, ęternitati conſecrata. *Io. XXII. Pont. M. Liber eius qua lis.*

Iunge his vt coronam, & coronidem Euſebium XXXII. Pont. Max., qui alijs optimis animi dotibus hanc etiam artem, tanquam cumulum perfectiſsimum neceſſarium quidem ad iungere non dubitauit. *S. Euſebius Pot. M.*

Hos autem imitati ſunt quamplurimi alij, & multa etiam purpuratorum Patrum, & Epiſcoporum digna Corona, inter quos S. Carolus, graſſante præſertim peſtifera lue, ſe mirum in modum inſignem remedia exhibendo demonſtrauit.

Non ſolum autem ſimplices Sacerdotes pij, & Theologi quamplurimi Medicinam exercuerunt; ſed de ea vt re maximè ſacra, & neceſſaria dilucidiſsimis commentarijs pertractarunt, & aureis litteris poſteritati conſignarunt; quam aliqui etiam ipſa manuum experientia, & admirandarum operationum actione comprobarũt; de quibus longiùs ac diffuſiùs, agunt libri inſcripti *Medicus Theſaurus*, *Muſæum Francofurtẽſe*, & *Chymicum Theatrum tom.* 5. alijque, qui Cathalogos ſcribunt Medicorum, quibus accenſet viros à ſanctimonia conſpicuos, qui Medinam illuſtrarunt ſcriptis, ſed multo magis virtutibus decorauerunt.

Camp. in omnibus ſcientijs verſatiſsimus.

Aurea eius Medicinalia

At nobis, pro pharo ſit doctiſsimus Campanella, qui ſuę Medicinę ſonoro, & harmonico concentu omnium ingenia, & mentes captiuas facit. Hic enim licèt Theologus Dominicanę familię, & omnium artium liberalium maximum incrementum, tamèn de Medicina ſcribere non dubitauit ad aliorum imitationẽ; nouis quidem principijs ſuo more, vt ſcientiarum Phœnix in ea iactis, & pro ea ad amuſsim cognoſcenda, & facienda neceſſarijs comprobatis, ipſaque manuductrice experientia in actum perductis.

Verùm ad huius medicinalia opera, clariſsimus, & ingenioſiſsimus criticorum apex Gaffarellus pulcherrimam pręfationem attexens, ex eius ſenſu aliqua hic referre non pigeat, tùm quia nihil huic tanto viro olei, & operę noſtrę addere poſsimus, quod ſuperuacaneum non ſit, tùm etiam quia viri, omnium diſciplinarũ emporij nomine condecorandi auctoritas tibi vim aliquam faciet, quę in eius admirandis operibus mirum in modum elucet.

Gaffarellus vir magnæ doctrinę, et cōmẽdationis.

Ne mireris igitur (inquit *ille*) *nec te terreat, quod abſtruſiora in Cãpanella Medicina præcepta pertractentur à Monacho ſcilicet Sacerdote Theologo, ideſt à profeſſione artis Medicinæ viro penitus alieno, alterius ſiquidem profeſſionis ab ea, de qua ſcripſit; nam ad hunc eundem ſcopum innumeros ferè antiquorum monumenta magiſtros enumerant collimaſſe, quos tamen licet nõ Medicos de Medicina tamen benemeritos eruditè ſcimus perſcripſiſſe.*

Medicina nõ eſt aliena à Sacerdote & Theolog.

Teſtis eſt Celſus ille perfloridus profeſſione Grammaticus. Teſtis & Dioſc. non Medicus ſed Miles, quorum tamen amborum extant exquiſitiſſimi de re Medica Commẽtarij. Teſtis & Aratus, qui cum nil minus quã Aſtronomiam profiteretur, opus tamen aureum Aſtronomicum æternitati conſecrauit. Teſtis denique Columel. Cato, Varroque qui mira planè ſedulitate immortale, atq; re vera nunquam intermorituros de Agricultura fœtus poſteris reliquerunt, licet Agricola illorum nemo vnquã extitiſſet.

Celſus Gram. Med. Diſcord. id. Miles Med.

Ne mireris igitur ſi Theol. de Medicina diſſeruerit, ſcripſeritque, cum nequidquam ita à propoſito alienum ſit Theol. cum Medicina coniungere; illa ſiquidẽ immortalem

Medicina Corpori Theol. Animo medetur.

Medicina & Theol. ſimul iūgi debent. lem animam, hæc mortale corpus curat, & contemplatur; vndè communis eſt etiam antiquorum opinio, Medicos tum fore perfectiſſimos cum Theol. ſuæ arti coniungerent, quod quidem à pluribus noſtris maximè temporibus factitatum eſſe conſpicitur.

Enim vero vt breuiter me expediam, nihil ſuſcipit Camp. faciundum, quod à maioribus iam ſuſceptum non fuerit, tutò namq; progredi licet, cum eadem in via, qua inſiſtimus, ſimilia virtutum exempla nobis quam maxima (ex quibus aliqua ſeligemus) occurrant.

Theol. Sacerd. Medici Robertus Eborac. *Sic Robertus Eboracēſis Anglus Dominicanus; & Theologus exactè, ſummaque cum cura abdita ſecretioris Medicinæ theoremata, ità eſt proſequutus, vt doctiſſimis quibuſque Medicis ſingularem mouerit admiratione.*

Raym. Lull. *Raymundum indigeto illum cognomento Lullium penitioris licet diuinioribus Theologiæ myſterijs intentus doctiorum tamen libris Arabum Medicorum, quorum linguam probè norat, operam interdum dabat, vt ex Balearicis Inſulis exortus, quæ quidem cum Arabis cōmercium habuerunt. Ipſe ille fuit qui futuris ſæculis Medicinæ ſcientiam à ſacris Theolog. principijs non adeò eſſe diſſitam manifeſtè ſignauit; quiq; de Medicina ſcripſit, tū ſpeculatiua, vt vocant, cum etiam operatiua; vndè Campeg. doctiſſimum illum appellat Medicū, ac etiam apud peritiſſimos quoſque Medicos, & Philoſophos ſummis laudibus præ doctrinæ veritate, & excellentia illius nomen effertur.*

Conſtantinus Monach. Bened. *Monachus item alter Conſtantinus ſcilicet ord. S. Benedicti natione Afer in ſolitudinibus, vt plurimum vitam degens, vbi tunc temporis ſcientiæ tanquam ab vrbibus exules recludebantur, multa adeò ad Medicinam*

ſpectantia

ſpectantia ſcripſit, vt qui eruditas Iſaaci Hæbrei Medici lucubrationes perlegerit, quale hic nomen inter Doctores Medicos mereatur facilè quiſque percipiet.

Huic AEgidium iùnge Monachum eiuſdem ord. diuerſa licèt natione, quippe qui Græcus erat, quique de pulſibus ſcripſit, & de vrinarum iudicijs.

Calliſtum adde, atque Neophytum ambo Monachos, quorum ſimiliter ille de pulſibus, & antidotis, oleis, emplaſtris, atque vnguentis; hic vero de ſimpliciũ ſeu herbarum collectione perſcripſit.

His demum Monachos iunge ſequentes, quos egregia poſteris Iatrica conſignaſſe volumina ſcimus, Theophanem ſcilicet introductoriam in Medicinam, Richardum Kunentium Carmelitam de virtutibus herbarum; Ioan. Ab Indagine Germanum Ord. Cartuſ. de peſtilẽtia, Gulielmum Holmum Anglum Franciſcanum de ſimplicibus medicinis; Ranutium Epiſcopum Aruſien. regimen contra peſtilentiam, & epidemiam. Maximum Planudem de vrinarum cognitione.

Cæteros tranſeo Monachos omnes Theolog. Med., vt Albert. Magnum Ratiſp. Epiſc. Albert. alium Beyr. nomine Carmel. Baſilium Valentinum Benedictum, Ioannicium, Ioan. Ganiuetum, vt alios quam plurimos quidem taceam, qui vtiliſsimis artem Medicinæ ſcriptis nobilitarunt.

Ac vero iuſtà hac tantum de cauſa Medicina ſacra eſt percenſenda, & nuncupanda, quia à Sacris hominibus fuit illuſtrata, & in actum practicum educta.

Cæterum poſterioribus ſeculis, quando, & Medicorum copia multa aderat, ob euitandā nonnulla pericula, quæ ex huius artis exercitio poſſent

AEgidius etiã. Calliſtus Neophyt. Monaci: Theophanes. Ricard. Carm. Io. ab Indagine. Gulielm. Holm. Ranut. Ep. Aruſ. Max. Planud. Alb. Mag. Alb. Beyr. Baſil. Val. Iannic. Io. Ganiuetus. Monacis & Cler. Medicina prohibita.

poſſent contingere id piè, ſanctèque fuit Monachis, & Clericis interdictum *Per tex. in C. ad aur. & ibi Gloſ. & DD. & Gloſ. etiam in C. ſi quis à Med. diſt. 50.*

Medicis cõceditur Sacerd. et Benef.

Poſſunt tamèn Medici, non ad ſimplicem modò Clericatum promoueri, ſed ad Sacerdotium, *tit. de coll. c. 1.* & ideò etiam Medicus eſt capax nominationis ad beneficia, *tit. de elect. verſ. tempus* tam ex conſuetudine, & ſanctione, & pragmatica curię Romanę, quam ex pactis inter curiam, & Regem, pro quibus tamèn Summi Pont. Max. decretum deſideratur.

Inciſio. & Adustio quia exercitia mecanica prohibentur.

Poſſunt tamen iam promoti ad ſimplicem Clericatũ, Medicas mauus adhibere & ipsã etiã exercere medicinam, quam etiam poſſunt maioribus ordinibus initiati adminiſtrare, *per. cap. ſent. ne Cler. nec Mon. & cap. vt apud. & cap. tua nos* præter inciſionẽ, & aduſtionẽ, his ex põtificijs diplamatibus interdictas, operationes vt latiùs patet apud Tiraq. *de nob. c. 3. n. 406.* in quo ꝑ maioris Medicinæ ſplendoris gratia videre eſt quã plurimos, qui Medicinam fecerunt; at verò ſi de Epiſcopis conſtat ex ſuperioribus dictis Medicinam feciſſe, quid ni etiam hanc ſimplicibus Sacerdotibus conceſſam eſſe dubitetur.

Irregularitas de qua dubitatur non adeò facilè incurritur.

Hinc concluditur, quod Medicinam ſimpliciter Clericis facere non eſt prohibitum, niſi ad euitãda artis notã, & dubio irregularitatis incurrendę, quę quidẽ non adeò facili negotio debitis cautionibus, & animaduerſionibus adhibitis inuritur, vt notat Bonacina plurimis quidem rationibus, & Sanctorum Canonum

Sanctio-

Sanctionibus adductis, & explicatis, *de cenſ. diſp. 7. queſt. 4. punct. 5.* qua quidem ratione eiſdem artibus incumbere iiſdem prohibetur.

Sed enim verò à Summo Pontifice pro hoc tollendo dubio petitur diſpenſatio, quæ paruis impenſis, & facili negotio habetur noſtris temporibus à Sacerdotibus Medicis; quorũ maxima copia præ peſtilenti debacchata contagione eſt introducta, & conceditur etiam cum retentione beneficiorum, citrà tamen inciſionem, & aduſtionem, tum quia hęc manuũ ſimplicem operationem depoſcunt; quo fit vt vilis ars per ſe ſit conſiderata, tùm etiam quia Medici Sacerdotis dignitas hæc non patitur, propter alia incommoda, & iniurias, & notas quæ ex harum operationum exercitio poſſent prouenire, attamen in aliquibus caſibus id etiã licet, neceſſitas enim leges tranſgreditur, neq; ijs adeo dirè conſtringitur, & coarctatur.

Diſpenſ. pro omnibus facilè habetur.

Non autem concluditur ex his, ipſius Chyrurgię iuxtà Medicas ſanctiones exercitium ipſis Sacerdotibus eſſe prohibitum regulis tamen artis adaptatum ex eodem Bonac. & alijs *loc. cit. n. 4.*

Chyrurgia Sacerdotib. quomodo concedatur.

Ex dictis elicitur, quam concordi, & ſonora harmonia Medicina cum Sacerd. & Theologia coniungatur, tùm quia ſic à negotijs, & curis, tricisque domeſticis expeditus poteſt Medicus quæ artis ſunt ſpeculari, tùm etiam, ſibi, & ægrotis (vt debet) omni diligentia, cura, & ſollicitudine vacare, à vitijs tamèn auaritia præſertim facilè incurrendis ſummoperè præcauendo.

Medic. cũ Sacerdotio, & Tholog. nexus harmonicus.

In

In hoc autem cenſu notandus eſt vſus Medicorum Sacerdotum apud Summos Pontif. antiquus, cuiuſmodi fuit Magiſter Simon Genuenſis, qui clauem ſanationis conſcripit, & poſteà Card. Subdiaconus fuit electus.

Ex eius M. S. in Bibl. Parm. S. Ieſu.

CAP. IX.

De Sanctis Medicis.

Sancti in Medic. inſignes.

NON ſolum autem ob ipſius Medicinæ dignitatem, excellentiam, & ob rei ſacræ exiſtimationem habuit hæc Sacerdotes, qui ipſam excoluerunt, ſed etiam viros pietate, & ſanctitate adeò inſignes, vt in Diuorum numerum, & album fuerint à Sacroſancta Eccleſia iure merito relati; vt referunt SS. PP. *Euſeb. hiſt. Eccl. lib. 5. c. 2. Epiph. in vit. Euang. S. Hier. de Script. Eccl. & in Ep. ad Paul.* & vt ab ipſius anni exordio non à Sanctorum digna enumeratione initium deſumamus.

Cyrius, & Io. Mart.

Primo quidem Cyrius & Ioan. Martyres, quorum feſtum celebratur die 31. Ian. Medici Excellentiſſimi fuere vt notat Baron. *In ann. Eccl. an 275. & in Mart. Kal. Græc.* qui paſſi ſunt Alexandriæ; & eorum corpora ſunt Romæ in Sancta Praxede, qui quidem Medicinam gratis faciebant.

Alex. Phryx. M.

2. Alexander Phryx vitę, & morum probitate

tate inſignis, qui ſub Antonino vero Martyrij coronam eſt adeptus, cuius feſtum recolitur 24. April. Medicus extitit teſte Eminentiſsimo litteris, & purpura *Bar. an. 163. Euſeb. lib. 5. c. 13. Bar. in Martyr. f. 231.*

3. Iſidorus, de quo dubitatur an fuerit is qui in inſula Chio Martyriū paſſus eſt, & 15. Maij eius feſtum celebratur, Medicus celebris fuit ex *Bed. Vſuard. Aado. Turon. de Glor. Mart. c. 102.* *Iſidorus Mart.*

4. Pantaleon Nicomedienſis qui ſub Maximino Imperatore Martyrij diademate fuit redimitus, & eius dies feſtus habetur XXVII. Iunij nobilis fuit Medicus *Bar. an. 311. & in ann. tom. 3. fol. 41. lit. D.* licèt in Breuiario XXVII. Iulij eius feſtum fiat, & ſub Diocletiano paſsū fuiſſe afferatur. *Pātaleō Mart.*

Adde Sanctum Sampſonem, de quo Euſeb. *In Cron.* à quo curatus fuit Iuſtinianus Imperator, in cuius gratiam multa pia, & vtilia ędificauit, & balneas in Xenone de quibus Procopius, *lib. 1. de Iuſtin. ædificiys* in quo eiuſdem iuſtum extat encomium, de quo etiam alij Sanctę Eccleſię faſtis incumbentes *Metaph. 27. Iun. Sur. tom. 3.* *Sampſon celebris Med.*

Iunge his Vrſicinum etiam Medicum, cui Sanctus Vitalis Sanctorum Coſmę, & Damiani Pater, vt ipſum ad Martyrium confirmaret, dixit ex *S. Ambr. in vita S. Vital. ſub. 28. Apr. O frater Vrſicine Medice alios curare conſueuiſti, te ipſum nunc in ſanitate conſerua,* Agitur dies Sancto Vitali ſolemnis 28. April. & Kalend. Gen. Vrſicini feſtum colit vt Martyris Gen. Sanctitate & vir- *Vrſicin. Med.*

tutum

ertum gloria celebris 19. Iun.

Antioc. Mar. 5. Antiochus etiam Medicus profeſſione fuit, & Martyrio decoratus XV. Iul. ex *Lipom. tom. 7. Bar. in mart. f. 239.*

Diomed. Mar. 6. Diomedes, qui celebris in Eccleſia eſt XVI. Aug. dies eius ſacer recurrit, & Medicus itidem, & Martyr extitit vt aſſerit *Bar. an. 311. id. tom. 3. f. 41. & in Martyr.*

Euſeb. Pōt. M. 7. Euſeb. Pont. Max. XXXII. qui ſub Maſſentio Martyrium paſſus eſt, & eius digna memoria agitur XXVI. Sept. Patrem habuit Medicum, & ipſe quoq; Medicus fuit, vt teſtatur idem *Bar. an. 309.*

Coſmas, Damian. Medici Celeberr. Adde huic Coſmam, & Damianum fratres, & Martyres ſub Dioclet. & Maſsimiano, qui quidem Medici celeberrimi fuerunt, & à Grecis ſcriptoribus *Anargiri* paſsim ſunt nuncupati, eo quod ſine mercede ęgrotos curarent, quorum feſtum XXVII. Sept. celebratum habetur ex *Barr. an. 285. Id. ann. Eccl. tom. 2 f. 479.*

Medic. ab his facta, & impertita. Horum autem in Sacroſancti Miſſę Sacrificij Canone digna fit mentio, quia hoc ad ſanitatē etiam corporibus impertiendam, quibus ipſi ſpecialiter pręſunt à Domino Deo eſt inſtitutum; qua de cauſa etiā fer. V. Dom. III. Quadr. quando in Euang. fit mentio de Sacro D. Petri à febribus liberata fit eorum in Miſſę prima oratione digna commemoratio, & eorum intercedente auxilio ſanitatis deprecatur imploratio.

Ab his etiam inuentum eſt medicamen Opopyra nuncupatum, quaſi ſuccus ignitus, quod ab

ab Arnaldo deſcribitur *in Antid. fol.* 454. quod & miris quidem virtutibus, & energijs imbutum prædicatur. Videāt hinc quam malis innixi fundamentis Medici aliqui noſtræ tempeſtatis Chymica medicamenta refugiant quia nimis calida non animaduertentes actionem caloris in contrariū,& in ſimile,ex quib⁹ diuerſi effectus conſurgunt. Adde tu & Doſis imminutionē, &c.

Iunge etiam his vnguentum eorum nomine à vulgo vocatum, quod pretioſiſſimum, pro vulnerib⁹ à Beſardo deſcribitur *in antro Philoſoph. p.* 130. quibus etiam tribuitur ceratum dictum gratia Dei.

8. S.Lucas Euangeliſta Medicus Antiochen. ex *Bar.an.* 60 *& in Martyr. f.* 579. vt etiam eius ſcripta indicāt, & quidē nobiliſſimus fuit exiſtimatus, & ab omnibus fuit iure quidē merito hoc nomine condecoratus, vt ex D.Hieronym. *De Script.Eccl.* & D. Paulo pluribus in locis *Coloſ.* 4. 14. 2. *Tim.* 4. 11. conſtat, cuius feſtum anniuerſaria die recolitur à S. Eccl. XVIII. Oct. *Lucas Euang. Med.*

Nonò Theodotus Leodicen Epiſcopus, qui omnibus planè mortalibus fide, miſericordia, ſtudio, vigilantia, omnibus denique inſtitutionibus optimis præſtitit, & arte Medicus fuit teſte *Euſeb. hiſt. Eccl. lib.* 7. *c.* 31. *Theod. Epiſc. Med.*

10. Iacobus Damaſcenus fuit Medicus etiā, omninò celeberrimus, qui Medicinam ipſam ſummo ſtudio adeò ſanctè recoluit, fæliciterq; exercuit, & pertractauit; vt inter ſanctos connumeretur, & ob hæc à Suida *Sotira* appellετur, vt clariſſimo, & omnium ſcientiarum *Iacobus Damaſc. Med.*

Muſæo Naudeo placet *in præf. Quæſt. Iatrophil. 4. An liceat Med. fallere AEgrot.*

Leontius & Carpoph. 11. Leontius, & Carpophorus Vicentini Medici quidem, & artem Medicam exercentes extiterunt, vt adnotatum eſt à Pacio *in præf. in Meth. Gal.*

Sed verò ex his in liquido eſt, quòd omnes ferè Sancti, Medici dici poſſunt; cum curationũ gratiam ſingularem à D. O. M. habuerint; cui quidem rei optimè faciet Ioannes Molanus, *in Diar. Med.* qui ſingulis menſibus aſſignat Sanctos Medicos, qui non tam medicamentis quã Dei ope, & auxilio infirmis medellã præſtiterũt.

Abi igitur in latrinam, has ſordes reuolue in ore qui Medicinam ſtercorariam, & Medicos ſordidos appellas. Apage vt id obiter dicam, eorumq; ſententia ſtramineis rationibus innixa abeat in auras, qui Medicinam mechanicam artem appellant; cum ſcientia ſit, cui ipſa phyſica ſubalternatur ipſaque etiam habeat certa principia quibus innititur; habeatque ſectarios tam inſignes, tam nobilitate conſpicuos, tam denique omnibus numeris recolendos.

CAP. X.

CAP. X.

De Medicinæ vſu, & cõmendatione per Sanctos viros.

EA tanta fuit Medicinæ dignitas, & præſtantia, vt non defuerint Sancti viri, qui tametſi Medicinam ex profeſſo non fecerint, ea tamen vel ipſi etiam vſi ſunt, vel alios, vt vterentur ſunt adhortati.

Medicinæ existim. à SS. viris

D. Ioan. in primis (cuius ea peculiaris laus eſt, quod ſupra Domini pectus eius teſtimonio recubuerit *cap.* 25. 20.) vt ſuam nimirum ſanitatem tutaretur, balneis vſus eſt; vt teſtatur *Pelicaro. eius diſcip.* Enim vero etiã ſanguis Chriſti, qui ex eius lateris plaga effluxit ſalutare fuit noſtræ redemptionis, & reuiuificationis lauacrum, & balneum, ex quampluribus D. D. *D. Greg. hom.* 4. *Tert. de cor. Iſid. Etymolog. c.* 9. quod D. Io. præuidens affectauit iuxta Pellicani naturæ inſtitutum, nam à Chriſti ſanguine pectore dilaniato ſaturandus, vt eius pullus reuiuiſcere peroptauit, quæ ſanguinis eſt digna prærogatiua, vt quam plurimi adnotant, dum de eius Chymica conſtitutione digna verba faciunt pręſertim vero *Burgrau. in Biolych.*

D. Io. Ap. Balneis eſt vſus.

Pectus, et ſanguis Chriſti eſt Vitæ fons, & Balneũ.

D. Paulus etiam Apoſtolus ad Timoteum ſcribit 1. *c.* 5. 23. *Noli adhuc aquam bibere, ſed mo-*

D. Paul. Med.

dico vino vtere propter ſtomachum, & frequentes tuarum infirmitates ſed appendiculam addamus.

COROLLAR. VII.

De Aquæ, & vini conſtitutione, & vſu.

ENim vero Aqua baſis eſt vini cæterorũque liquorum;cum enim per deſtillationem bis expreſſeris, ex vino, & alijs vegetabilibus liquorem, quę Aquam ardentem, aut vitę nuncupant, ſubſidet Aqua pura abſque vini odore vel ſapore.

Aqua quæ, & quomodo nutriat. Porrò Aqua nutrit,vel fouet tantùm ſolos ſpiritus, & roſcidos humores, & ſanguinis ſerum, cuius ratio eſt quod Aqua pura in alembico deſtillata nihil ſolidi poſt ſe relinquit, Vinum verò *Vinũ etiã* etiam ſanguinis craſſam partem, carnem, oſſa; neruos, idcirco Acratocochones modico cibo contenti ſunt, abſtemij verò multò indigent; congruenter igitur Aqua adaptatur ijs, qui opiparè viuunt, & aromaticis, & ſolidis enutriuntur, & in regionibus calidis degunt; ijs *Aqua, et Vinum quibus cõueniat.* vero qui ventrem habent raræ compoſitionis Vinum eſt ſalutare, & quibus denſę ſtructurę cõpago exiſtit Aqua ſalubrior eſt, cuiuſmodi sũt gallinæ, & Aues quę etiam lapillos,& metalla fundunt ob caloris innatam maximam vim.

Cæterùm

Cęterum Vinum tanquam Medicina pro infirmis inuentum eſt, quare primus eius inuentor Nöe vitium plantator inebriatus eſt *Gen.* 9. 11. *nam hauſtum vberius, neque ipſi peperit au-ctori*, ait Turſel. *Hiſt. lib.* 1. *p.* 3. *Vini dã-na.*

Demum verò quod erat in vſu pro Medicina cuiuſmodi agricolis eſt;ex appetentia ipſius bonitatis,naturę deniq; ingraueſcēte debilitate factus eſt communis omnium potus, confortat enim ſtomachum, ſpiritum, & ſanguinem auget, & viuificat, ſubitoq; collapſas vires reficit, & hilaritatem conciliat teſte Platone *In Tim. p.* 486. 2. *m. Dial.* 1. *de leg.* 509 1. *p.* à Salomone pluribus in locis edocto *Prou.* 20. 1. *Eccl.* 9. 7. 10. 19 *Eccli.* 31 35 32 8. 40. 20. 49 2. igitur congruēti ratione D. Paul. iuſtum conſiliū Timotheo adhibuit. *Vtilita-tes.*

Quo autem modo, & menſura potari debeat vinum, & quibus ætatib', & in quouis ſtatu cōſtitutis cōueniat, iā omnibus prçter Medicorū ſcholæ conſilia, & canones eſt decantatum, cuius documenti dat eximia præcepta Celſus *lib.* 1. *ſent.* 34. *&c.* at verò ſi vinum cum lacte miſcebis,etiam pueritiam conciliabis quod innuere videtur ſapientiſſimus *Cant.* 5. 1. Ceterum de vino illud ſeruetur, quod ait non nemo.

Lymphatum creſcit, dulceſcit, lędere neſcit.

Aſt quia vinum lætificat cor hominis, & Dei, non præteribo quid Salomon *cap.* 2. *v.* 2. *Eccl.* ſignificare voluerit, ſtrictim explicare. Sed verba Salomonis adduco: *Cogitaui in corde meo, abſtra-* *Loci Salom. explicatio.*

abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam, donec viderem quid eſſet vtile filijs hominum: quo facto opus eſt ſub Sole numero dierum vitæ ſuę. Hęc Salomon ſapientiſſimus. Vberrimè hic locus dedit materiam interpretationum Commentatoribus, cum ſatis anceps ſit, quas inter neotericos neruosè ac ſolide examinat Pineda Magnus Soc. Ieſu ſacrarum litterarum elucidator, à quo non pauca accipio.

1. Sunt qui exponant Eccleſiaſtem, hac ſententiam deliberaſſe voluptates mixtim cum ſapientia coniungere quoad fieri poſſet, vt & curaret corpus, & vna excoleret animum. Id explicat R. Abraham apud Pagninum, cuius eſt hæc ſententia; *Cum vidi, quod ſapientia ſola generat dolorem, & quod riſus ſolus non prodeſt, ſcrutatus ſum viam, vt concordarem vtrumque, & traxi carnem meam in vinum & intellectum meum in ſapientiam*. Vtrique igitur cogitationi indulgens, in *duas partes claudicare* decernit, & *duobus ſeruire dominis* non dedignatur. Verũ quę conuentio Chriſti ad Belial?

2. Pergo ad Merceri cogitatum, vt vino dicat ſe Salomon indulgere velle, ac poculis, vt *vino pertraheret carnem ſuam*, ideſt vt ſolueret, laxaret ſolutiorem, delicatiorem, & molliorē redderet, diſtenderet largioribus compotationibus: nam molliores, & delicatiores carnes ſtudio ſapientię opportuniores ſunt, ſuntque ingenioſiores prętérquamquod vinum, propter ſpiritus tenues, ſubtiles, calidos ſenſus, & potentias

tentias internas excitat, acuitq; ſpirituumque vberrimam procreat copiam. Hęc Auctoris non boni obſeruatio, neque bona, ne non nimium dura eſt (inquit Pineda doctrina plenus) potius nimium mollis, vereor etiam ne ſit vinoſior, & hominum tantum vino calentium, non ſpiritu Dei: non aliter quam Poëtarum, quibus niſi madida, nulla diuturna; quippè vt vt ait Martialis.

Nulla placere diù, nec viuere carmina poſſunt,
Quę ſcribuntur Aquæ potoribus.

3. Placet quod Pineda non improbat, vt ſignificare velit Salomon an poſt delibatum vinum, & voluptatem, *traheret tanquam vinum carnem ſuam*; ideſt, an ſicut vinum attrahit corpus guſtu & dulcedine, ità & mens poſſet corpus recta ratione permanere, & à voluptate ad honeſtatem pertrahere, quaſi introrſus; & ad interiora adductam, ſicut cum bibitur; in hanc exponendi rationē trahit Nyſſen. *Hom.* 2. Neocęſarienſ. & Olympiodorus. Ergò vt Fonteius,

conuiuia viſum
Longa ſequi, & multo mea molliter oſſa Lięo
Curare

Vt animum meum transferrem ad ſapientiam.

Videtur nunc dicere Salomon, quod ſponſa ad ſponſum, ideſt humanus animus, qui perſonam gerit ſponſę ad ſapientiam diuinam: quę ipſa eſt ſponſus, *Meliora ſunt vbera tua vino Cant.* 1. ideſt cum *Meretrix* Babylon (quę ipſa eſt carnis concupiſcentia) habeat *poculum aureū*, cuius vino furunt ebrij (quippè illius voluptates fe-

rinę ſunt, & ideò ſuper *beſtiam ſedet*) at ſapiètię voluptates mūdiſsimę *ſugūtur ab vberibus*; quippè lactęę, ſuauiſsimę, ſedatę, tranquillę, arcanę, ſine ſtrepitu, ſine tumultu. Hęc eſt genuina huius loci interpretatio, à Pineda eruta, & à me maximè probata.

Vinum ceteroqui eſt illud, *quod lætificat Deum & homines*, vt habetur Iudicum 9.13. Hoc autem intelligitur ſi moderatè ſumptum animū exhilaret, ſpiritus ſanguinemque augeat, & vim roburque indat, alioqui ab exceſſu non tam febrim, quam frigidos morbos aptum eſt procreare, veluti apoplexias, tremores, capitis imbecillitates, aliaque id genus.

Etenim vno namque modo Vina, Venuſq; nocent.

claudam igitur cum Paullo Apoſtolo *Epheſ.* 5. 18. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria; ſed implemini Spiritu Sancto, loquentes vobis metipſis in Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus, canentes & pſalentes in cordibus veſtris, Domino gratias agentes ſemper pro omnibus. ſubiecti inuicem in timore Chriſti, &c.* Vinum eſt iſtud germinans virgines, quod à diuinis vberibus ſugitur, quę ſunt omnino meliora vino; vitis hęc ſemper vuas, numquam labruſcas parit.

ART. I.

A R T. I.

Medicamenta à Sanctis, vel denominata, vel facta panduntur.

SED verò & idem S. Paul potionem inſtituit quę ab eo Sancti Pauli in antidotarijs Medicis nuncupatur, eſtque vniuerſalis pro morbis frigidis ex *Nicol. Nic. & Arnald. fol.* 467. *Potio S. Pauli.*

Datur etiam in Inſula Melita terræ quoddã genus, quod vulgò paſſim aduerſus Serpentũ venenum, & viperarum morſus, ſub nomine gratiæ Sancti Pauli diſtribuitur; de qua, cum de terris foſſilibus egimus, pleniùs diſſeruimus *In Iatrochy.* Emplaſtrum etiam deſcribitur apud Gilbertũ *lib.* 7. *de morb.* ad pectoris vulnera, & alios morbos ſub nomine SS. Petri, & Pauli. *Gratia eiusdē.* *Empl. SS. Petri et Pauli.*

Videamus nunc in horum gratiam ea, quæ re ipſa, vel denominationem quoquo modo ſanctam ſortiuntur, & quæ ab eodem Arnal. deſcribũtur, ex quibus diſces ideò nomina ſacra Medicinis eſſet data, & conceſſa, quia rem ſacrã inſigniunt, & condecorant.

Primoque ab eodem ſal Sacerdotale vocatur, & deſcribitur *cap.* 19. *fol.* 454. quo Sacerdotes in diebus Hęliæ ad dolorem capitis, oculorum caliginem, & cæteros illius morbos vtebantur. *Sal Sacerd.*

Atha-

Digitized by Google

Athanaſia dicitur compoſitio ab immortalitate, quam ferè videtur inducere, deſumpta ſignificatione ipſi Deo tantum conueniente *fol.* 405. *Vuech. p.* 604.

Athanaſ.

Eſdra, diciturcompoſitio denominata à Propheta huius nominis, qui eam compaginauit, *fol.* 447. cuius etiam antidotum exhibet idem Vuech. in ſuo antid. *p.* 612. Panchriſtum, quia reſpicit Chriſma tanquam rem ſacram hoc cōpoſitum antiqui vocant *fol.* 454. Theodoricon etiam exiſtit videlicet à Deo datum Anacardinum dictum.

Eſdra. *Panchriſtum.* *Theodoricon.*

Emplaſtrum Apoſtolicū nomine ab Apoſtolis deſumpto, quin principale cenſetur, facta quali quali comparatione reſpectu Medicinæ ſpiritualis ab ijs exhibitæ, & factę, & corporalis hoc faciundæ.

Empl. vel Cer. Apoſt.

Plura his ſimilia in Meſue & alijs, Nicolao præſertim videre poteris; ſed ne actum agamus ab eorum enumeratione ſuperſedemus, & aliqua ex Vuech. tantùm delibamus.

Angelica in primis ſic propter eius virtutem vocatur, qua etiam de cauſa alia ſimplicia SS. nominibus inſigniuntur.

Balſamum Chriſti pro cunctis alijs ſit diſcriptum *p.* 517 pro vulneribus quidem excellentiſsimum, ab ipſo Chriſto voce Euang. enunciatum, & vſurpatum *Luc.* 10. 34.

Balſamū Chriſti.

Deniq; ceratū gratia Dei dictum deſcribit *p.* 723. quod Pandectarius inquit appellari Ceratum SS. Coſmæ, & Damiani, quorum alia in ſuperioribus vidimus.

Cer. gratia Dei.

ART. II.

ART. II.

SS. Patres de Medicina benemeriti enumerantur.

PRimò ſeſe nobis offert D. Baſilius ex *Greg. Naz. in ipſ. Mon.* (ſine ordine enim, ſeu cum ordine in Medicinæ ordinem congeſta adaptata laude monumenta propalamus) Hic cognomento, & re ipſa Magnus, Medicinæ adeò peritus extitit, vt teſtatum reliquerit, *neque prorſus artem medicam eſſe fugiendam, nec omnem in ea ſpem collocandam; verùm vt agriculturâ quidem exercemus, petimus autem fructus à Deo, & gubernatori quidem nauis temonem committimus, Deumque obſecramus, vt è pelago ſeruemur, ſic etiam introducentes Medicum, in Deum ſperare ne deſinamus, cuius dictante prompta manu ipſum imitante debet operari, alioquin plurimum à ſcopo aberrat, & in deuia, & ſyrtes impellit, quæ eius nauis ſtructuram demoliuntur, & demergunt.* 1. *S. Baſil. Medic. Præco.*

Adde etiam, quòd non in vno loco in Medicinæ laudem mirè digreditur; nam vt vidimus *in præf. Iatrochym.* cum hoc ſublunari Mundo Medicinam concreatam eſſe exiſtimat *in arg. fortiſ. in S.S. Enim verò quæris* (ait) *numquid ex veræ pietatis propoſito ſit, Medicina vti?* reſpondit *In reg. fuſ.*

Sicut

Sicut agricultura ad ſubleuandas victus neceſſitates, & texendi ars ad indumenta homini neceſſaria, & ædificatio ad alia humani victus præſidia, fuit à Deo indulta, ſic Medicina ad corpus noſtrum varijs noxis expoſitum curandum, atque ad operationes corroborandas fuit à Deo moderatore conceſſa.

Idem etiam ad Euſtratium Medicum ſcribẽs *Ep.* 80. inquit, *quiſquis artis iſtius veſtræ cognitionem prætulit cæteris ſtudijs, quæ ad præſentem tuendam vitam faciunt, is mihi videtur ſolertis iudicij decorem aſſecutus; ſiquidem quæ omnium pretioſiſſima eſt vita cum dolore eſſet tranſigenda, niſi illam cum ſanitate coniunctam habere liceret; ſanitatem verò ars veſtra ſuppeditat.*

2. D. *Ioan. Chryſ. Medic. Encomiaſtes*

2. D. Ioan. Chryſoſt. hæc ait *In hom. de Ion. attende Medicorum diſciplinas, qui victus paucitatem ſalutis matrem nominant; nam pedum dolores, capitis vertigines, mortes ſubitaneæ, &c. quibus febres, & corporis languores comparantur, ex luxurijs, & voluptatibus animæ generari, & tanquam quidem de fonte malorum riuos ad corporum læſionem, & ad animorum perturbationem commeare teſtantur.*

Morbi ex Anima qui.

3. *D. Greg. Naz. inſtrumẽtorũ Med. Laud.*

3. D. Gregor. Naz. varijs argumentis oſtendit *in Apol. p.* 53. ignem interdum, & ferrum, & aſperiora remedia ſuſtineri, vt corpus integrum incolumeque reddatur; quod etiam argumentum apud Damaſ. *In paral. l.* 2. legere eſt.

4. *D. Amb. Medic.*

4. D. Ambr. vnus ex quattuor pręcipuis Eccl. DD Syrupum excogitauit, atque deſcripſit aduerſus febres peſtilentes præſertim, vtpotè ſudoris prouocatiuum, ſitiſque ſedatiuum

Ex

Digitized by Google

Ex Gnain. *l.* 1. *de ter. tract.* 2. *diff.* 2. *c.* 11. Manl. *in Med. Lum. maiori Vuecch. in Antid. ſpec. l.* 2. *p.* 186. cuius hęc eſt deſcriptio *R. parum Millij decorticati, decoquatur in Aqua donec crepetur, & calidæ decoctioni ad vnc. iiij. adde Vini vnc. ij. capiat calidum, cooperiatur leuiter, & cum aliquantisper ſudauerit, abſterge, & iterum magis ſudabit*, cui ſimile eſt quod refert Meyſs. *tract. de feb. p.* 80. Illo autem multos curauit Sanctus ipſe; ſuique Mediolanen. in depopulante peſte felici exitu vſi ſunt; quam etiam ſpartam dignè exercuit D. Carolus, eius digniſsimus, multos poſt annos ſucceſſor Purpuratorum PP. Maximum Iubar.

operator, & Panegyriſta. Syrupi pro febr. peſtil. Inuentor.

At verò adeò fuit Medicinę amantiſs., vt quoties de ea ſermonem illi facere contingit, Chriſtum Medicum repræſentet, vt in ſuperioribus vidimus, cui etiam ſententię alij SS. PP. adhęſerunt, dignis laudibus illam, vt à Chriſto cōmendatam, & factam oſtendentes.

Adde etiam, quod pedum dolores, capitis grauedinem, vomitum, apoſtema, Hydropē, phlegmata, milleque aliorum morborum torrentes à nimio ciborum luxu vinique potatione tanquam à fontè quodam enaſci teſtatur.

Sicque à peſsimo fonte prauos riuulos, bonam corporis habitudinem, & ſanæ animę intellectum non tam lędentes, quam depopulantes refluere intelligitur.

Dietæ laudes.

Eodem autem pacto de ſebri amoris, & caloris corporei, qua primò animus, & qua ſecūdò corpus inflammatur, verba facit *lib.* 4. *in. S. Luc. c.* 4. ex quibus noſtra doctrina conſtat com-

comprobata de febribus ſpiritualibus, & hu-
Morbi ſpirituales. moralibus, quod etiam eſt de alijs morbis pe-
ręque ſentiendum.

5. D. Hieronymus ſcriptum reliquit, ſe me-
5. *D.Hier. Medic. ſectarius.* dicorum conſilium ſecutum, Paulam recen-
ter à febre curatam monuiſſe, vt vinum bibe-
ret, ne in hydropē abiret *in Ep. Paulæ ad Euſtch.*

DIGRESSIO IV.

De Vini, & Aquæ vſu in Medicina, & eiuſdem vi in Mundi primordijs.

QVando quidem hic de vino facta eſt mentio, curandum eſt ne vapore ſpiritum, & calore, & copia ſtomachi capacitatem ſuperet ſed ſuperetur; ſic enim ſemper optimũ, & commodũ putatur, primo enim modo cauſatur ebrietas, quare ſi vomitus non ſubſequatur mors ſuccedet, tumque forte fortuna vinũ Medicinę vim occupat: quo pacto per accidens etiã in febre curationẽ ſortitum fuiſſe ex Amato Luſitano Meyſs. *tract. de feb. p.* 20. refert.

Vini potus Canones.

At verò vinum generoſum aqua temperetur, nec interdiù aſſumatur, niſi aqua permiſtum, imbecillum purum hauriatur, virium autem, ętatis, & temporis ratio habeatur.

Porrò vini bonitatem declarant odor, color, & ſapor,

& ſapor, qui quidem grati oculo, naribus, & palato, ingrati verò illius vitium aperiunt.

Huius effectus ſunt partes frigidas calefacere; humidas exſiccare, abſtergere, ſiccaſque emollire, calidas etiam aliquo modo frigefacere, vel educendo calorem nimium apertis poris, vel addito fluore, robur diluendo non ipſius copiam.

De Aqua autem in febri exhibenda ſeruanda eſt loci conſuetudo, & habenda eſt etiam ratio temporis, & ęgroti, & aliarum circunſtantiarum, expertum eſt enim id in vna Regione prodeſſe, & in alia plurimum nocere cuius negotij Canones dat Meyſs. *ibid.* quod etiam in phlebotomia adminiſtranda cautum eſſe debet. *Aquæ Po-tio in febr. norma.*

Videamus autem vtrorumque vim, pro quorum dilucidatione explicandum eſt in primis illud *Gen. c. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas:* Omnia hic clare conſtat omnia ex aqua facta fuiſſe vt pluribus in particulari dilucidauimus *In Iatro. chym. & Com. in Plat.* enim verò per aquam intelligit totam Machinam mundialem ſacer Vates, quæ ſpiritui diuino obediens in quamlibet formam erat parata conuerti, & non ſolũ videntur ex aqua rerum principia peti, verum & earundem conſeruationem, & incrementũ, ſic enim habetur *Gen. c. 2. & erat fons aſcendens irrigans omnem faciem Terræ*, quaſi quod aqua omnia fęcundarentur, quid ergo mirum ſi Thales hęc addiſcens (vt credit Clemens) opinatus fuerit omnia ex aqua fieri, quod Platonicus etiã Poeta decantabat *3. Georg.* *Omnia ex Aqua orta eſſe.*

Oceanum

Oceanum rerum Patrem Nymphaſque ſorores &c.

Rurſus ex communiori placito antiquorum Mundus cum eſſet animal, conſequenter humido ad refocil'andum radicale ſui principium, quo in eſſe conſeruatur indigebat, ne igne ſpirituum exhauſtorum ſiccitate nimia præinducta conſumeretur.

Aquæ actio.

De actione autem principiorum Ignis, & aquæ vide quę diſcutit validiſsimè Ant. Ponce Santa Cruz *de Hipp. Ph. t. 3. & in 1. Auic. de feb.* contra Valleſium, & præſertim, quomodo aqua poſsit venire in cenſum principij nutritiui, quę placet omittere cum Auctor nec face, neque luce indigeat, quę tamen exceptione facta pro animali vera eſſe cenſentur.

Sub nomine autem vini poteſt etiam Ignis intelligi: nam teſte Platonico Vate *AEneid. l. VI.*

Igneus eſt olli vigor & cæleſtis origo.

Vini actio.

Enim verò à Noe diuino afflatu inuētū priùs uiuens, in Racemis mortuum iuuat plurimum nutritioni, vt inter alimēta ſubito nutrientia iure merito debeat connumerari.

Aqua an ſit nutritiua.

Verum an, & quomodo aqua per ſe nutrire poſsit, quod & de cęteris Elementis rationibus fulcire, & auctoritatibus condecorare conatur Mendoza *Vir. p. 92.* non eſt cur hic recenſeamus, cum eruditio eius vaſtiſsima, & auctoritas magni Baſilij *Hom. 5. in Hex* pro parte conuincat pro plantis, & pro piſcibus, & auibus, non tamen ſimpliciter ſumpta, & non pro animalibus & pręſertim hominibus cum nō poſsit in chylum conuerti, neque conſequenter

ter

ter ad nutrimenti formam aptam peruenire.

Neque nos conuincit auctoritas Alberti . 7. *de an.* referentis hominem atra bile vexatum ſeptem integras ſeptimanas Aquæ potatione vitam protraxiſſe, quia hoc non concludit, cũ potuerit Ieiuniũ ſic ſuſtinere, vt notat Mẽdoza *ib. n.* 93. & eo modo quo ebibita erat egeſta etiam cerneretur, & ei tantùm inſeruierit eo modo quo Lupo, & Talpæ Terra pro nutrimẽto eſſe dicitur, quæ verè non eſt, ſed tantùm naturæ inſtinctu pro actionis caloris in humidum alioquin agentis, illudque conſumentis refractione ad vſum animalium deuenit; nam in Lupo clarè cernitur quod cum Ventriculo vt ſaburra repleto ne famis tempeſtatis furias patiatur, cum cibum commodum capere debet, Terram quaſi è nauigio exonerat, bono cibo ſtomachum repleturus.

De nutritione vero aeris nullo modo ei manus do, quia exempla adducta non conuincunt, ſicut neque do Igne quia muſcis, & animalibus alijs pyrauſticis viuunt animalia, ſi quæ verè ſunt quæ in aere, & quæ in Igne aperto Carbonibus accenſis diutiùs viuere dicantur.

Cæterùm vinum maximè nutrit, quia non eſt Corpus ſimplex, eo modo quo ſunt cætera dicta elementa (licet purè ſimplicia hæc non dẽtur) ſed compoſitum ex quatuor elementis, vt per chymicam analyſim oculis patet, vndè dicitur eſſe ſenum lac, & teſte magno Hipp. famem Vini potio ſedet, *ſ.* 2 *Aph.* 21. præſertim vero ſi ſit dulce, & validum, & ſpirituoſum,

& conſequenter maximè nutritiuum, & ſpirituum recreatiuum.

ART. III.

Sancti PP. Medicinam commendant.

D. Hier. Canones Medic. faciũdæ.

ATqui, vt ex eo à quo digreſſi ſumus ad eundem reuertamur ſcopum; & ne ad aquam ſcripſiſſe videamur idem S. Hier. hæc addit in *Prol. in Abac. quomodo ſi ægrotus, & exæſtuãs febribus aquam frigidam poſtulet, & dicat ad Medicum vim patior, crucior, vror, exanimor atque ò Medice clamabo, & non exaudies? & reſpondeat ei ſapientiſſimus, & Clementiſſimus Medicus: Scio quo tempore dare debeam, quod poſtulas, & non miſereor modò, quia miſericordia iſta crudelitas eſſet, & voluntas tua contra te petit.* Ità & Deus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera, atque menſuras, interdum non exaudiet clamantem, vt eum probet, & magis ad rogandum prouocet, & quaſi igne excoctum, & examinatum iuſtiorem, & puriorem faciat.

6. Sexto D. Greg. Papa de morbis ſpiritualibus verba faciens, corporalium ſimilitudinem adhibet his verbis *hom. 32. in Euang. Sed Cæleſtis Medicus ſingulis quibuſque vitijs, obuiantia adhibet medicamenta, nam ſicut arte Medicinæ calida frigidis, & calidis curantur,ità Dominus noſter contraria appoſuit*

D. Greg. Papa Remediorum p- palator.

ſuit medicamenta peccatis; *vt lubricis continentiam*, *tenacibus largitatem*, *iracundis manſuetudinem*, *elatis præciperet humilitatem*.

Septimo Auguſt. eos increpat, qui nolunt Medico ſuum honorem reddere *C. non ſano* 14.9. *præterea*, inquit *ipſe ſe interemit*, *qui Medici non vult obſeruare præcepta In S, Io, c.* 3. & 12. *7. D. Aug. Med. Commẽdator.*

Item ſcriptum reliquit, *in Reg.* quod ſi non eſt certum de infirmitate alicuius fratris Med. conſulatur vt ſcilicet ſecundum ſuum conſiliũ, ei quantum fieri poteſt prouideatur.

Cuius quidem authoritati, S. Ignat. Soc. Ieſu Parens excelſus, ſed à Sanctitate excelſior, orbiſque clariſſimum Iubar, innixus in conſtitutionibus ſanciuit, ne quis abſque Medico, & eius conſultatione pharmacum ſumat, quod precipuè deindè maxima diligentia cautum fuit in conſtitutionibus, & per decreta particularia, quæ vnicè ſeruantur in Societate. *S. Ignat. Soc. Ieſu. Fund. amãtiſs. Medic.*

Cæterum Medicos ſuſpexit Sanctus Pater, eoſque habuit in pretio, inter quos fuit Alexander Petronius Medicus Romanus ac vir doctiſsimus, quem cum ægrotantem fortè inuiſeret vt amicum Ignatius, non tam ſui pręſentia fouit, & conſolatus fuit, quam radijs à toto corpore diuinę lucis erumpentibus, ex templò ſanitati reſtituit, vt teſtatur doctiſſimus vitę ſcriptor Petrus Ribadeneira, Sancti Patris Ignatij diſcipulus Religioſiſſimus. *Alex. Petronium à morbo liberat, ſuę ſplendore faciei.*

Idem D. Aug. Lauacrum corpori, cuius infirmitatis neceſſitas cogit minimè denegari iubet *in reg.* fiat autem ait ſine murmure, de Me-

dici conſilio, ita vt etiam ſi nolit, iubente Præpoſito faciat, quod pro ſalute faciendum eſt.

8. *Cyruſ Arch ep. Med ca. menti inuentor.* 8. D. Cyrus etiam Archiep. Medicinæ fuit amantiſſimus, & medicamentum quoddam huius comprobat Aetius *Tetrab.* 3. 5. 1 *c.* 74. Ambo autem Cyri Hyeroſol. & Alexãd. Aetij temporibus vixerunt; ille ſiquidem obijt anno 397. hic autem anno 434. fuereque viri litteris admodum clari, & Medicinæ ſtudioſi.

D. Ger. Med. affectus. D. Germanus etiam Epiſcopus Capuan. ex *D. Greg. in Dialog.* ad Balnea quandoque neceſſitatis cauſa acceſſit; ex quibus maxima commoda ad ſanitatem captauit; vbi etiam vidit Paſcaſij animam in ſpecie humana ſeruientem; vt hinc intelligatur quantæ exiſtimationis ſit in cœleſti aulâ Medicinæ iuſtum ſeruitutis munus.

9. *D. Cyprianus Med. elogiator.* 9. D. Cyprianus addit *Serm. de lapſis quod imperitus eſt Medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrahit, & in altis receſſibus viſcerũ virus, dum incluſum ſeruat exagerat; aperiendum igitur vulnus eſt, ſecandum, & putredinibus amputatum medela fortiori curandum; vociferetur, & clamet licet; & conqueratur æger impatiens præ dolore: gratias aget poſtmodum, cum ſenſerit ſanitatem;* quare D. Auguſt. clamabat, *hic vre, hic ſeca, vt in æternùm parcas*, morbos ſcilicet ſpirituales corporalibus comparans.

10. *Caſſiod. Med. Laud.* 10. Caſſiodorus *lib.* 4. *Epiſ. var. ſic ait. inter vtiliſſimas res, quas ad ſuſtẽtandam humanæ fragilitatis indigentiam diuinæ tribuit natura, præſtare*

vide-

videtur aliquid ſimile, quod poteſt auxiliatrix Medicina conferre. Ipſa enim morbo periclitantibus materna gratia ſemper aſſiſtit: ipſa contra dolores pro noſtra imbecillitate conſurgit, & ibi nos nititur defendere, vbi nullæ diuitiæ, & nulla dignitas poteſt ſubuenire.

11. Tertul. ſcribit, *ad Gymnaſ fol.* 608. *quod hæc eſt hominum peruerſitas ſalutaria abijcere, medicamina euitare, & mori citiùs, quam curari deſiderare, vndè Medicinæ præſidium complures refugiunt, plures ſtulti, plures timidi, & malè verecundi facti ſunt.* 11. *Tertul. Med. ſtudioſus.*

12. Origenes denique ait, *hom.* 1. *in Paſ. Creator humani generis Deus, ſciebat, quod talis eſſet fragilitas humani corporis, quæ languores quidem diuerſos poſſet recipere, & vulneribus, & alijs debilitatibus eſſet obnoxia, & ideò futuris paſſionibus prouidens, etiam medicamenta è terra procreauit, & Medicinæ ad hec euitanda tradidit diſciplinam.* 12. *Orig. Med. Commẽdator.*

Cęterum etiam ſi mille euiuſmodi loquendi formulę in ſacris paginis, & Sanct. PP. dentur; hæc tamen in pręſentia ſatis ſint; cum ſic Medicina ſuper caput ſuum deferat Coronam Stellarum duodecim, cum SS. PP. SS. Eccleſiæ ſint lumina, & aſtra ſplendidiſsima.

 ART. IV.

ART. IV.

Medicinæ neceſſitas per SS. PP. & Theolog. demonſtratur.

Theolog. neceſſ. Laudatores.

LIcet ſatis ſuperque ex Medicinæ encomijs, & humanæ naturæ debili conditione huius neceſſarius vſus in liquido ſit; tamen non eſt reticendum quod D. Thomas *pr. par. q. 117. ar. 2.* multis rationibus probat, *quod Medicina tanquam ſecunda cauſa, & inſtrumentum quoddam adhiberi debetur, vt voluntati diuinæ ſatisfiat.* Hęc Sol ille Aquinas.

D. Tho. Iatrochy. etiam deditus.

Hæc confirmat D. Antoninus Florent. inſignis Theol. *par. 3. ſum. tit. 7. c. 1. dicens, quod ſi quis Medicina indigens ea non vtatur expectans à Deo ſanitatem grauiter peccat. Nempe Deum ipſum tentãs niſi pro ea habuerit diuinum conſilium, ſicut D. Agatha,* quod quidem multis alijs in locis corroborat D. Thom. & cum eo cæteri Theol. Morales.

D. Ant.

S. Ambr. ſic etiam ſcriptum reliquit, *lib. de parad. c. 6. neque ſi Medicus præſcripſerit ægrotanti, à quibus cauendum videatur, atqui ille ab interdictis non putauerit abſtinendum, cauſa ei mortis eſt; ſed vtique ipſe ſibi mortis reus eſt proprie.*

S. Amb.

Non deſunt etiam aliorum Sanctorum eorundemque eruditiſsimorum tùm Græcorum, tum etiam Latinorum Theologorum quam plurima

plurima teſtimonia, quę huic argumento comprobando incumbunt, & perſpici vtiliter poſſunt, & exerceri, quæ breuitati conſulentes omittimus; hi enim prętet eximiam vtilitatem, neceſsitatem maximam, quam Medicina humano generi affert, & iniungit, ſuis dignis monumentis eamdem celebrarunt, & in primis *Card. Pal. Arc. Ser. 8. ad Med. fol.* 548.

At, non ſolum à Sacris Scriptoribus per ſe, ſed etiam in Medicinę gratiā ars Medica commendatur: illā enim frequētiſsimè vtūtur ſacræ paginæ ad ſuos ſenſus illuſtrandos, cuius rei quā plurima adduci poſſent exēpla, ſed paucis cōtenti erimus, quandòquidem de his fuſiùs, prętet ſuperius enarrata, ſumus pertractaturi.

Scripſit Iſaias *c.* 30. 26. *in die, qua alligauerit Dominus vulnera populi ſui, & percuſſuram plagæ eius vulnerauerit*, quibus oſtenditur diuini Iudicij diuerſus curandorum morborum modus à Deo adhibendus. Atqui hic quidem pertractādū à nobis eſſet de modo facili, & naturali pro curationis vulnerū ſimplici obſeruatione in vulnerū ligamentis, ſine turundis, & penicillis; ſed quia iam iuſto volumine hęc methodus à Cl. nunc Cappucino Magato eſt reuelata, ideo ab eius per Epitomen facto enchyridio, nunc abſtineo.

Medicinæ vſus à ſacris Script. p ſacræ pag. ſenſibus.

Addidit etiam idem Proph. *c.* 1. 6. *quod non eſt circumligata plaga, nec curata Medicamine, nec fota oleo*; vt hinc in vulneribus eius vſus ad emolliēdum, & ſanandum cum vino præoſtenderet.

Hoc autem clariùs deinde Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud S. Luc. experimento ipſo

comprobauit, *Luc. c.* 10. 34. dum repræſentat hominem quendam in Ierico incidiſſe in latrones, &c. *hunc Samaritanus deſertum ab omnibus videns, miſericordia motus appropinquans, alligauit vulnera eius; infundens oleum, & vinum*, qui locus cõmuniter ab Interpretibus de Chriſto Medico intelligitur, & ad verbum explicatur, ait enim Sponſa in Cant. quod oleum effuſum eſt nomen Sponſi Chriſti.

Medic. ſacra eſt à Xenodochiorũ inſtitutione.

Denique, in iure ciuili, & Pontif. huius artis neceſsitatem magno cum honore, & celebritate recenſeri notum eſt, ex *Tiraq. de nobil. c.* 31. ſed quoniam de ea præclara multa à magnis auctoribus collecta inueniuntur ſuffragia; nos ampliora de eis dicere ſuperſedemus; cum & vſus ipſe Hoſpitalium, & huiuſmodi miſericordiæ operum antiquiſsimus eam ſacram eſſe ſatis comprobent, & atteſtentur.

Claudam tamen caput auctoritate Concil. Chalcedon. act. 3. ad Imper. Martian & Valẽt. *Magnæ, inquit ægritudines, & medicamine forti, & Medico indigent ſapienti. Propter hoc igitur omnium Dominus paſſionibus, orbis terræ ſicut Medicum optimũ veſtram inſtituit pietatem, vt has congruentibus ſanctis medicamentis.* En quomodo vocat Concilium Imperatores ac Reges Medicos, à quorum nomenclatura ipſos commendat?

COROLL.

COROLLAR. VIII.

De oleo, & vulnerum curatione.

QVoniam de oleo facta fuit mentio in vulnerorum debita procuratione, placet hic aliqua non ſpernenda elucidare; cum autem de vino in ſuperioribus dixerimus, aliqua hic ſuperſunt de oleo admonenda; vtriuſque autem maxima potentia, & vſus pro vulneribus aſſumitur; tamen videatur alicui contra rationem, cum oleum potius emolliat, & relaxet, at cū vino permiſtum ipſius actionem contemperat, & penetrandi vim adauget, qua carnem à putredine præſeruat, & vindicat, & partes malè affectas corroborat, & ſic contemperantur, quo fit vt ſimul ritè, & rectè iunctis vino, & oleo, mirandę virtutis Balſami Chriſti rationem ſortiantur de quorum operatione fuſius in Iatrochy. *lib. 3. ſect. 9 art. 1. & 3.* *Olei in vulnerib. Energia.*

Iam verò, oleum cibum lenit, vt poſsit facilius pertranſire, & partes quas debet enutrire; agglutinationi, & mutationi glutinis in cambium, quod natura intendit plurimum inſeruit, & ad motum facit; quo ſenſu parœmia fertur oleum eſſe ſecundum magiſtrum in rotatis fiſtulis, & alijs machinis, ſeu trahendis, ſeu loco dimouendis. *Vulgi Paræmia.*

Corpora autem pinguia plus ſalis, minus *Olei vſus Canones.*

verò

verò olei prærequirunt, ſicca è contra, & ſi plus iuſto ſumatur, nimis fibras dilatat; & virtutem retentiuam debilem omninò reddit; idcircò vomitum prouocat, & ſupernatans nauſeam inducit, quare & morbis, qui non niſi vomitu ſubito curari poſſunt promptum eſt auxilium.

Sed iam vulnera, quibus curentur, videamus, pro quibus dat potionem vulnerariam nobiliſsimam Hadr. in armam. *P.* 349. & emplaſtrũ ſtypticum vocatum *P.* 444. & Saturni *P.* 449. præter alia infinita.

Cęterum ex noſtra penu aliqua propalemus præter denſam ſyluam, quam in Iatrochy. 2. *part.* exhibemus.

Balſamũ vulnerũ comprobatiſsimum. Recipe hypericonis frondes, & fructus, infunde in vino albo generoſo, quoad vſque ſupernatet, per decem dies Sol expone, infunde olei viol. vel hyper. compoſiti Mãgati, vel de catellis Paręi ad idem pondus, expone ad eundem modum ad Solem, & pro vnaquaque olei libra, adde tereb. vnc. ij croci, thuris, myrrhę, raſę pini an. vnc. ſ. cocci infectorij vnc. 1. viticel. vnc. ij. m. deſtil. per B. ſine per diem naturalem fieri operationem: oleum extractum eſt theſaurus; concordatque cum aqua Neapol. Sed potentius, & ſecuriùs agit, cui ego addo ſanguinis humani ſpiritum, & oleum congruentiori ratione pro capitis vulneribus ſicque oleum Apparitij, vel Hyſpaniolæ longè antecellit, & eſt polichreſton medicamentum.

Sed maximè omnia alia balſama etiam naturalia, ſiue Peruuij, ſiue alterius Regionis ſuperat

perat oleum dictum de Camimà, quod extrahitur ab arbore alto foliorum minutorum verſus pedem inciſo, quouſque ad medullã ſectio perueniat; ſtatim enim deſtillare incipit; quibuſcumque vulneribus prodeſt, omnia enim conſolidat; prohibet conuulſionem, fractionibus, caſibus ab alto, frigiditatibus, ventriculo affecto, morbis matricis, melancholię opitulatur, podagrę frigidę, Iſchiadi, & pro vlceribus antiquis, eã prius ferro incidendo, & aperiendo, maxime facit, fluxui à cruditate conducit iiij. aut vi. guttas ſumendo, purgat etiã optimè in vino, vel iure, vel aqua appropriata ſumptum; comeſtione ſubito ſiſtitur purgatio, cuius pretioſi liquoris habui quoddam vaſculum ab vno, qui illum ex Indicis Regionibus Prouincię ſcilicet Mechiocan traduxit, cuius ego maximam vim expertus ſum; neque aliquis adeſt Auctor, quem ego ſciam, qui de hoc verba faciat; neque enim id eſt mirum: nam veſicę, ſeu flores, vel folliculi vlmi expreſsi ſuccum dant, qui ebullitione inſpiſſatus, plurimum vulneribus prodeſt; quod ſi in calidioribus Regionibus, etiam huiuſmodi humor extrahatur, quo modo fit de tereb. & abetio potentiſsima erunt ſimplicia remedia, ſed ſi arte chymica præparentur, optimę omninò virtutis, & energię euadent, ſed habeo quidpiam aliud.

Olei de Camimà Notio, et virtutis excellentia pro vulneribus.

Huius Dotes eximiæ pluribus morbis

Succi veſicarum Vlmi.

℞. neruum cruris poſterioris vitulę lacteſcentis, munda à pellicula, cremetur in furno, pulverizetur, & ſanguine repreſſo, & vulnere

Nerui vituli vis p Vuln.

nere mundato, eo ſuper indito ſanatur vulnus.

℞. etiam, ſi placet, pulueris cancrorum chymicè præparati, itâ tamèn, vt eo vulnus totum adimpleatur; præter enim vim ſanguinem ſiſtendi, vulneris ſanationi conducit; quod etiam operatur mucus aurium cum oleo nucis in formam balſami inſpiſſatum.

Cineris cancrorũ & etiam Muci aurium.

Poſſem hic agere de vnguento ſympathico (quod vocant ſtellatũ, ſeu armarium) quo mira patrari aiunt à longinquo, in vulneratorum curatione, de qua re in noſtra Iatrochymia diſſeruimus, & antè nos Daniel Sennertus in ſua Chirurgia, Ioan. Baptiſta Helmontius, & Kircherius Soc. Ieſu, quibus addo Campanellam Ord. Prædic.

Hanc nuper Liceto omniſcio propoſuit quęſtionem exarata Epiſtola doctiſſimus Philoſophus ac Theologus, ac ingenij iubare micātiſſimus alter Platonis Genius P. Ioan. Baptiſta Gattus Cõgr. Genuenſis D. Auguſtini; in ea contendit vir Egregius id ad naturę arcanum referendum, non ad aſtum opemque Dæmonis (quod volunt) imo ſcio à fide digno, Germanum multifariam, multiſque experientijs hoc pacto vulneratos curaſſe; imò quod mirandum magis eſt, patrare hęc non deſijt, quandiù apud fidei Quęſitores in carcere detinebatur Mediolani, vt examini obnoxius eſſet, ſuaque operatio: ſcitum eſt etiam, quod aiunt, de Tagliacotio Chirurgo experientiſsimo cuius ope, dũ nobilis viri naſus ſuffectus eſt, brachio ſerui cuiuſdam

Pro vng. Armario Velitatio

cuiuſdam inciſo, qui cum diem forte clauſiſſet extremum, tota illa naſi paratura diffluere viſa eſt, ac emarceſcere. Scio etiã quid Catoblepa, quid Baſiliſcus ex longinquo operentur, aliaque id genus quam plurima quæ noſtrum intellectum ſuperant; aliter ſentire videtur nõ nemo, ſed vnuſquiſque abundat in ſuo ſenſu: non enim debet cuiuſuis ignota cauſa in Sathanę ſtabulum refundi, ſed Dei ipſius ſecretis penetrabilibus recludi, cum adęquata non poteſt aſsignari cauſa, cum maior numerus ſit eorum, quæ neſcimus, quam quæ ſcimus. Hæc pro miraculis, & experiméntis Chymicis inſeruiãt.

Cæterum ego hoc vnum ſcio, quod nihil ſcio, vt ſapienter aiebat Socrates, & in dies veluti Apellis tabula, tabula noſtri ingenij varijs coloretur lineis, debemus enim quandoq; captiuare intellectum noſtrum in obſequium fidei tum diuinæ multo magis, ſed etiam humanę, quæ experientiæ ipſi æquiualet, quę luce clarius patet in ſupradicto effectu, cuius operatio potuit diuina manu alicui communicari, ſicut de Saluatoribus, & alijs magicè, verè tamen, naturaliter, & realiter operantibus in ſuperioribus dictum eſt.

CAP. XI.

CAP. XI.

De legibus tam Canonicis quam Ciuilibus á Sancta Eccleſia promulgatis.

TEmpus non tam edax rerum, quam ambro, & bonorum conſumptor quidam, quæ felicia habuere principia, ſua tandem vetuſtate in deterius labi (vt ſors humanæ fert conditionis) quaſi impellit, Hinc rectè conſultum Medicinæ fuit, ſancitum legibus, non tam per Sacros Canones de Pœnit. & Remiſs. c. cum infirmitas, quam per ſummos Eccleſię Præſides Innocent. III, Pium V. & Greg. XIII. Bulla ædita an. 1566. & alijs etiam pro quibus conſule Borel. in Bul. quorum ſeueræ conſtitutiones, & Canones adigunt eos arctè non ſine iureiurandi Religione, qui ſe Doctoratus inſignibus decorant, pro re medica exercenda, ſcilicet ne amplius poſt primam infirmi inuiſionem ad eum accedant, niſi cum Deo piam reconciliationem mediante Medico ſpirituali peregerint; cuius iuramenti rationem, & in Diœceſi Mediolanenſi huius trãſgreſsionis reſeruationem elucidat Bon. *Diſp. 4. de præcep. q. 1. p. 16.* vt quanti fieri debeat hinc prorſus intelligatur.

Sũmorũ Pont. Conſtit. pro Med. recto vſu

Sed

Sed enim verò Pij Quinti placito motu proprio explicato opera, & induſtria Sancti Patris Ignatij Soc. Ieſu fundatoris ex Rib. *in eius vita l. 3. c. 9.* fuit præceptum Medicis factum ad trinam viſitationem extenſum, vt cum Dei decretis vniforme fieret, qui non ſepties ſed ſeptuagies ſepties peccatores audit, & exaudit: tanta fuit S. Patris erga proximum cura, & ſollicitudo, ergaq; Medicos obſeruantia peculiaris quorũ lõgo cõſilio ſuas regulas cõpoſuit. *S. Ignatij Loyolæ in rem Medicã propēſio.*

Quam quidem ſpartam dilucidiſsime proſequitur Doctiſsimus Meyſs. *Pen. vn. p. 9.* illam pluribus rationibus, & auctoritatibus exornans, qua de re etiam ægregiè S.P.Baſil. *Reg. 55.* Hanc etiam rationem illuſtrarunt Sancti Greg. *lib. mor. 12.* S. Antoninus *par. 3. t. 7. c. 1. tit. 14. c. 12. & tit. 22. c. 24.* & Summiſtę omnes pro quibus ſtat pro pharo Nauar. *Ver. Med. c. 25. n. 60. &c.* & admodum pius Medicus Baptiſta Codronchus qui Chriſtianæ rationis Medicinam faciundi normam nobiliſsimè quidem explicauit, & typis exornauit opere proprio. *Canones pro Med. SS. PP. Th. Scol. & Moralium.*

Cum igitur à Deo creata, & conſtituta fuerit Medicina, & paſsim à Sacra Scriptura approbata, à Chriſto, & Sanctis exercita, & cõmendata, & demum à SS. Eccleſia reformata, & etiam adeò reſtricta, vt animorum quoque ſaluti proſpiciat, iure merito teſtatum reliquit meritiſsimus ille S. Rom. Eccl. Em. Card. Paleotus *lib. de bono ſen. p. 1. c. de ſen. prorog. t. 18. par. 7. Serm. ad Med.* eos hæreſim Anabaptiſtarum ſapere, qui Medicinam tanquam diuino repu- *Card. Pal. dictũ maximi pro Medic. momēti.*

repugnantem conſilio damnant.

Claudo fontem hunc cum Tertul. *in Scorp. c. 5.* *Medicinæ præſidium* (inquit) *plures refugiunt, plures ſtulti plures, timidi, & malè verecundi* nebulones ſcilicet perditiſſimi.

Spurius à Medicinę exercitio arcendus.

Tantę autem dignitatis conſpicuam Medicinam aliqui fecerunt, vt tradere, & aſſerere nō dubitarint ad Medicinam ſpurium non eſſe admittendum, *Arg. de Anc. de Pot. Eccl. c. 100. art. 1. Ant. Flor. p. 3. ſum. tit. 7. c. 2.* vtpotè quod ſit dignitatis, & honoris minimè capax; quibus pręconijs grandioribus enitet Medicina, ſed ſicut quantitas rerum homini eſurienti etiam vileſcit, ità Medicorum numerus ferè infinitus, & cuiuſuis conditionis, ipſam artem omninò abiectam reddit, ac deſpicabilem.

Medicorũ Honorar. conductorũ conditiones, & obſeruationes.

Cęterùm iuſto ſanè præmeditato conſilio agunt recti Vrbium, locorumque Gubernatores; decernentes Medicum honorario à locis ipſis decreto conduci non poſſe, qui quadrageſimum ſaltem annum non exegerit, ea quidem ratione ducti, quod aliquam quoquo pacto in arte experientiam habere poſsint; ſed ſatius agerent etiam ſi de morum, & eorum vitę conditione iuſtum facerent examen, ac etiam in arte curę ab eiſdem ex improuiſo ſubminiſtrarentur, vt deindè ipſi conſultatione facta cum ſapientibus Medicis (quoniam de eorum ſalute, & incolumitate peragitur) etiã de eorum doctrinâ, & cęteris requiſitis rectè concluderent, & non animi paſsionibus pręeuntibus, & concomitantibus tanti momenti

cura

cura adeò facile cuique ſine debita inueſtigatione committeretur, ſed proph dolor? negotiationes pecunia, (cui omnia obediunt ixta Sapientis dictum, *Eccl.* 10. 19. dona, corruptelę eos non Medicinam, ſed lanienam exercentes omninò faciunt, non ſolum ęgrorum, ſed etiam cęterorum ſub eorum cura commiſſorũ, quibus malo animo, vel ſaltem earum gazę technis & inſidijs extructis, quandoque machinantur; Idem autem potiori quidem ratione, de Chyrurgis eſt omninò obſeruandum cũ faciliori negotio poſſint vitam adimere, & fortunis inſidiari. Verum quid ad Medici, & Chyrurgi officium ſpectet ſcire ſatagit, attentè perlegat cap. 25. dum de Medicorum, & Chyrurgorum peccatis per tractat Nauarus in ſuo Enchyr. ex quibus intelliget quanta cum animaduerſione ea ſint animo recolenda; ſed pręcipuè conſulatur Codronchus *lib.* 1. qui ex profeſſo totam hanc materiam diſcutit, quem librum nunquam videre potui, niſi nunc, cum hoc caput prælo ſupprimitur: induſtrię autem, & diligentiæ Adm. R. P. D. D. Baſilij de Bernardis Cl. Reg. Theat. Bibliothec., & librorum inueſtigatoris aſſidui plurimum debeo, qui mihi hũc & Guliel. Ader videndum dedit.

Chyrurgorũ cõducendorũ Animaduerſiones.

CAP. XII.

Medicinam etiam Ethnicorum teſtimonio rem ſacram eſſe demonſtratur, eiuſq; Cronologia reſeratur.

VIdimus in ſuperioribus magnam ſuæ doctrinæ partem diuinum eo nomine inſignitũ Hipp. nuncupatum ex ſapientiſſimi Salomonis dictis, & Sacrarum paginarũ obſeruationibus deſumpſiſſe, & in ſuos libros traduxiſſe, quæ quidem proprijs elucidanda locis magis patebunt.

Nemini autem dubium eſſe poteſt, quòd cũ Hipp. paſſim in ſuis libris medicinam vt rem ſacram eſſe pertractandam edocuerit, & conſequenter in maximo pretio, & honore ab omnibus habendam, hic etiam eiuſdem veſtigia ab ipſo Moyſe primum non ſit mutuatus; cum etiam conſtet ad partes peregrinorum iuſtorũ tranſijſſe ad illam optime addiſcendam, cum ſua incunabula ab Ægyptijs potiſſimum Medicina recognoſcat, ab iiſque primò, ruditer tamen factitatam eſſe in liquido ſit, ac quidem huius veſtigia Gal. eſt ſecutus, ſuis maximis operibus, quibus eã mirũ in modum exornauit, auxit, & ampliauit. Verùm,

Medic. ex Hipp. ſacra, & à Moyſe habita.

Medic. primò ab Ægyptijs orta.

Medicinæ exordia.

Verùm, vt res ipſa, de qua agimus, ex ſuis principijs promptiùs dilucidetur; eam priùs ex profeſſo exercere cępiſſe Mercur. Triſmegiſtũ habemus ex *D.od. Syc ib 2. car. 2. Strab. c. vit.* Alij autem Apollini fabulis, & commentis innixi, hunc honorem tribuerunt, *Hom. in Odiſs. Ouid. metam plur. in loc.* à quo in ea filius Æſculapius fuit initiatus, & poſteà Chironi inſigni Medico (cui etiam Medicinę inuentio conceditur) ad inſtruendum, eamque perdiſcendam traditus fuit, & ex Apollonio *l. 2. Argon.* Ariſtęum fuiſſe affirmat.

AEſculap. primus Med. Auctor.

Sed ille rudem artem, & inchoatam augere, & excolere, & ipſe etiam de ea (quod anteà nemo fecerat) libros potuit reliquiſſe, ex *Hom. Ill. 4. Diod. Sic. l. 5. & ex mul. Tiraq. de nobil. c. 32.* vndè Æſculapium fuiſſe Medicinæ inuentorem, ipſo etiam ſuffragante Hipp. multi grauiſſimi viri affirmarunt *Plat. cit. loc. Hom. in Ili. Cal. à princ.*

Hunc ſubſecuti ſunt Podalirius, & Machaon filij, qui bello Troiano Ducem Agamemnonẽ ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus Medicinæ indigentibus attulerunt.

Medic. progreſſus.

Machaon tres filios etiam habuit Medicos ex *Suid. & Pauſ. in Meſſan. & Corinth.* Nicomacum, (qui in ea fuit peritiſſimus, & de ipſa ſex libros conſcripſit) Gorgatũ (& hi ambo Pharetarum Reges fuere) quicquid alij ſentiant, & denique Polemocratem; poſt hos Zoroaſtrẽ Bactrianorum Regem extitiſſe, hiſtoriarum Scriptores aliqui affirmant, Magiæ enim inuẽ-

Zoroaſter Magię inuẽtor.

torem (quæ ipſius Medicinę pediſſequa eſt & ſocia, & eadem omninò, ſi in ſui recta conſtitutione ſumatur) fuiſſe conſtat, vt ex multis teſtatur Turſell. *Hiſt. Ep. l. 1. an. MDCCC.*

Pythag. Emped. Democr. Deindè verò Pythagoram, Empodoclem, & Democritum, qui morborum curationes, cum rerum contemplatione coniunxere; vtrum verò hi Aſclepiadęi fuerint, necne, nos latet: tradunt quippè Æſculapium ab Apolline patre inſtitutum, filios ſuos poſteà Medicinam docuiſſe, atq; in hunc modum artem ipſam cæptã diuinis auſpicijs, ſucceſſione quadam hęreditaria à parentibus propagatam, ſemper in liberos ad Hipp. (qui & ipſe ab Æſculapio oriundus fuit) perueniſſe.

ÆEſculapij plis quomodo Med. inſtructa.

Cautum ſiquidem erat in Aſclepiadorum familia, ne quis artem, & medendi induſtriam, (profeſſionem plane diuinam, & à Deo ſolis ipſis conceſſam) cuiquam communem facere non auderent, qui ab eodem non eſſet genere exortus Hipp. autem Heraclidem patrem, & Hipp. auum, reliquoſque ſuperiores tantum eſt tranſgreſſus, quantum etiam eos artis præſtantia ſuperauit.

Hippoc. genus ſuum quod præſtitit in Med.

Et quibꝰ Medijs. Improbo namque labore ſtudio, & longî, atque laborioſa exercitatione, per varias peregrinationes in Ægyptum præſertim factas; recta cum ratione, non ſolum exercuit, ſed etiam ſcriptis mandare, atque efformare cæpit, adeò vt Diuinus, & Medicinæ parens iure meritò fuerit dictus, & ab omnibus habitus.

Qua quidem in re, plurimum auxilij accepiſſe ferunt

ſerunt à tabellis Indianis, ſed ego potius dicerem Ægyptiacis, vel vt alij volunt, Æſculapij templo appenſis, in quibus experimenta felicia depicta erant, iuxta antiquorum morem à Virg. relatum, *AEnid. l.6.* ex quibus Medicinam rectè efformauit. *Tabellæ Indianæ vel Ægyptiæ Medicæ quales fuerint.*

Solebat enim antiquitas illa ex *Strab. l.* 8. *&* 14. liberatos à morbis ſcribere in eius Dei tēplo, qui eis eſſet auxiliatus, vt indè alijs ſimilitudo proficeret, & exemplum inſeruiret, ad noſtri temporis miſeriam deplorandam, qua rubore, & verecundia, & confuſione perfundi debemus, eò quod ſacrę, & certę fidei anchorę etiamſi innixi ſimus, tamèn his conſilijs, & documentis non pręmunimur.

Cæterùm, non cuicumque iuuat, quod vni prodeſt, ſic enim poſſet Medicina à quocumq; rudi vt paſsim ſit adminiſtrari, in quo genere ſunt Empyrici, at ex rudibus principijs, & tenuibus riuis, vel fontibus in indeficientia flumina ſe Medicina protraxit, cum in ea digna cum laude faciunda multa, & penè infinita ſint animaduertenda, quæ à rudi medicorum popello non adnotantur, vt Meyſs. pręſertim docet per ſumma capita, quibus multa enarranda concludit *p.*69. *&c.* *Medic. quibus obſeruationibus ſit faciēda.*

At verò vt Medicinam Hipp. regenerare viſus eſt, ita ſecum ad interitum ipſam perduxit, eius enim diſcipuli, & præſertim filij longè à pręceptore declinarunt, & idcirco per DLX. annorum ſpatium ſopita iacuit, quo tempore id obſeruabatur, vt in plateis ægro- *Medic. quantum temporis iacuit.*

 tantes

tantes deponerentur, ex *Strab. l. 3.* qui mos apud Bactrianos maximè viguit, *ex Herod. c. 2.* vt qui eo morbi genere tentati, & ſanati fuere eos commonefacere valerent, vt à ſuo languore eos liberarent: vel per domos circumſerebantur, num quis eodem morbo affectus inueniretur, & quali tandem remedio eſſet curatus conſtaret, qui mos apud Iberos ruſticos per multum temporis ſpatium euiguit, cum itaque lux ab Hipp. Medicinæ allata, ab eius ſucceſſoribus magis debuiſſet illuſtrari; cum facilè ſit inuentis addere, diminuta tamen, & obumbrata omninò fuit, & in varias ſectas Medicina deducta, & omnes ferè ab ipſius Parente prorſus alienas, vetuſtate omninò collapſa, etenim noluerunt, iuxta Horat.

Curatio morborũ antiquus mos qualis.

Quod iuuenes dedicere, ſenes perdenda fa[illegible]ri.

Cũ Hippocrate Medicina defecit.

Empyricam namque prius excoluit Philinus Cous, tum Serapio, Apollonius, Menodotus, Heraclides Tarentinus, &c.

Empyrici.

Methodicam verò Themiſon, Teſſalus, Olympiacus, Iulianus Alexandrinus, &c.

Methodici.

Rationalem Diocles, Praxagoras, Cryſippus, Eraſiſtratus, Herophilus, Archigenes, Agathinus, Pruſias, & quamuis à Cryſippo fuerit quodamodo clarificata, (cũ ipſe tanti fuerit apud Argiuos, quanti Hipp. apud Athenienſes) quia tamen ſua garrulitate Hipp. admodùm contrarius fuit; effecit, vt facultas ipſa perturbata, & depreſſa per aliquod temporis ſpatium remanſerit.

Rationales.

Plato, et Ariſtot.

Subſecuti quidem in ea poſt Hypp., Plato, & Ari-

& Ariſtoteles fuere, ſed hi potius Philoſophiæ dediti operam nauarunt, & hic quidem quę in ſuis libris Medica congeſsit ab Hipp. eſt ſuffuratuş *In problem.* prę́ſertim cuius tamen nomen inſidiosè ſuppreſsit, & noſter Plato præter dignam Hipp. mentionem *in Soph. p.* 158 *in Phæd. p.* 314 multa Medica in Timæo prę́ſertim ſubolfacienda exhibuit, quę nos etiam ex natura rei pro noſtro modulo elucidauimus, *in noſtro comm. Phyſico Medico* à quo quidem doctrinam Medicam exhauſiſſe fatetur.

Horum diuinorum ętas fuit ſub Artaxerxe, at temporis determinata ſeries cuiquam certa, notaque non eſt: conſtat tamen Cteſiam Gnidium extitiſſe, qui contrà Artaxerxem captus propter medendi ſcientiam in maximo honore ab Rege eſt habitus vt refert *Turſ. hiſt. l. 2. in fine.*

ART. I.

Platonis pro Medicina encomia.

SED videamus hic obiter aliqua diuini noſtri Pręceptoris non contemnendas, pro Medicinæ laude, & neceſsitate, & vſu adnotationes; ars enim ſalubrium, & noxiorum nuncupatur, & curandi ęgrotum, & ſanũ ſeruandi, *in Charm. p.* 192. 2. nihil enim ponit medium inter ſanum, & ęgrotum: quare medicinam neutrorum videtur abolere, cum verè in huiuſmodi corpore aliqua ęgritudinis ratio quoquo pacto detur, quod probat in Alcibiade *p.* 30. 2. *f.* atqui etiam eandem omninò in omnibus, ſanitatem facit, *in Meno p.* 10. 2. *f.* qua nihil pręſtantius dari ſcribit in rerum vniuerſitate, *In Gorg. p.* 233. 2. *f.* Cum igitur ſanitas ſit Medicinę finis, & ſanum eius ſubiectum, conſequenter dicendum eſt, ex eius argumentatione, & concluſionis diſcurſu pręcipuam, & nobiliſsimam eſſe ſcientiam.

Med. def. ex Plat.

Sanitas quãti facienda.

Med. dignitas.

Huius autem auxilio Medici fiunt, & ſanitas reparatur, quod fit ipſa Medicina, & gymnaſtica, quæ duo coincidunt cum communi axiomate, quod abſtinentia, & exercitium omnes morbos debellat, *in Cratyl. p.* 208. 1. *f.* abſtinentia autem in temperantia conſiſtit, cuius ad Medicum ſpectat pręcepta exhibere, licet

Abſtinẽtia, & exercitiũ quanti ſint faciẽda.

etiam

etiam quatenus virtus eſt, Philoſophi moralis ſit opus.

Confirmatur ex eius dictis, *In Gorg. p. 249. 5. m.* vbi ait Medicinam eſſe artem, propterea quod illius quod curat, naturam, & cauſas eorũ quę agit expendit, ac horum cuiuſq; reddere rationem poteſt, ſibi enimuerò interrogationes faciens *cum Medicina dum dominatur omnibus, quorum Domina ſit, & quod nam opus exhibeat? ſanitatem protinus reſpondet*, *In Eutyd. p.* 181. æquè enim etiã Medicos nominat eos, qui curant ad bonum corporis reſpicientes ex deteriori habitudine in meliorem reſtituentes, atq; ſeruantes *de Regn. p.* 149. 2. *m.* *Medici quales ſint.*

Atqui hæc dicta in hunc finem ſunt, vt intelligatur, quod ex eius ſententia Medicina eſt ſcientia qua amatorij affectus corporis quoad repletionem, euacuationemue noſcuntur, *In Conu. p.* 285. 2. *m.* quo fit vt circa animum etiam verſari ex his clariſsimè eliciatur. *Medicus debet curare corpus & etiam animũ.*

Cęterum Medicorum etiam duo genera aſsignat *Dial. 4. de leg. p.* 536. 2. *f.* vnum ſimpliciter, & abſolutè ſic dictum, quod cum liberis comparat, (quia nimirum huiuſmodi Medicorum genus liberè operetur) alterum ſecundũ quid, tanquam illius miniſtrum, quem in ſeruorum genere reponit, vt deindè manuductrice experientia, & ſcientia Appollinea prodroma ad nobiliſsimam hanc artem manuducatur, & legiſlatoribus Medici primi ordinis ab eodem comparantur *Ibid.* *Medici liberi, et ſerui qui ſint.* *Medici legislatores qui.*

ART. II.

ART. II.

Progreſſus Medicinæ recenſentur.

THeophratus autem his eſt ſubſecutus, qui adeò multa de Medicina ſcripſit, vt vbi Hipp. defecit, ipſe ſupplere viſus ſit; cæterum temporis iniuria, & renitente fortuna pauca admodum ad nos peruenerunt ex eius ſcriptis.

Eraſiſtratus Med. Mercen. & defraudator. Eraſiſtratus Ariſtotelis ex filia nepos, & Chryſippi diſcipulus ipſam iterum illuſtraſſe viſus eſt; at cum primus fuerit, qui mercede eam fecerit artem ſuaptè natura liberam, & quæ nullo prçmio recognoſci, & remunerari poteſt, in ſeruitutem adduxit, atque obſcurauit, & rem ſacram quidem ab omnibus ſic habitam, & exiſtimatam in profanos abuſus deduxit; at quorſum auri ſacra fames eam abdicauit, & ad quos malos fines prouexit?

Archagatus Rom. Med. Sub eodem tempore floruit Archagatus, qui Romam Anno DXXX. ab ea condita venit & honorificẽſitiſſimè receptus eſt, vbi primus Chyrurgiam fecit, quare verum non eſſe videtur, ꝙ Valleſius etiã aſſerit *Sacræ Philoſoph. c.* 74. per ſexcentos annos Medicinam à Romanis fuiſſe damnatam; factum enim fuiſſet per annos LXX. antequam Vrbs conderetur.

Eupolices Sicilia. In Sicilia, Eupolices etiam in eã claruit, &

poſt

poſt multos annos in Rhodio Inſula Herophilus tanti fuit factus, vt poſt eius obitum nullũ alium Medicum Rhodij, voluerint admittere.

Herophilus Rhodijs acceptiſſimus.

Verùm poſt LXXX. annos in Metelli inſula exortus eſt Aſclepias nouę in Medicina ſectæ auctor; & Romæ Antonius Muſa Græcus, qui etiamſi ex vna parte ob Medicinam Auguſto feliciter factam ſtatuam porphyreticam publicam ſibi comparauerit, ex altera tamèn ob immanes Chyrurgicas operationes fuit vi publica, & fœda interfectus, eiuſque cauſa Medicina ferè odio habita fuit, & omnibus in contemptu expoſita.

Aſclepias Metelli.

Antonius Muſa, Romæ dãnatus.

Verum Nicander Virgilius, Cleopatra, Moſchio, Macer Senior, Caſſius, Celſus, Patritius Romanus, Langhus, Dioſcorides, Serapio Senior, Erotianus, Sextus Aurelianus, Soranus Aretęus, Rufus operibus, & ſcriptis eam reſtituerunt.

Med. ſeq. ſcriptores.

DIGRESSIO. V.

Cenſura Plinij pro Medicina.

PLinius inter hos quidem etiam extitit, ſed fuit potius hiſtoricus, quã Medicus, & in multis etiam eſt hallucinatus; propterea quòd ex alijs auctoribus omnia fere, quaſi farcimine facto deſumpſit, eius enim finis ſimpliciter erat rerum naturalium hiſtoriam attexere,

Plinius Hiſt. nõ Medicus, ſed huius medicus & mendax.

xere, at vt aliquos eius errores in medium adducamus.

Plinij errores.

Primus ſit, *lib.* 23. *c.* 24. *in f pag.* 581. 35. *impreſ. Francof* cum ait, quòd medicamenta nō ſunt è longinquis petenda Regionibus, videmus enim quanti vſus, & energiæ ſint medicamenta quæ ex Indijs deferuntur, quantum alijs virtutibus prępoleant, præſertim ad Luem Veneream, (vt cætera taceam) abolendam, & debacchandam. Verum enimuerò non communiter horum ſemper adhibendus eſt vſus niſi neceſſitas vrgeat, & cogat, nam herbę noſtrates maximam vim præ ſucco turgente, & viuido habent, qua admiranda ſæpe ac ſæpius non expectata perpetrantur, non enim cuicumque quęlibet herba, & in quocumque loco, vel iugo nata, vel educata prodeſt, nam diuerſa quamdoque etiam operatur ab agentis, vel pręcipientis intentione.

Medicamenta aliarum Regionū ſalutaria & noxia.

Horum qualis debeat eſſe vſus.

Medicamēta cōpoſita ad morbos cōplicatos.

Peiùs eſt quod eodem capite p. 581. 33. recenſet; Medicorum ſcilicet auaritiâ medicamenta compoſita fuiſſe adinuenta; nam ratio, & experientia ipſa, ex quandòque complicata morbi cauſarum congerie, pro ipſa ſtat veritate.

Verùm malè diras notas Medicinæ inurit, *eod. lib. c.* 1. dum de eius incunabulis adeò peſſimè ſentit.

Med. Inuentio vniuerſi Cōſeruatiua deli a.

Secundus eſt quod Arcades Medicinis non vterētur quod aſſerit *lib.* 25. *c.* 8. *p.* 638. 35. ſed ſolo lacte veris tempore herbarum ſuccis impręgnato, quod quidem licet aliqua poſſit in homi-

hominibus operari, vt ſanguinem contemperare, & aliquo etiam modo purgare, tamèn nõ habet vim morbos eradicandi; qui quandòq; ipſis Medicis proliminantur, quare Medicina contra eius mentem eſt neceſſaria, ſed de lacte, & eius ſero doctiſsimus Petrus Seru. egregius Medicus *In lactis Analyſi* plurima notat alijque recentiores.

Tertius proſtat, cum ait P. 715. quod nulla artium Medicina ipſa ſit inconſtantior; ſi id in malos, & indoctos Medicos non refundat falſiſſimum eſt aſſertum, & ex natura ipſius Medicinæ ratio non militat, nec procedit. conſimile eſt huic, quando aſſerit P. 717. 42. Medicinam morum luem induxiſſe, hominis enim malitia illam exercentis, non ipſius artis, hæc ſunt (ſi verè ſint) omninò perpetrata.

Med. Ars eſt cõſtantiſ. & ſtabiliſſima. Bonor. Morum Procreatrix.

Inſanum denique eſt, cum ait, *lib.* 34. *c.* 11. *p.* 819. 12. quod Medici ignorent metallica, quę maximè ad Medicinam faciunt; equidem Medici antiqui metallis etiam vſi ſunt, & conſequenter eorum maximam notitiam habuerũt, vt vidimus in noſtrę Iatrochymiæ *lib.* 1. *ſe.* 4. 5. 6. *& Corol.* 1

Metallis et Metallicis Med. vtuntur. antiqui.

Quid de Neotericis ſentiẽdum ſit ipſe videat; enim verò adeò ſui diffuſione lętatur vbique vt in magnos palmites ſe extendiſſe, & porrò ſe amplius extenſuram nemini ſit dubium, vt fuſius ex noſtris operibus cuique clarè conſtabit.

Hæc ſint, pro exemplis alijs quamplurimis errorum ipſius Plinij, Medicinam directè iugu-

lantiam ; quid autem de infinitis alijs huiuſmodi mendis contra Medicinam facientibus dicendum ſit aliorum ſit labor, otium mihi non eſt alia modo refellendi, ſed mea tantum corroborandi.

Hinc iure meritò infertur puram imo marcidam calumniā fuiſſe Plinij ſemper Medicis inſenſiſſimi, dū ait Medicos per DC. annos à Romanis proſcriptos, quæ quidem calumnia conturbat meritò ſapientem, vt aliàs diximus, ſabamque in Plinium ipſum recudimus maleuolum, & ingratum; cum omnia ferè à Medicis in ſuos libros corraſerit, ſurripueritq;.

Ceterum non neſcit Plinius Aeſculapium Medicorum Principem ex Epidauro Romam aduectum, dum miſerè Romana Ciuitas lue diriſſima vexabatur, vt ipſemet ſcribit *lib.* 29. *cap.* 1. & cum eo Val. Max. *lib.* 1. *cap.* 93. Ouid. 1. *Faſtor.* Quid verò dic mihi proſcriptos ais cum ſua Medicina Medicos, ſuaſore imprimis Catone illo morum Cenſore! quid ergò damnatam ne à Catone rem Reipublicæ tam ſalutarem, & neceſſariam arbitremur. Minimè gentium Hercule. Is enim Cato ille, qui Medicina, & herbis quas ipſe plantauerat, & braſſica ſua vſus, ſe, coniugem ſuam, filium & libertos ad longæuam ſenectam incolumes perduxit.

Ceterum in Agypto primum Medicina flloruit, hinc poſtea ad Græcos translata, ex Grçcia in Arabiam conceſsit, tandem ad Latinos, & Romanos confugit, qui ſemper Medicinam

cinam magni fecerunt quid quid impoſtor ſcribere auſus ſit ab Halicarnaſs. Dionyſio conuictus. Ægyptus Medicinam peperit, obſtetrix fuit Græcia, vſquequò per Arabes & Latinos incrementum capeſſeret ad noſtram vſque ætatem. A Democrito Agyptiorum *Syrmaiſmum* dedicit Hippocrates ſi nō perperam deducit Langius: ſi mauis audire Hippoc. de ſuo Syrmaiſmo loquentem, ecce verba ipſius, *lib. 2. de artic. ſi patiens*, inquit, *ad vomendū pronus fuerit vomere illum à Syrmaiſmo permittito*: Galenus eò loci; *Taliter* inquit, *leues & mediocres per alui deiectionem aut vomitum euacuationes, veteres appellarunt, quæ varijs proritabant pharmacis; nempè melle affatim deglutito, aqua mulſa meraciore, ſucco ptiſanæ ex aqua per ſe vel cum melle decocto.* Syrmij quoq; vocem Herodotum vſum in Euterpe l. 2. oſtendit citatus Langius. Hinc elicit Vir exim. malè actum ab illis paradoxapoeis, qui in omni morbo, materia nondum in principio concocta, quemuis ſyrmaiſmum, ideſt vomitum aut purgationem leuem aut mediocrem, quam minoratiuam dicunt, prohibent.

quid Syrmaiſmus

Claudo Caput, aioque Ægyptum adeò Medicis abundaſſe, yt vna quæque corporis pars proprios Medicos haberet, oculi, aures, & quod modeſtiùs vellem, etiam podex. V. Herodot. lib. 2. Sed redeamus in Græciam, quæ Hippocratis & Galeni manes peperit, Medicinæ lumina.

Appen-

Appendicula I. *de lacte*.

SVperiori articulo dixerat Plinius Arcadibus lactis vſum pro pharmacia fuiſſe: ex hoc anſam nobis dat eius maledicentia, vt de lacte aliquid inſuper adnotemus. Lac in aliquibus Regionib' exhiberi pro potu didici ex Scriptura. Sic Iſai. c. 55. *u.* 1. *ſitientibus vinum propinatur et lac*. ſic Ezechiel cap. 25. *ipſi comedent fruges ſuas, & ipſi bibent lac ſuum*. Vndè Iahel Iudic, *cap.* 4. nil Siſaræ porrexit inſolitum, quum ſitienti lac dedit, quod ipſe hauſit, vt ſitim, qua tunc laborabat, extingueret. Homerus, γαλακτοποτας vocauit populos quibus lac pro potu. Phtyſicis, & ſanguinem ſpuentibus vnicum remedium vt Galenus *lib.* 7. *Meth. docet*, & *l.* 4. *ſimpl. Medic. c.* 17. & experientia magiſtra comprobat. Antiqui Græci lacte maximè vtebãtur vt videre eſt apud Hippoc. & Valleſium *in comm. lib* 4. *Epid. n.* 97. De lacte caprino autem idem Galen. *lib.* 3. *de Alim. facult.* quam de alijs ſpeciebus lactis meliùs ſentit, quod ità verum eſt, vt aliqui pueri ſinè noxa ſolo lacte caprino fuerint educati, quorum vnum cognouimus doctiſſimum, & ſanctiſſimis moribus præditum virum, qui ob miram ſuam virtutem Malachenſis Eccleſiæ Archidiaconus obijt, ait Ioan. Gallego *lib. de alendor. Infantium ratione*.

ART. III.

ART. III.

Medicinæ Profectus recitatur.

E Pérgamo tandam Aſiæ Ciuitate nobiliſsima exortus eſt tanquam fulgentiſsimum aſtrum Galenus qui ſalſarum, & erronearum ſectarum fugatis, & diſſolutis nubibus ipſi Medicinæ diem attulit, & ſerenitatem conciliauit; non ſolum enim Hipp. doctrinam in ordinem digeſsit, planam fecit, ampliauit, & in proprium dignitatis locum reſtituit, ſed etiã eo Duce, & aliorum, qui rectè de Medicina fuere philoſophati faſciculis, manipuliſq; collectis vniuerſam ipſam Medicinam ſolida doctrinã, & certis experimentis ferè totam explicauit, adeò vt alter ipſius Parens iure meritò poſsit nuncupari, ſed verò etiam adeò vaſtus in ſcriptione fuit, vt artem omninò longam ab Hipp. pronunciatam ipſis Medicis oſtentauerit.

Galeni labores, & ſtudia.

Gal. Alter Med. ſecundus Parens.

Poſt Galenum alij ſecuti Græci non inſulſi auctores, qui diù Medicinam coluerunt quam exindè excepit Arabia remediorum ferax, ſola barbarie notanda, nec mala medicatrix; ab Arabibus in Latinos conceſsit, non malè ab his accepta, diùque retenta, ſed temporis diuturnitate paſſa eſt adulterium, & miſcellam ſectarum, non paruo incommodo. diluebat

Græci, et Arabes Medicinæ cultores.

vim, eiuſque qua amplius manabat linguarum ineptia, & imperitia iacebat; cum deniq; vir in paucis magnus Horos Reipub. literariȩ, & totius Eccleſiæ ſummus Præſes, vir incomparabilis Nicolaus huius nominis V. ſuo eam fulgori reſtituit, atque indemnitati, ȩternitati p ipſum tradita, vt ȩternos faceret cultores eius, & cum ipſius nomine æternum ac perēne ipſius Summi Pontificis Nicolai; vin audiamus Platinam eius vitȩ ſcriptorem ecce præſto ex *codē in vitis Pontif. in huius vita, laudatur quidem eius liberalitas, qua in omnes vſus eſt, & maximè ergà litteratos, quos & pecunia, & officijs curialibus, & beneficijs mirificè iuuit, eos enim prȩmijs nunc ad publicas lectiones, nunc ad componendum de integro aliquid, nūc ad uertendos Græcos auctores in latinum ità perpulit, vt litteræ Græcæ, & Latinæ, quæ ſexcentis iam anteà annis (* hic non adeſt error *) in ſitu, & tenebris iacuerant, tum demum ſplendorem aliquem adeptæ ſint; miſit & litteratos viros per omnem Europam, quorum induſtria libri conquirerentur, qui maiorum negligentia, & Barbarorum rapinis iam perierant.*

Nicolaus Pontifex huius nominis V. de Medicina, deq; omnibus literis optimé meritus.

Non parua Medicinȩ gloria, nō paucus Medicorum honos, hunc Pontificem adeo multis nominibus clarum Eccleſiæ Præſidem dediſſe; qui merito literatorum Pater fuit ac literarum; cui meritò non tam Muſȩ omnes, quam Gratiæ litatum habent tanquam ſuo Deo. Is enim Medicus profeſsione ac dignitate fuit, Patrēq; Medicum habuit, vt Orbi totique literariȩ Reipublicȩ ſolerte mederetur, ac Medicinam inſtauraret; quā ſpartam etiam nos pro noſtro

Nicol.V. Medicus & Medicifilius magna Medicorū gloria

modulo ſatagimus adimplere. Verum ſat eſt voluiſſe in magnis.

ART. IV.

Medicinæ Apotheoſim deducit Arnaldus ab Hippocrate eius dictatore.

IN Sacrorum Canones relata Medicina, ſuam quoque meruit Apotheoſin, vt antiqui primum, Recentiores dein ſuo ſuffragio comprobarunt.

Medicina antiquis ſacra.

Enimuerò vt ab eo, à quo initium ſecimus in eundem facto per bello circulo à centro ad circumferentiam reuoluti pedem figamus, verè ſcriptum reliquit Arnaldus Villanouanus, *lib. contra calc. c. 4. p. 1569. quod non eſt negligendus Protomedicus Hipp. antè aduentum ſummi Medici Ieſu Chriſti ſpatio annorum multorum*, & licet Medicina diuerſos paſſa ſit manes, ſeneſcit enim Mūdus, & veteraſcit vterque macrocoſmus, & microcoſmus, & quanto vlterius, prolixiuſq; ſenectus producitur, tanto deterius natura debilitata, & exterminata proſternitur.

Medicina ſemper eadē ſed noua de nouo exiſtentibus introducitur.

Hæc autem non abſolutè dicta, neq; accepta eſſe volo, ſed pro parte verificata, vt pluribus probat Vir inclytus, & eximius Naudeus in ſua quæſt. Iatroph. qua probat falſùm eſſe vniuerſaliter humanam vitam noſtris temporibus

breuiorem eſſe, quam antiquioribus, ſed omnino eandem ſacrę Scripturæ auctoritatibus, & rationibus euincit.

Deus ſũmus Medicus.

Moderamini igitur (ſequitur Villanou.) *Medici quod Mundi labor agitet dogmata, & experimenta, antiquorum tempora diuidendo; nec mirandum Chriſto viuente, ſi per modernos agitetur, quod adimpleri non potuit per antiquos, proindè ergo ſic moderatis antiquorũ experimentis, & ſuis dogmatibus ad noſtrum intellectum conuerſis, quibus in medicatione noſtra dicimus gratia Dei ſummi Medici experientiæ meæ ratione comprobatæ adhæſi.*

Ex his in liquido eſt, quanti fecerit Hipp. diuini Medici Ieſu eius præconio imitatorem, ex cuius etiam dictis habetur, *antid. doctr. init. p.* 381. *quod lamentabatur Hipp., eo quod Medicina ſcientiarum nobiliſſima propter indiſciplinam vtentium, & vanè iudicantium, verè eſt præ cunctis ſcientijs ſterilis facta, quæ ab Altiſſimo creata, neceſſitate ſanationis corpori, & animę mortalium vtiliſſima, ac ipſa prętioſior cunctis ſcientijs exiſtens, exaltans capita ſugentium vbera eius in conſpectu Regis, & porrigens fructuum ſuorum copiam in conſpectu Magnatum, quæ etiam neceſſaria ægris ſanandis amplexanda, & honoranda à ſapientibus videtur, prout Spiritus edocet hagiographorum Eccl.* 38.

Medici vtilitas neceſ. ex ſacris.

ART. V.

ART. V.

Elucidatur magis Medicinæ Apotheoſis ex ipſomet Hippocrate.

SED quid immororin mea ſentẽtia aliorum dictis corroboranda, quotus enim quiſque eſt, qui iam non fateatur, quod diuinus Senex in ſuis aureis opuſculis ſæpiſſimè rem prorſus ſacram Medicinam eſſe teſtatus fuerit, *in iure iur.* quod & præcipuè in fine legis ipſius confirmat his verbis *in lege. Cæterum res ſacræ ſacris hominibus explicantur* (cuiuſmodi eſt Medicina) *Medicis tamẽ doctis ad id munus à Deo vocatis oſtentanda, & aperienda prophanis, ſubdit, id fas non eſt priusquam ſcientiæ Myſteriis initientur,* quare antiquitùs huic non indiſcriminatim (ſicut fit noſtris temporibus, proh noſtra calamitas) non admittebãtur, nec cuicumque Medicinam facere concedebatur, ſed tantum doctis, & à natura, & luce (Deo ſcilicet) ad hanc manuductis, quapropter indocti, & ſordidi homines malis moribus, & vitijs imbuti ad hac arcebantur iuxta illud Poetæ *AEneid. 6.*

Medicina quomodo ſacra ex Hipp.

Eius veri filij.

Procul hinc, procul eſt profani.

Modo autem proh dolor?

Fingit ſe Medicum quiſquis idiota profanus
Iudæus, Monachus, Hiſtrio, tonſor, anus.

 Equi-

Equidem ingenuam ; ac nobilem requirit Hipp. *in lege ſua* in Medico natura aptam, à qua ſit ad eam vocatus, & facto impetu pertractus; doctrinam etiam, quæ quam multiplex eſſe debeat, longum nimis eſſet hic aperire, locum preterea ſtudijs aptum, cuiuſmodi ego receſſum in meo Muſæo Rapallenſi elegi, inſtitutionem inſuper à puero, nam ſicut ait *Hor. in Epiſt.*

Et quib' Medijs, & præſidijs, aquiratur.

Quo ſemel imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diù,

Sic etiam, qui à teneris vnguiculis præceptis Medicinę erit imbutus, huic ſe omninò aptum reddit; addit & induſtriam, nam qui durus eſt in alicuius artis, vel ſcientiæ pertractatione, vel exercitatione contrà illam ſemper renitentes habebit felicis exitus remos, & ipſam Medicinam Remoram veram experietur.

Denique tempus requirit, ſine quo nihil perfectum in ſcientijs habetur; ac cum illud, omnia vt maximè edax conſumat; Medicinam tamen complemento pręoccupat; quid? ipſam Dei Eccleſiam non excipio, cui ſapientia à tempore maior fit in dies, ſi credimus Tertulliano.

Sacerdotes Medici eſſet debēt vt ab Æſculapio originē ducentes & Hipp.

Cæterùm hęc noſtra ars, & ſcientia non niſi à Sacerdotibus, qui res ſacras tangebāt, & adminiſtrabant, exercebatur; nam ex doctiſsimi Gaffarelli teſtimonio patet, *in præf. ad Med. Cāp.* quòd *Hipp. etiam ille Medicorum Genius, & princeps, fateri non veretur inter Medicos primas partes Æſculapij tenere Sacerdotes,* ex quibus conſtat rem primò ſacram ab eo fuiſſe exiſtimatam; quare

iuſta, & ęqua lance ab ijs ſactitabatur; non ſolum enim ex ſententia egregij Doctoris Andernaci *Com. 2. Dial. 7. p. 680. turpe ſed impium quoque eſt homines magnis pollicitationibus decipere, ſicut Alexander Pſeudomantes facere ſolebat, dum ſe AEſculapium Medicinæ Deum in ouo Gallinaceo continere fingebat*; bellè quidē hic ouo hominū ingenia veluti oua etiā volutabat, & deludebat; ſed non ſiſtebat ouum cum epigraphe Kircheriana; at iure merito ſimul etiam, veluti cuculus illudebatur, quippè quod oua Medicinæ propria alijs excludenda relinquebat qui ſe Medicinæ ſpurium filium ſic oſtendebat. *Impoſtorū Medicorum exempla & damna.*

Sycophauta iſte ſimilis videtur fuiſſe Menecrati Medico, qui eò demētię ꝑceſsit, vt ſe Ioue ſeruatorē dici voluerit. Quinimo Regi Spartanorū ſapientiſsimo Ageſilao ſcribens, auſpicatus fuit epiſtolam hoc titulo: *Menecrates Iupiter, Ageſilao Regi ſalutem*; cui Ageſilaus Rex *Menecrati Medico ſanitatem mentis, & corporis*. Sed ille nihilominus inſaniens, eò furoris in hoc genere delatus eſt, vt quoſcumque liberaſſet à morbo iure iurando antè ſanitatem receptam adactos, ſecum deindè benè valentes adduceret ſtatis temporibus, tanquam ſeruos, atque ſatellites, ea tamen lege, vt alius quidem Herculis inſignibus indutus, alius Apollinis habitum gerens, alius Mercurij perſonam ſuſtinens, alius alium mutatus in Deum, Menecratem vtpotè Iouem optimum Max. Dij minorum gentium ſequerentur, quod verbis Leonis Sanctij verè doctiſſimorum Leonis Soc. Ieſu proponere placuit *Menecratis Medici Ambitio, ac faſtus.*

cuit in Florid. 9. præf. Sed pergo:

Hippoc. querelæ pro Med. admini-ſtratione.

Scripſit ſanè Hipp. *Ep. ad Democ.* hęc maxime penſitanda pro Medicis, quibus fortuna non fauet, aurea verba; *plus exiſtimo vituperationis, quam laudis apud homines me ex arte ob inuidiam eſſe conſequutum;* attamen verò non erat hic ex Medicorum numero qui per ludibrium à Nerone carnifices (iuſto quidem quandoque, heu nimis ſępe digno, ſed indigno titulo) vocabantur.

Pœna capitis infligenda malis Med. ex Hipp.

Sed hac quidem de cauſa, ſub capitis pęna cautum eſſe deberet, ne quis ad Medicinam exercendam admitteretur, niſi bonus eſſet vndequaque Philoſophus tum naturalis, tũ moralis, quæ eſt ſententia ipſius Hipp. *in lege* his verbis *Ignorantia factum eſſe, vt Medicina omnibus iam artibus tunc etiàm poſtponeretur. Imperitia ſanè malus theſaurus eſt, malaque ſuppellex*; ex ipſius ibidem dictis; at vero argumentatur quod huius palmaris erroris cauſa hęc eſt, quare doletur, *quod ſoli Medicinæ nulla pœna in Ciuitatibus ſtatuta ſit, quam ignominiæ*, ſed verò eam larua quoquo modo obtegunt, & varias, vt in ſcæna fieri ſolet, ridiculas etiam perſonas induunt, pulpita ſocco, & cothurno etiam tragico conquatientes, & infamibus ſe artibus quandoq; obuelantes, & commendantes, quare concludit, *quod fama quidem multi Medici* (vt fert noſtrorum temporum calamitas) *exiſtunt, opere autem valdè pauci.*

Fama Medici multi opere verò pauci ſunt.

Gal. magis Theor.

Quæ ſapienter dicta, cum eiuſdem alijs veriſsima ſunt, cum Hipp. ſententiæ minus longè fallaces ſint, quam Gal., vel aliorũ qui multa,

& multa

& multa quidem ſola ratione edocti perſcripſerunt, nam ratio, ſeu diſcurſus perſæpe fallax eſt, non habita ratione ad antecedentia, & conſequentia; at experientia, quæ eſt rerum Magiſtra, qua Hipp. maxime pollebat, non claudicat; ſed pro foribus clamitat, & veritatem inclamat, & pręfefert.

Hipp. etiã Practicus. Hipp. Phyloſophus omnibus numeris abſolutiſs.

Enim verò cum Hipp. vtriuſq; Philoſophię, tum naturalis, tum moralis fuerit ſtudioſiſsimus, & rationalis etiam peritiſsimus; tamen ipſe Medicinę practicę cum ſpeculatiua rectè iunctę fuit omninò deditus, cui totam ſuam operam, & ſtudia nauauit; ex quo factum eſt, vt omnes ſuos libros tres ob fines conſcripſerit, aut ſcilicet vt Medicũ in moribus inſtrueret, aut in principijs Philoſophię naturalis, aut in artis ipſius Medicinę operibus rectè tractandis, & perficiendis.

Finis Med. Hipp. triplex pro Philoſophia naturali, & morali, & pro Med. ipſa.

Tanti enimuerò bonos mores, & vitę integritatem cum ſanctimonia coniũctam (quippè quod res illi ſacra ſit facienda) & rectam magis etiam diſciplinam in Medico neceſſariam exiſtimauit Hipp. vt quinq; pręcipuè libros in hũc finem exarauerit, *iuramentum* ſcilicet, *de lege*, *de Medico*, *de decenti ornatu*, atq; ab ipſo *pracepta obſeruanda in Medicina facienda*, in quibus eius ſingularis induſtria, labor & ſtudiũ, vt veri legislatoris pro vniuerſi conſeruatione inſudauit, ad Medicum vndequaq; perfectum, & nõ abhorrendum conſtituendum.

Medic. alij duo fines inſeruiunt.

Moralis & Politica Medici Diſciplina ab Hipp. v. libris exarata.

ART. VI.

ART. VI.

Medicorum Abuſus aliqui enumerantur, deque Medicinæ profanatione, & recta eiuſdem exercitatione.

MEdicinam rem ſacram vidimus, eam tamen nefandi quidam, & ſacrilegi Medici profanant, quorum abuſus ex parte enumerandi, contra quos euibranda eſt Hipp. ſententia qui paria quidem facit ſi homo iuguletur ſeu Venenum illi exhibendo, ſeu illum manifeſta ratione conficiendo quod aliqui faciunt ne ægroti deficiant.

Diatritariorum Medic. moſ. A victu autem primum auſpicabimus eorum, qui de genere diatritariorum (quorum Dux Theſalus fuit, vt Gal. 10. *Meth. c. 6.* perhibet) miſeros ęgros conficiunt, diraque fame mulctant. Inuenio in eodem Gal. non modo diatritarios Medicos, ſed ſeptenarios, vt ità dicam, qui ad ſeptem vſque dies à cibis ſuos abſtinere ęgrotos pręcipiebant; non malè id præcipientes, ſi concurrant ea quę id ſuadere poſsint, imprimis ſi ęger nullo tali morbo corripiatur, qui vel oxymel, vel mulſam requirat (etenim Galeno ipſo non improbante) *in omninò*

ad

ad ſeptem vſque dies à cibo abſtinere poteſt: qui ſi ad tres, vel quatuor quaterniones criſis futura videatur, non ità abſtinere poteſt, nec ſola potione ſeruari.

Sanè nō improbo ꝙ ab Herophilo dictū fuit, in manu inſipientis Medici Medicamentū perindè ſe habere ac enſis in manu furioſi. Ità de quibuſdam dicendum Medicis qui indiſcriminatim, nulla habita ratione eorum quæ penſitanda ſunt, ad pauca reſpicientes, non tam facilè pronunciant, quam perperam operantur, cum ęgrotantium diſcrimine. *Dictum Herophili Med.*

E contra vero ſunt qui habenas laxant, vt opiparè conuiuia inſtruant ſuis ęgrotis, non tam Medici quam Coqui, veluti quiſpiam Nabuzardam Princeps coquorum; hi non tam ſuo genio implent miſtionem, vt ait alicubi diuina Scriptura, quam mulierum querimonijs vinci ſe patiuntur, quę ęgrotos ſuos gulę irritamentis, non pharmacis curatos vellent. Hę Æuę non deimemores porrigunt, non tam pomum Medico, veluti Adamo (quod facetè, & argutè dictitare ſolet Sebaſtianus Baldus) quā porcum ſaginatum pinguemque. Pingueſcunt ęgroti, morti tanquam pinguior victima deſtinati, buccella gratioſior. O ſeculi cæcitatem? *Medici Imitatores Nabuzardā Principis Coquorū*

Quid autem à mulieribus iſtis non expectes, ex quarum nugis, & affranijs, & affanijs Medici quandòq; honor, & nobilitas conſtituitur, quę ſola garrulitate Rhetorum omnium ſuperant ſubſellia? Sed quid? occumbit æger, & dū Medicus imprudens arguitur, ipſe plectendus, & vt ait Ouid. in Epiſt.

Cauſa

Cauſa mali tanti fœmina ſola fuit.

Medici à fœminis nobilitati. Sed quæ eſt improbitas morum noſtri temporis, non tam pręposterè diuitijs inhiant, placentes fœminis, & complacentes, ſed hanc primum metam reſpiciunt, vt apud fœminas gratioſi, earum linguis anſerum more (vt parœmia fertur) obſtrepentibus, facie earum tanquam ſatellitio ſtipati, ęgrotantium turmas poſsideant, palatia Principum, Regumque habeant. Equidem vt rectè Hieronymus dixit *Ep.* 10. ad Furiam *Exit fama de mendacio, quæ cum ad Matronas peruenerit, & earum linguis fuerit ventilata, prouincias penetrat.* Videas non tam ignorantiam ditare multos, quod dixit Hipp., quam malitiam execrandam, omnibus diris dignam, ferroque plectendam.

In querimonias laxarunt calamos Proceres etiam Medicinę Hipp. inquã, & Gal. *in Epi em.* pręcipuè, dum indoctos aliquandò ſibi præferri animaduertebant. Quid inquam indoctos, circumforaneos noſtra alit ætas, impoſtores ſycophantas, & qui decipulis orbem illudunt deceptum miſerè, & trucidatum impiè eorum fucata calamiſtratis verborũ phalleris memoriter farragine circumſtipata prolata, ſed confuſa Oratione vt notat Card. in proem. *ſect.* 4. aph. Hipp.

Sũt hi ſæpe numero pręſtigiatores, acetabularij, qui fallacijs ſuis, & caliculis, vbi diù plebem tenuerint, diuendere ſolent.

Nitelas oris ex Arabicis frugibus,
Tenuem, candificum, nobilem pùluiſculum

com-

Complanatorem tumidæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ reliquię,
Ne qua viſatur tetra labes ſordium,
Reſtrictis fortè ſi labellis riſeris.

Circulatorum Medicina forſantica.

Hoc genus adulterinę Medicinæ quidã Medicus ſuperioribus facultatibus Medicinęq; aſſentiens lepidè, vocabat voce ab Italis petita φορφαντικην, forſanticin non ineptè.

Cęterum quod peius eſt dantur etiam alij, qui volentes dedita opera errores committũt, (cuiuſmodi vt.plurimum Chyrurgi malorum morum ſunt) pręſertim cum lis pendet & ne eorum operum quęſitores deſint, neque illos etiam pecunia ab ijs eroſa, & corroſa defficiat, at hi pheretrum non Medicinam iubent afferri, & carnifices Antropophagos ſic ſe eſſe profitẽtur, ſed etiã quod peſsimũ eſt abſq; pęna multos occidũt, ꝙ maximo ſupplicio à principibus in indoctos, & prauo malignoq; animo ductos eſſet animaduertẽdũ pro eorũ delationibus apud Iudices, in quib⁹ manifeſtè cũ periurio eos decipiũt, vel max. ægroto vel offenſori damnum afferũt.

Auaritię ꝑ Med. mala.

Qua pæna plectē di eſſent mali Medici.

Vbi eſt dignitas illa, plena Maieſtatis Medicinę? non ne hic iure reponam *qui nutriebantur in croceis amplexati ſũt ſtercora Theren.* 4. equidẽ dum ſeculum increpo, quod Empiricos puros putos à ſcientificis Dogmaticis non diſtinguat bonos excipio, doctos ac perfloridos Medicos quorum virtus doctrinę conſona facit vt illud Horatianum vſurpem.

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.

Hi profecto ſunt, qui bene meriti de huma-

no ge-

no genere, Regum honore & muneribus digni ſunt *in æternum & vltrà.*

Hi à modeſtia clari, veritatem colunt ſine cothurno, nec ampulloſis verbis delectantur, ſed infirmis medētur Virtute duce, comite Fortuna. Panaceam nō tam ad morbos expugnādos ſecum ferunt, ſed ad peccata extirpanda radicitus, in vtrumq; parati Sacerdotum functi officio, & Medicorum. Mirum ſi ex his vnus;

Medici, vũ perfectorum delineatio.

Proijcit ampullas, & ſexquipedalia verba.

hic enimuero iure merito nomine à me inſcripto in libri fronte condecorandus.

Non indiget fuco Veritas, quę ſolum timet abſcondi, vt ait Tertullianus. Hos, ſi quando conſultatione opus ſit, videas non inutiliter moroſos, ſed ſolidos metam attingere, ideam morbi primum aggreſsi, prę-eũtibus ſignis, & libratis ſymptomatibus, cauſis exin in medium adductis, ſiue externis, ſiue internis quæ faciunt ad curationem quoquo pacto; vt hoc pacto prognoſim aggrediantur, & optimam, & ſecundum Canones pręſcriptam curationem, vniuerſalibus primum, & præcautionem reſpicientibus admiſsis, exin reliquis cōceſsis poſteà, vt in curationibus agitari ſolet, quemadmodum exemplo febrium putridarum Gal. facit *l.* 8. 9. & 11. *Meth. medendi.*

De ingreſſu ad infirmos ſcripſit egregie Iulius Cæſar Claudin' Bononienſ. Medicus, & è noſtris Bartholomeus Turrianus Rapalligena meus, qui ad amuſsim non tam Medicinæ Canones docet expendendos, quam ſe verum ac germa-

num

num oſtendit egregiè Hipp. Medicorum Principis aſſeclam non pœnitendum, in lib. de Medica conſultatione, ſiue *Bullatr. l. 2.* *Turrianus Med. laudatur.*

At quę eſt noſtrorum temporum miſera conditio, nullum eſt diſcrimē inter Medicos (paucis exceptis) & circulatores; niſi quod Medici opera, factaque ſua quibuſdam velant rationibus, & Gal. auctoritate ſemper in vtramque partem expedita, & facilè accommodanda ſuffulicunt, illi verò ſua ſic obtegere neſciunt, ſed quandoque ſuo malo, & damno Gal. dicentem & ſibi potius contradicentem, & ſomniantem quoquo modo abſque pręmeditatione (ea ratione ducti, quod qui garrulus, & obſtrepens eſt, plus ex vulgi mente inſanâ ſciat, & melius operetur) producunt. *Medici noſtri tēporis ſimiles ferè ſunt Agyrtis circum ambulonibus.*

At verò ſicut alearum, vel aliorum iocorum ludicris ludis, à manuum celeritate tantū dependentibus, adſtantium oculis circulatores imponunt, ſic & iſti hominibus ipſis, & eorū ingenio, & cerebro, & vitę (quod peius eſt) technas, doloſque ſuis ſamnionibus conſtruunt, quibus decipiuntur, & in foueas ab ipſis paratas, non tamen prę ignorantia craſsiſsima animaduerſas volentes, nolentes pertrahuntur, & cadunt, quare hi meritò quidem potiori iure ab hominum cœtu eſſent diris, digniſque pęnis excludendi, & protelandi, non autem viri Docti, qui Medicinam ſacram ſanctè, pièque faciunt, qui ab omnibus deberent collaudari, & amplexari, & maximis honoribus, & pręmijs cohoneſtari, vt Dei ſaltem pręcepto, ſi non ſibi ipſis, *Circūforaneorū mores, fraudes & damna.*

quod

quod ex naturę appetitu intendere deberent, ſatisfacerent, contra quos linguę gladium euibrat ſanctis. Pontif. Max. Leo *p. ep.* 85. Empyricos perſtringens his verbis: *Valdè iniquum eſt, & abſurdum quod imperiti Magiſtris, noui antiquis, rudes præferantur eruditis*. Contra quos etiam calamum acuit D. Greg. *in Mor. c.* 28. hoc pacto. *In præcipitium pedem porrigit qui menſurarum ſuarum limites non attendit, & ſæpè amittit quod conſequi poterat, qui indiſcretè audet arripere quod nequibat*, ſic enim illi operãtur ſed malè, ſpondent enim quæ non poſſunt, & loqueis illaqueant, pecuniamq; eradunt, & vitam corrodunt.

Medici boni quibus nominibus habendi.

Cęterum verum etiam nigro theta obſignari debent ij, qui nullo vnquã verbo niſi inſulſo, & ex ſucco veluti miſeri Therſites, & Bubones funerei ſubtriſtes, & melancholici ægroto, vel adſtantibus ſuę methodi, & curationis normam, & rationem prębent, vt docet pluribus Meyſs. de interrogationibus ægroto, illiuſque morbo inſeruientibus neceſſariis, & congruis faciendis, quibus morbus adamuſsim ex piſcatur, quod eſt, maximè animaduertendum, & non muliercularum dictis, & remedijs ſubito propinatis eſt acquieſcendum, quod quidem pręcipuè notat Hipp. *l. de Med. purg. t.* 3. pro Medicamenti exhibitione, vbi poſt multa concludit *Turpe enim eſt, & idem calamitoſum Medicamento purgante dato hominem occidere*.

Interrogationes Medico neceſſariæ.

At illi ſic benè ſuam ignorantiam, & librorum defectum, vel difficilem, vel vt clariùs dicam, nullam eorum intelligentiam, velant, & obnubi-

obnubilant;malè etiam agunt ij, qui proijcien- tes bullas,Stentoreo oreLycambeo tamen vocando,auctorum cateruatam, conglobatamq; farraginem gutturatim vnico flatu perſonant, abſque vlla ratione ſua dicta præmunientes.

Frrores Medicorum in viſitatione Infirmorũ, et in conſultatione.

Peſſimè denique ſe gerunt illi, qui ſuo genio & cerebro nimis indulgentes longo verborum ambitu, & flexuoſis Meandris intercepto abſque vlla auctoritate in conſultationibus, & ægrotorũ curis inſtituendis, & peragendis diſcurrunt.

Calũniæ Medicinę à quibus & quomodo ſint.

Impiè autem, & ſceleſtè agunt illi, qui lucri ſpe præſidia ambigua, & periculo non vacantia exhibent; quare Heſiodus dicebat: *noli malè lucrari, mala lucra damnis peſſimis, & maximis æqualia ſunt.* Menander etiam ait: *lucrum malè ne capere velis, quia damnum ſemper affert, turpia enim etiam lucra calamitates pariunt.*

Audi vero Caſſiodorum: *in ſua natura honeſta ſunt lucra per quæ nemo læditur* iuxtà illud D. Pauli *1. ad Teſſal. c. 5. quod bonarũ eſt ſectemini inuicem, & in omnes omnia probate, quod bonum eſt tenete*; non enim quoquo pacto Medicus debet Medicinæ manus adhibere, ſed prodroma, & manuductrice experientia in ſuis operationibus incedere iuxtà cõſiliũ Aretei *lib. 1 mor. acut. c. 2* qui ait: *omnium bonarum artium magiſtra eſt experientia; ipſam verò periculi faciendi rationem, imperitiamque timoris, & cautionis cauſam eſſe oportet.*

Nefandè operántur nimis ij, qui ex Hipp. ſenténtia crudeles ſe prorſus Medici exhibent,

qui morbos quos poſſunt paucis diebus, vel horis repellere in longum tempus protrahere, & ægros tanquam in redditus habere ſtudent referente Plinio Valer. *in lib. de morbo ſacro*, quibus ad ſtipulatur Sapiens prou.c.3. *ne dicas Amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare*, Gal. etiam aſſerit *lib. 9. de plac.* Hip. & Plat. *c. 5. quod Medicus qua Medicus eſt corpori conſulit; qua verò ob aliud quid hoc agit, alio certè nomine erit apellandus*, quod clarè explicat pro diuitiarum appetentia *lib. qui opt. Med. ſit & Phil. & 1. Meth.* quibus adſtipulatur Eccl. his ſacris verbis. *Auro nihil eſt ſceleſtius, nihilque iniquius, quam amare pecuniam, habet enim animam ſuam venalem* quod ſi in aliquo, præſertim in Medico cautum eſſe debet, inuenitur enim aliquis cuius ſum auritus teſtis qui ſacrilegè profari audet ſcire ſe mederi vili, & magno pretio, & habere pro omnibus ſic aptas, & congruas Medicinas, & iuxtà pecuniæ erogationem iam ſtudio paratum, vel de nouo parandum promptum habere; Proh dura impietas!

Medic. Auaritia peſſima

Medic. mala operationes quæ.

Non equidem improbo ſtudium eorum, qui ſelectas doctrinas habent, quas præcipuè adornant; vndè ſuis ægrotis, & adſtantibus extemporaneas quaſdam curationes, comptas tamē, nec è triuio ſumptas, floribus eruditionis redimitas, Hipp. & Galeno Magiſtris, non ſine ſtupore ac laude recitant, locis communibus res, ſpartamque ſuam adaptant, vt ſi quando caſus occurrerit, veluti è theſauris depromant; non improbo hunc conatum, imò admiror, ſcioq;

Politica Medica quorumdam.

Amicum meum Medicum id non ſine laude facere, ac quęſtu; ſcio etiam celebrem Galileū Aſtrologū illū peritiſs. aliquid huic ſimile ſolitum factitare, ſæpeq; in eo id obſeruaui, ſi quādo de eadem re, & materia fortaſſe dicendum fuerat: repetebat enim exactè nullo variato ordine, quæ ante paucos dies diſſeruerat, ipſa doctrina intacta, nec mutilatis periodis: Hinc non iam verba, ſed oracula fundere videbatur, tantus erat doctrinę apparatus, adeò pretioſa non curta ſuppellex, vt non immeritò viſus ſit tanquam è teſtamento aſſeclis ſuis reliquiſſe illud Pythagoricum impretiabile *Ipſe dixit*, quibus etiam digito cœlum tangere poſſe perſuadebat.

Illuſtriſs. Aſcanij, & Octauij fratrū Picolomineorum cōmendatio, & ſymbola.

Nec ſemel id obſeruaui, ſed pluries cum de varijs doctrinæ locis agebatur: hoſpitabatur enim tunc apud Illuſtriſs. ac Reuerendiſſimum D. D. Aſcanium Picolomineum Senarum Archiepiſcopum, ac Mœcenatē meum ſemper Auguſtum, Platonis medullam, an animam? De hoc Magno Pręſule, ſi pauca dicam, iniurius pro meritis eius maximè ero, cui nullus ſufficit honos, Mineruam is coluit vti matrem, Martem coluit frater alter Dux imperterritus, bellique fulmen Octauius Picolomineus, vti patrem. Ad metam aſcendit imperuiam noſtris, dum raptus it à manu Martis; vnde non ineptè Symbolum Heroicum ſuo fulmini adſcripſit Epigraphem.

Quò me dextra Iouis.

Lituum vero, calamumque pro ſymboli corpo-

re Aſcanio Præſuli non ineptè quis dederit, ſuperſcripto lemmate. *His artibus.* Nam his artibus itur ad aſtra.

Ac vtrique etiam illud dictum tritum licèt, & decantatum accommodatur, ſcilicet quod ſint.

Duo fulmina belli.

Mercurialis inquam, & Martialis, hi enim Togam cum Armis pacem inire fecerunt, & cohabitare ſtuduerunt memores etiã illius aureæ ſentẽtię S. Iob. quod *Militia eſt vita hominis ſuper Terram.*

APPENDICVLA II.

De mulieribus Medicis inſignioribus.

Medicorũ munus, & onus.

MEdicorum munus eſt infirmis imperare quæ illis neceſſaria ſunt, non autem iiſdem morem gerere, ità vt quidquid petant fœminarũ præſertim importunitate concedatur, quod quidem eſt contra Patrum Medicinę decreta Gal. teſte 1. *Meth. Med. c.* 1. *Veteres enim Medici ab Æſculapio oriundi tanquam Duces militibus, & Reges ſubditis imperare ægris voluerunt, nequaquã verò Getarum, & Tibiorum, & Phrygum, & Thracum Emptitiorum ſeruuli ritu parere, atque obſequi*; quæ eſt Platonis ſententia ſuperius allata.

Verum cum Medicos bonos à prauis ſeccreuerimus, neceſſe hic etiam eſt (ne nimis iniurij in

in Mulieres, & Viragines ſimus, & earũ durif- ictibus, & irriſionibus occupemur,) vt aliquas enumeremus, quę album Medicinæ calculum ſtudio, vel experientia edoctę adhibuerunt, quæ quidem in numero earum quas deſcribit ſapientiſs. *Prouer.* c. 38. reponi iure merito debent, inter quas. *Mulieres Medicæ*

1. Elucet Cleopatra Regina Ægypti de qua Gal. *l.* 4. *de loc. c.* 7 Aetius *tetr.* 2. *ſer.* 4. *c.* 6. Paulus *l.* 3. *c.* 2.

2. Auicennas *l.* 5. *ſum.* 2. *tract.* 2. Collyrium à muliere compoſitum, & vſu comprobatum deſcribit.

3. Ægineta *l.* 3. *c.* 5. *rubr.* 2. refert mulierem ſolo Epitemate ab eo fabrefacto hemicranicos curaſſe.

4. Aetius *tetr.* 2. *ſer.* 2. *c.* 68 tradit mulierem quãdam achoras peculiari curaſſe remedio, iſq; ſępè ac ſæpius Aſpaſiam citat.

5. Scribonius Largus *l. de comp. Med. c.* 12. & 22. refert Matronam quandam nunnullos ab Epilepſia, & colica Romę liberaſſe.

6. Theodorus Priſcianus *l.* 3. *gynæc. in præf.* refert Victoriam Mulierem fuiſſe Medicam, ex quo elicitur aliquas etiam Mulieres extitiſſe nõ merè Empyricas, ſed Methodicas, & Dogmaticas veram ſectam ſequutas, quæ in conſenſu multitudinis in doctrina, ſiue coaceruatione dogmatum, quę ex certis principijs ſe mutuò proſequuntur conſiſtit.

7. Plinius Medicinæ inſenſus *l.* 28. *c.* 7. ibi non calumnioſè refert Elephantidem Medicã,

à qua deſcriptum eſt emplaſtrum Elephantinum deſcriptum à Celſo *l. 5. c. 19.* quamuis Celſus hoc potius eo nomine inſigniri cenſeat alia de cauſa.

8. Idem tamen Celſus *l. 5 c. 7.* Arthemiſiam Mauſuli Regis Cariæ vxorem Medicam fuiſſe teſtatur, & herbam mulieribus familiarem pro earum proprijs morbis ſuo nomine Arthemiſiam nuncupaſſe.

9. Diodorus Siculus *l. 5. bibl.* Circem refert Solis, & Perſes Nymphæ filiam, quę plurium herbarum vires ad Venena inuenit, à qua herba etiam quędam Circæa dicta eſt, cuius Metamorphoſes ſunt omnibus decantatæ; & quia Maga ex D. Hier. interpretatione Medica cenſetur ideò fortaſsè antiquitas eius Medicinam figmentis, & inuolucris obuelauit, ne cuique obuia eſſet, quæ in Arcanis reponebatur.

10. Hippocr. ipſe *l. de ſeptimes.par.* ait *Mulieribus quo ad partum fides habenda eſt, ac præſertim ijs quæ inditio prædita ſunt*; quò fit vt congruenti nomine Italicè (la Comare) libri qui de partu agunt, inſcribantur.

11. Aponenſis *in addit ad lib. Meſuef. c. de indigeſt. ſi m* ait ſe vidiſſe multos caſus deploratos à fæminis perſanari.

12. Hyginus denique *fab. c. 274.* refert fuiſſe ſancitum apud Athenienſes vt ingenuæ fęminæ artem Medicam addiſcerent; quod nec à Iuris peritis denegatum eſt vt patet ex Iuſt. & Tiraq. *de nobil.*

Quibus adſtipulatur diuinus Philoſophus

5. de Reg.

5. *de Reg.* vbi vult mulieres perę que ac viros ad Medicinam, & alias diſciplinas habiles eſſe, cũ in ijs non ſolum claruerint ſed *Mulieres multa multis viris ad multa præſtantiores ſint* quod & Suidas apud Volaterr. confirmat; non enim ſcientia in prolixa barba, neque per varios meandros deducta & bene compacta conſiſtit, ſed in Animi ad omnia promptitudine. *Mulieres omnibus ſcientijs aptæ.*

APPENDICVLA III.

De Honoribus, & Præmijs Medicinæ.

Vidimus calumnias, & impoſturas ab aliquibus Medicinę inuſtas, & pęnas ijs debitas, reliquum eſt vt bonis prę mia deſtribuamus, vel ſaltem enumeremus aliqua ſelectiora, cũ longũ nimis eſſet quę de Honoribus, & Honorarijs veris Medicis condignis cateruatim Gloſſatores, & Hiſtorici tam antiqui quam recentiores referunt, recenſere.

Medicus enim vero dicitur ex Hębreo Aſtrologus, ſeu (vt R. Abraham vult) qui brachij pulſu, aut Vrina cognoſcit corporis affectus, & ſomniorum multitudinem, ex quorum interrogatione morbi animi peſſimi inueſtigantur. *Medicus qui ex Hæbr.*

Recenſeamus autem primò inſigniores aliquos Reges, & Principes viros de Medicina benemeritos, vt quæ prę mia habuerint alicui *Reges & Pricipes Med.*

mirum non videatur, ars enim hęc nullo poteſt digno honore condecorari.

Enimuerò Sabor, & Giges Medorum Reges, Sabid, & Euax Arabum, Mythridates Ponti, & Hermes Ægyptiorum Medici inſignes fuere, vt nouit antiquitas.

Meſuē Regis Damaſci nepotē, & Auicenā Cordubæ Principē fuiſſe omnibus eſt in cōfeſſo.

Prętereà Auguſtus Cęſar Medicinas adinuenit,, quibus & ipſe, & Medici poſteà vſi ſunt, vt videre eſt in eius vita.

Tyberius paſtillum compoſuit ad herpetas Gal. teſte.

Hadriani, & Iuſtini antidota à Medicis cecelebrantur.

Kabithi Regis Medica nonnulla ab Auicennà recenſentur.

Rex Medorum Iacibuſſa, & Rex Kemud vt teſtes Medicinę habentur in Comment. Serap.

Lyſimachus, Gentius, Eupator, ac Clymenus Reges arte Medica inſtructi ſua plantis nomina perennarunt.

Iuba Rex Mauritanię Euphorbiam herbam celebrauit.

Archelaus, Hiero, Attalus Reges de Plantis perſcripſere, vt cęteros taceam qui habentur in Thea. Chym.

Mercedis Operarij Medici neceſſitas

Dignus enimuerò eſt *operarius merc de ſua* ex D. Paulo 1. *Corint. cap. 3. & iuſtum eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium*, vt habetur ex Caſſiod. *lib. 3. epiſt. nutriunt enim pramiorum exempla virtutes.*

Prę-

Præcipiebatur etiam in Leuit. *cap.* 19. quod *non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque manè*; quod & Thobias *cap.* 4. filio iubebat, vndè malè in hoc tãtum peccat Tiraquel. dum ait, Medicinam eſſe artem locupletiſſimam illis Iſaię *cap.* 3. verbis admonitus: *non ſum Medicus, & ideò in domo mea non eſt panis; neque veſtimentum*, nam vt egregiè ait Iuuen. Sat. 7.

Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nullus.

Tamen etiam adſunt exempla quamplurimorũ, qui Medicina maximè diuites ſunt effecti, quorum Cathalogum non eſt hic locus inſtituere. Sed admonetur Medicus meus à verbis Diui Lucę *cap.* 16. *eſtote contenti ſtipendijs veſtris*, vt Medico redditu, habito reſpectu ad perſonas, quibus Medicina adminiſtratur, contentus ſit, cum ſic ditior facilius euadere poſſit, ſicut enim. *Qualitas & quãtitas.*

Gutta replet puteum. non bis; ſed ſæpè cadendo.

Ita etiam ſi omnibus, & pręſertim pauperibus gratis (vt tenetur) Medicina fiat ex continuo redditu fiet crumena pinguior.

Verum *Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate*, vt ait Script. cui conſonat Menander his verbis *lucrum puta lucrum ſi iuſtum eſt* & Heſiodus etiam.

Turpia lucra fuge hæc, quia ſunt æqualia damnis.

His omnibus adſtipulatur Caſſiod. *lib.* 9. *epiſt.* 14. *Commodum debet eſſe cum modo, nam ſi menſuram qualitatis exceſſerit, curam ſui nominis non habebit.*

Verum pro Medicinę condignorum pręmiorum enumeratione omitto antiqua quę Hippol.

Arta-

Artaxerxes obtulerit, quę Phallaris Polycleto Meſſenio dederit,quęque etiam Alexander Magnus Critobulo ſanato Philippo eius Patre condonauerit.

Præmia Medicis data.

Silentio inuoluo quę Democrides à Polycrate Tyranno Samiorum habuerit, qui etiam aureas compedes à Dario Perſarum Rege accepit; quantum etiam Crinas opum moriens reliquerit, cum iam viuens proprijs ſumptibus Vrbis muros inſtauraſſet; ſed non iam hæc noſtra tẽpeſtate Medicinę eueniunt,at vero quantis diuitijs affluentes fuerint à Medicina facti Virtute comite teſtes quamplurimi in hac noſtra Ciuitate palam faciunt.

Notandum tamen eſt quod Eraſiſtratus ab Antigono curato eius filio ſexagies mille aureos Philippeos acceperit, ſed ad recentiores aliquos gradum faciamus.

Thadeus Florentinus non niſi quinquagenis aureis coronatis in ſingulos dies pactis extrà Vrbem proficiſcebatur, idẽ vero cum ad Honorium Pontificem Max. eius nominis IV. vocatus eſſet centenos pactus eſt, & tamen longè breuiori ſpatio quam trium menſium decies mille accepit, ſed hæc aliquam etiam auaritiei labem Medicinæ inurunt.

Philippus Cominus Argẽtorati Princeps refert Iaquem Cotierum quinque menſium ſpatio præter pinguem Epiſcopatũ habuiſſe quinquaginta quatuor millia aureorũ à Ludouico Gallorum Rege XI. cum tamen & ipſe hoc morbo obierit; ò dignam tanto Rege remunerationẽ!

CAP. XIII.

CAP. XIII.

De proprijs Medicinæ rationibus ipſam illuſtrantibus.

EX his firmiſſimis ſanctiſſimiſque au-ctoritatibus, & rationibus hucuſque productis; etiam ſi ſatis, ſuperque quòd à principio propoſuimus probatum ſit; maioris tamen exercitationis, & dilucidationis argumenti gratiâ nonnullas adhuc rationes; & eas quidem præclaras ex ipſiuſmet artis auctoribus; & natura rei deducere poſſumus; non ſolum enim Chriſtigenæ Medicinam ſacram eſſe cognouerunt; & affirmarunt; ſed etiam Ethnici, quorum aliqua in medium afferemus.

Atque in primis Ægyptij; & aliæ pleræque gentes illos omnes; qui Medicinam egregiè fecerunt, delubra ijs dicantes; diuinis, & maximis honoribus ſunt proſequuti; Medicinæ namque auctores, & curatores Deos eſſe arbitrati ſunt; vt refert *Quint. Auus Decl.* 268. ſiue quia tantùm huic arti tribuerent, vt eam vix crederent humanis potuiſſe ingenijs inueniri; ſiue quia Medicina per ſe ſacra res eſt, & Deorum doctrina ex *Lucian. in Med. abdicato* ſiue poſtremò quia Medicinę cognitio, & peritia à Deo multiplex, & vaſta adeò eſt, vt non niſi diuini-

Aethnici Medicinam ſacrã agnouerunt.

Delubra Medicis excitata.

diuinitùs exactè percipi queat, quod quidem argumentum doctiſsimè proſequuntur magni viri Iulius Guaſtauinus ſummus Medicus ac Patricius Genuenſis *In op. poſth. de vitis Med.* qui eſt Socer Cl. Viri Io: Baptiſtæ Bouerij celeberrimi Camilli filij, qui Medicam artem vndequaque perfectiſsimè exercuit, cuius veſtigia eodem virtutis, & fortunæ fauente Zephyro ille calcat, & Renatus Moreau Medicus Regius Pariſienſis de Rep. litteraria optimè meritus *De vitis Med. antiq. & recent.* ſed ad ſingulares auctorum ſententias, & præceptiones deſcendamus.

Hippoc. Max. Medic. Iuſiurandum.

Hipp. primò Medicinę parens quam pulchrum quamque ſanctum nobis reliquit iuſiurandum; vt cætera taceam, non ne ex illo cognoſcimus diuinum illum virum de hac arte maximam, dignamque habuiſſe exiſtimationem?

ART. I.

ART. I.

Medicinæ dignitas, ac difficultas explicantur.

EFfatum fuit ſummi Medici, vitam breuem eſſe, artem verò longã in illo aureo Aphoriſmo, à quo liber initium ducit Hipp.; addit Hipp. iudicium difficile, & experimentum periculoſum, ex iſto ſemine veluti ex grano ſinapis, tota Medicinę dignitas deſumitur.

Vita breuis dicitur, ſi ad longæuitatem artis comparetur, etiam ſi ad Neſtoreos annos peruenias; enim verò Medicus Philoſophus ſummus ad hanc ſcientiam aciem intendere debet, & ſine Philoſophia prodroma, quid habes niſi Empiricum rudem, nomine tenus Medicum, qui habet titulum ſine re. Hoc probat Galen. ſolerter eo libro, in quo oſtendit, quod optimus Medicus debeat eſſe Philoſophus, ſi non afflet veluti Zephirus quidam ſuauiter Philoſophia, actum omninò eſt. *Qualis debeat eſſe Medicus.*

Cum Philoſophiam dico, quidquid Cœlum, terraque continent in ſinu intelligo, vegetabilia nimirum, animalia, & mineralia, & Cœleſtia ipſa; imprimis verò ipſum hominem, qui microcoſmos eſt, Mundi compendium, obiectum

obiectum Medici, non tam vt ſanabile eſt, ſed vt ſic omninò eſt, cùm cognitio eius ad Medicum ſpectet, vt nimirum dignoſcat elementa hominis vſque ad faſtigium, & culmen: Itaq; temperies, parteſque omnes, humores, & vt ait Hippocrates, impetum facientia, ſpiritus intelligo, & quidquid in abdito reperitur, notiſsimæ Medico eſſe debent. Sola Anatomes in tot partium myriades diſtributa, explicata ſuis vocibus, quam difficilis eſt? Quid non pariat admirationis liber Galeni de vſu partium ità graphice deſcriptarum, quid non Fernelius politiſsimus vir, Andreas Laurentius ille celeberrimus laudis apud omnes non ſunt meriti?

Naturalis generis cognitio difficilis.

Si à naturali genere, ad non naturale deſcendam, ecce de integro Medicina difficilis. Nam quę ad cibum & potum attinent, ad motum & quietem ad animi paſsiones, & reliqua non naturalia vocata callere debet Medicus, quę omnia ingentes tomos pepererũt. Quid de morbis dicam, de eorum complexu ac differentijs, calamus me deficeret & atramentum, ſi omnia ſingulatim enumerare vellem. Auguſtini tantum locum repono, cum ait: *morborum adeò numeroſa ſoboles eſt, vt nec cuncti Medicorum libris comprehenſi ſint*, *lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 22.* noua in dies emergunt morbi genera, quæ nec Hercules ipſe compeſceret trabe armatus, & claue, (vt cum Seneca loquar) quamquam decimum tertium laborem adhiberet.

Non naturalis etiam.

Non immerito igitur Dauid Pſaltes Regius vocem *Rephaim* ad Medicos ſimul, & Gigantes tran-

tranſtulit quæ (eſt obſeruatio cl. Sebaſt. Baldi) pſal. 87. nam vocem illam, *aut Medici ſuſcitabunt*, transferunt alij, *aut Gigantes ſuſcitabunt*, & vtramque lectionem retinent D. Auguſtinus, & Magnus Bellarminus in comentario huius loci.

Medici Gigantes maximi & quomodo.

Non hic aſſero cum Plinio *lib. 25. cap. 2.* occiſum draconis catulum reuocatum eſſe ad vitã ab herba bali, quemadmodum vſu herbæ ipſius, de Tillone à Dracone occiſo memorant: non accipio quod ait Iuba in Arabia hominem reuocatum ad vitam ab vſu item cuiuſpiam herbę: nec valet ſuffectus floridus ſanguis, vegetuſque marcido emiſſo, cuius vice reponatur; non viuentium afflatus, quomodò ferunt muſtellam interemptam, ſpiritu, & voce parentis in vitam reuocari, & Leonem inanimem partũ inhalando viuificare, quod ad Chriſtum dominum egregiè tranſtulit doctiſſimus Petraſancta imperio Æterni Patris à mortuis excitatum, dum figurato leunculo mortuo, & Leone vociferante, hanc poſuit epigraphem. *Rugit, et exuſcitat* ſuo de ſymbol. Heroicis libro: non denique calor cum putredine miſſus ad vitam reuocare poteſt hominẽ mortuum, nec vlla medicinæ ope adiuuari, quidquid aſſerat ab Eraſto 3. p. citatus Paracelſus, nam id negat omninò Dauid, cuius *Lingua eſt calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, & vt ait nonnemo.

Mizzaldi nugæ.

Reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor eſt.

Habet prognoſim Medicus, vt non tam Gigas dici mereatur, quam Deus quiſpiam, nam euentus

euentus morborum ac tempora habet in pondere ac menſura optimus Medicus (quod vt plurimum intelligo.) Caeteroqui ſcio poſſe decipi in tanta circumſtantiarum varietate, quia inhæret ſubiecto fluxum patienti, vt ità dicam, & cum à re etiam leui perturbetur ordo ſcientificus, nunquã aliàs errori obnoxius. Verum Galenus alijque proceres non ne admirationẽ intulere ſui prognoſeos in morbis euentu admirabili? Magos potius, aut diuinos homines dixiſſes, ac veluti enthuſiaſmo captos, quam Medicos, adeò diſtinctè de morbis prę́ſagierunt, de euentu ipſorum, deque temporis momento, vt de eis merito effari potuerit: *Anunciate nobis quæ futura ſunt, & dicemus quia Dij eſtis vos*, quę fuit Proph. Iſaię vox.

Contrà Leguleios quoſdã.

Falsò itaque Ioan. Garcia Iureconſultus de nobilit Gloſſ. 48. §. 4. *nu.* 2. Gamar de excell. legalis ſcientiæ ad finem cenſuerunt Medicinam liberalem artem non eſſe; ſed hi leguleij potius quam Iuris periti vocari poſſunt, cum Medicis ſemper largiſſimè fauerint Imperatores eoſq; nobilitate decorarint; quod vt in l. 1. §. Medicorum ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus Vlpianus ait, *ſalutis hominum curã agunt*: extantque inſuper eius rei monumenta plurima in multis titulis Codicis, vt de *Comitibus*, & *Archiatris, de Profeſſoribus, & Medicis* vbi dicitur prę́clarос Medicos per leges conſequi nobilitatem, vt Comitibus in priuilegijs ęquentur l. cum te Medicum, & l. Medicos 6.; ſed habeo aliud quod ſcribam, aiens Medicinam propriè,

Celeb. Medic. Paulus Zachia, & Canonherius Medic. digni Patroni.

& exactiſſime eſſe ſcientiam, ſuis principijs vniuerſalibus innixam, non loquor hic tantum de diagnoſtica parte Medicinę, & prognoſtica, ſed etiam de terapeutica, ſiuè curatiua, vin' audire Galenum? *Quod enim, inquit, artis conicturale eſt, id maximè in affectionum cognitione conſiſtit: quæ vbi inuentæ fuerint, curationẽ, non coniecturaliter ſed ſcientificè indicant.* Imò ipſemet Galenus *lib.* 1. *de alim. facultate cap.* 1. duplex demonſtrationis genus in Medicina indicat, vnum cuius principia ſint à ſenſu, aliud, quod principia accipit à notione euidenti, & vtroque ſe poſſe vti affirmat. Quapropter licet Medicus ſuas in Medicina coniecturas habeat in ſenſu deſumptas, non ob id tamen Medicinæ irrogatur nobilitati iniuria; nã etiã habet ſua principia, quale eſt illud, *contraria contrarijs curari*, ſcientificus etiã eſt habitus ad remediorũ inuẽtionẽ, adeò vt in ea etiã poſſit (Galeno ſic cenſente *lib.* 3. *de loc. aff c.* 2.) demõſtratio ipſa vincere experientiam; audi tù impoſtor Galenum: *Igitur per artis exercitationem comperi eam remediorum inuentionem, quæ ex vera indicatione procedit, in ijs quæ rarò accidunt, empiricæ cognitioni præſtare.* *Medicina eſt ſcientia.*

Et ſanè licet ſuas plerumq; habeat coniecturas Medicus, quas D. Thomas 1. 2. *q.* 112. *art.* 5. imperfectam vocat cognitionem, ſi ad demonſtrationem comparatè loqui velimus; nihilominus cum opinio ſequatur ad coniecturam, & poſt opinionem fides, ſuam etiam habet dignitatem coniectura. Audin' Ariſtotelem *lib.* 2. *de Anim. t.* 157. *opinionem quidem ſequitur fides: non*

euentus morborum ac tempora habet in ponꝰdere ac menſura optimus Medicus (quod vt plurimum intelligo.) Caeteroqui ſcio poſſe decipi in tanta circumſtantiarum varietate, quia inhæret ſubiecto fluxum patienti, vt ità dicam, & cum à re etiam leui perturbetut ordo ſcientificus, nunquã aliàs errori obnoxius. Verum Galenus alijque proceres non ne admirationẽ intulere ſui prognoſeos in morbis euentu admirabili? Magos potius, aut diuinos homines dixiſſes, ac veluti enthuſiaſmo captos, quam Medicos, adeò diſtinctè de morbis prẹſagierunt, de euentu ipſorum, deque temporis momento, vt de eis merito effari potuerit: *Anunciate nobis quæ futura ſunt, & dicemus quia Dij eſtis vos*, quẹ fuit Proph. Iſaiẹ vox.

Contrà Leguleios quoſdã. ¶ Falsò itaque Ioan. Garcia Iureconſultus de nobilit Gloſſ. 48. *§*. 4. *nu.* 2. Gamar de excell. legalis ſcientiæ ad finem cenſuerunt Medicinam liberalem artem non eſſe; ſed hi leguleij potius quam Iuris periti vocari poſſunt, cum Medicis ſemper largiſſimè fauerint Imperatores eoſq; nobilitate decorarint; quod vt in l. 1. *§*. Medicorum ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus Vlpianus ait, *ſalutis hominum curã agant:* extantque inſuper eius rei monumenta pluriꝰma in multis titulis Codicis, vt de *Comitibus, & Archiatris, de Profeſſoribus, & Medicis* vbi dicitur prẹclaros Medicos per leges conſequi nobilitatem, vt Comitibus in priuilegijs ẹquentur l. cum te Medicum, & l. Medicos 6.; ſed habeo aliud quod ſcribam, aiens Medicinam propriè,

Celeb. Medic. Paulus Zachia, & Canoberius Medic. digni Patroni.

& exa-

& exactiſſime eſſe ſcientiam, ſuis principijs vniuerſalibus innixam, non loquor hic tantum de diagnoſtica parte Medicinę, & prognoſtica, ſed etiam de terapeutica, ſiuè curatiua, vin' audire Galenum? *Quod enim, inquit, artis coniecturale eſt, id maximè in affectionum cognitione conſiſtit: quæ vbi inuentæ fuerint, curationē, non coniecturaliter ſed ſcientificè indicant.* Imò ipſemet Galenus *lib.* 1. *de alim. facultate cap.* 1. duplex demonſtrationis genus in Medicina indicat, vnum cuius principia ſint à ſenſu, aliud, quod principia accipit à notione euidenti, & vtroque ſe poſſe vti affirmat. Quapropter licet Medicus ſuas in Medicina coniecturas habeat in ſenſu deſumptas, non ob id tamen Medicinæ irrogatur nobilitati iniuria; nã etiã habet ſua principia, quale eſt illud, *contraria contrarijs curari*, ſcientificus etiã eſt habitus ad remediorũ inuẽtionẽ, adeò vt in ea etiã poſſit (Galeno ſic cenſente *lib.* 3. *de loc. aff c.* 2.) demõſtratio ipſa vincere experientiam; audi tù impoſtor Galenum: *Igitur per artis exercitationem comperi eam remediorum inuentionem, quæ ex vera indicatione procedit, in ijs quæ rarò accidunt, empiricæ cognitioni præſtare.*

Medicina eſt ſcientia.

Et ſanè licet ſuas plerumq; habeat coniecturas Medicus, quas D. Thomas 1. 2. *q.* 112. *art.* 5. imperfectam vocat cognitionem, ſi ad demonſtrationem comparatè loqui velimus; nihilominus cum opinio ſequatur ad coniecturam, & poſt opinionem fides, ſuam etiam habet dignitatem coniectura. Audin' Ariſtotelem *lib.* 2. *de Anim. t.* 157. *opinionem quidem ſequitur fides: non*

enim contingit opinantem ijs, quæ videntur non credere. Itaque ad coniecturam ſequitur opinio, ad opinionem fides, ad fidem perſuaſio, ad perſuaſionem ratio: ita vt rationis fundamentum ſit cõiectura quę in re Phyſica rationem demonſtrationis naturalis ſortitur.

Malus operandi Medicinæ qualis.

Sed Ariſtides Rhetor imprimis audiendus, dũ de coniecturæ dignitate verba facit. *Omnes*, inquit, *qui coniecturis vtuntur, ratione vtique vtentes coniiciunt: neque enim ſine ratione quiſquam poteſt coniicere, cum ratio potius coniecturam efficiat. Itaque qui ad ea, quę longè cernuntur, collimant, ij natura duce, ni fallor, collimant, & hac vtuntur ratione.* Nec aduerſatur Ariſtoteli Ariſtides, nam illi perſuaſionis partus eſt ratio, iſti coniectura rationis; non inquam aduerſatur, quandoquidem ratiocinatio, quæ eſt in phantaſia, eſt illa, quę coniecturam deducit ad intellectum, quippe intelligens ſpeculatur phantaſmata, deindè ex coniectura concipit intellectus opinionem: ex opinione oritur fides, ad fidem in eodem intellectu ſequitur ratio, quę alterius ordinis longè præſtantioris eſt, quam poſterior. Itaque non iam dicam, *vna iam artium Imperatoribus imperat*, cum Plinio, ſed *vna iam ſcientiarum Imperatoribus imperat*.

Quid verò ſentio aliquem dicentem, reſpõdebis, ſi dignitatem, Medicinæ ſi eius neceſsitatem ità magnifacis, quid reſpondebis, dicit, ad id, quod de B. Agatha circumfertur, cuius effatum fuit: *Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui?* Ipſe quoque S. Ægidius iaculo graui-

grauiter vulneratus nullam à re Medica opem quæſiuit. Sic Medicos repudiarunt, & Medicinam S Fulgentius M. Paula Romana, Gorgonia S. Greg. Nazianz. ſoror, Galla Romana, de qua Galla locum habui D. Gregorij Magni, deque innata barba, quod vt rarum ac monſtroſum eſt, ità quoque lethalis morbi ſignum eſt; quod de Phętuſa vxore Phytheæ ĩ Abderis, deq; Namyſia Goripi vxore in Thaſo ꝑdidit Hip. *de morbis popular. ſub finem* cauſam refert in Menſes, mẽſtruoſue recurſus quãdò ſubſiſtũt. Quod præterea docet Ariſtoteles *3. de hiſtoria animaliũ c. 11. Plin. lib. 11. cap. 39. Auicen. 3. fen. 2. tract. 21. c. 26.* Gallæ ſanctiſs. addere potuit exẽplũ in Phiſiologia barbæ M. Ant. Vlmus *sect. 3: c. 11.* qui recentiora tẽporis noſtri aliqua cõmemorat nõ barba.

In muliere barba quid portendat.

„ Huic, inquit Gregorius lib. 4. Dialog. c 13,
„ cum valide ignea complexio corporis ineſſet,
„ cœperunt Medici dicere, quia niſi ad am-
„ plexus viriles rediret, calore nimio contrà
„ naturam barbam eſſet habitura; quod ità quo-
„ que poſt factum eſt. Sed ſancta Mulier nihil
„ exterius deformitatis timuit, quæ interius
„ ſponſi cœleſtis ſpeciem amauit, nec verita
„ eſt, ſi hoc in illa fœdaretur, quod à Cœleſti
„ ſponſo in ea non amaretur.

Modò reſpondeo illi, qui exemplis Sanctorũ Medicorum impugnat, aioque cum D. Thom. 2. 2. *q.* 97. *a.* 1. D. Agatham alioſque Sanctos habuiſſe peculiarem reuelationem de extraordinario Dei remedio, vndè abſque temeritatis nota potuerunt Medicos, & Medicinam repu-

Sc. cur Medicinam effugerint.

diare; cæterum paucorũ priuilegia non faciunt legem communem; ſed ad ipſas difficultatas enucleatius penſitandas propius accedamus.

Iam verò ſi ipſius Medicinæ ſubiectum ſpectemus, quo ad eius fabricam, & conſtructionem eſt tam varium hoc, & admirabile, vt cũ iam per tot millium annorum decurſum Philoſophicis diſputationibus, & manuum acuratiſsima operatione rimetur, & in minimas quaſque particulas ſubdiuiſum ad amuſsim cõſideretur, quotidiè tamen ſemper in eo pro hac parte præſertim aliquid noui, & admirandi detegitur, vt probat Meyſs. *Pent. p.* 23. adductis breuiter auctoribus, qui noua obſeruarunt, & oculis ipſis demonſtrarunt, cui fauent ea quæ à Roſſeto *De. vteri ſectione, & fœtus extract.* & Kircherio *De Cultriuoris ex Bechero* aducuntur pro ventriculi ſectione, & Chyrurgiæ ope ingeſtorum ex ventriculo extractione, & quæ etiam adnotata fuere à peritiſsimo Anatomico Parmenſi Talliaferro.

Subiecti Med. cõſideratio.

1. *Difficul. ex Anatome.*

Cæterũ licet Anatome *in lib. 3. extr. de ſupult. c. 1.* ratione exinhumanationis ne fiat cautum eſt, tamen facilè licentia habetur pro hac operatione tam neceſſaria faciunda, in qua permulti inſcij laboris Oſores, & Otij amatores claudicant Medici, & Chyrurgi præſertim, qui debent neceſſario habere perfectam notitiam ſitus omnium partium corporis, & progreſſus omnium Vaſorum, neruorum, ac muſculorum, tendonum, & fibrarum, & minimarum etiam corporis

Anatom. neceſs.

corporis partium vt rectè operentur ; qui autē ſecus faciunt Madicinam indignè exercent, & contra Hipp. placitum operantur qui *lib. de dec. orn.* hæc omnibus præcipit : *Diligito autem eos qui iam in arte tantos progreſſus fecerunt, qui ea quæ vtilia ſunt addant, aut ſecurè offerant, & quo in interuallis temporum nihil te lateat,* ſed præter hæc idemmet ſubiectum habet maximam, difficultatem habita ratione ad ętatem, ſexum, educationem, vitæ genus, conſuetudinē, regionem, & Cœlum quotidie & in horas varium, & mutabile, vt rectè concludat idem Auctor *p. 79. Medici in medendo felicitatem ex aſtris eſſe, infelicitatem verò ex pluribus adſtruat p. 78.*

Medici felicitas & infelicitas in quo ſita ſit.

Sed ego maximis quidem rationibus, & ex perimentis aſſero, quod hæc à fęminis omninò dependeant, cum certum ſit natura ſua cum continua rerum viciſsitudine, & varietate coincidere, ità vt nihil volubilius ipſis detur.

Quod verò ad eius paſsiones quas Medicina curat attinet, cognitio immenſa quidem eſt, cum non ſolum conſiſtat in totius corporis, & ſingulorum membrorum ſanitate, ſed etiam in morbis ipſis, quorum nullus eſt numerus, & eo magis cum inter ipſos noua tùm ſententiarum, tùm morborum complicata monſtra hydrę capita oſtentantia ſępè numero oriantur; ad quem ſcopum pręſertim collimat primum pronunciatum Medicum, magis quam quod vis mathematicum obſeruandum ab Hipp. recēſitum *ſect.* 1. *aph.* 1. quod ſcilicet Medicina *ſit ars longa*, ſi etiam pręter ſuperius dicta hominis

2. Diff. ex paſſionibus, & morborũ innumerabili cõgerie.

Ars Medica cur difficilima.

minis vita metiatur, ſubdit enim, quod ſit *vita breuis*, quæ probant *occaſio praceps*, ob corporis humani continuum defluxum, & aſsiduā mutationem, citò enim prǫterit, & *fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet*, vt ait S. Iob. quo fit, vt remaneat his de cauſis *experimentum* remediorum Medicorum *periculoſum*; *iudicium*, verò quo quid faciendum ſit inquiritur omninò *difficile* ob ſectas, & varias in Medicina opiniones, quas doctiſsimè enumerat Guaſtauinus in opere citato, *De Vit. Med. antiq.*

AEgroto exhiberi ne debeāt fallaciǫ pro morbis.

Hinc fit vt iamdiù exagitata quæſtio hic etiā incidat, & traducatur, quæ vt quartum etiam inſtrumentum Medicinǫ à prǫſtantiſsimo Encyclopediæ Alumno Gabriele Naudæo aſſumitur, & determinatur, an ſcilicet liceat Medico ægrotum fallere, *quæſt. 4. Iatrophilologica* quam quidem ſpartam optimè ſuo more exequitur, & pluribus validiſque argumentis, rationibus, & auctoritatibus celebrium virorum, & exēplis ad oculum propoſitis comprabat, & affirmatiuam partem tuetur, aſſerendo Medico politicum curandi modum eſſe omninò neceſſarium, in quo quam plurimos, licet non adeò vt ars noſtra requirit doctos plurimum excelluiſſe cognoui, quo quidem pacto eorum ſubita, & prompta induſtria miracula in Medicina exiſtebant; at illius ſartæ, ac tectǫ aſſertioni ne punctum quidem facio, ſed eius doctrinam, & eruditionem exoſculor.

At eo difficilior eiuſmodi cognitio exiſtit, quę diuinationem includit, ſine qua nihil certi

ipſa Medicina prçſtare poteſt, quo quidem pacto, ſi felix exitus ſuccedit magiam redolere videtur, quç cum iuxta naturç limites procedit cum ipſa coincidit, & eius partes in Mundi ſcçna quandoque præoſtentat, quare dicitur ab Hipp. iudicium difficile.

3. Diff. ex Prognoſtico quod ex coniecturis nō poteſt haberi.

Verum enimuerò, quoniam vniuerſa cognitio in tractandi rationem dirigitur, hçc etiam breuis, & facilè circumſcribi minimè poteſt, operibus enim & inſtrumentis expletur, illa quidem vt rectè ſtabiliantur, & perficiantur difficillimum eſt, hæc autem infinita ferè ſunt, cum herbis animalibus, foſsilibus, & ex his arte factis, & compoſitis comprehendantur, quare ſi omnes haſce cognitiones vel ſeiunctas, vel coniunctas perpendamus, procul dubio concludere, & fateri coacti erimus; Medicinam omnium artium cumulum, & rerum omnium perfectam cognitionem in ſe reſtringere, & continere.

Magia quo pacto ſe habeāt cū Medicina.

4. Diff. ex Methodo tum pro operibus tum pro Inſtrumentis.

At non minor difficultas in ipſo opere, & vſu reperitur, quo fit vt experimentum plenum periculo exprimatur, habito reſpecto ad ſingularia indiuidua, quorum ſecundum Philoſophorum placita non determinatur aliqua certa veritas, quare iure merito quidam licet rudis in ſcientijs, tamèn eruditus in Medicinç operibus, prç mala continua corporis valetudine ab expertis in ſe ipſo, concludebat de primo ad vltimum inductione perbellè facta; quòd ſi quç ars fortunç inſtabili rotæ ſubiacet, hæc quidem ea & vnica eſt, cum tanta tùm in Medico, tùm

5. Diff. ex vſu, & experientia.

diuinitùs exactè percipi queat, quod quidem argumentum doctiſsimè proſequuntur magni viri Iulius Guaſtauinus ſummus Medicus ac Patricius Genuenſis *In op. poſth. de vitis Med.* qui eſt Socer Cl. Viri Io: Baptiſtæ Bouerij celeberrimi Camilli filij, qui Medicam artem vndequaque perfectiſsimè exercuit, cuius veſtigia eodem virtutis, & fortunæ fauente Zephyro ille calcat, & Renatus Moreau Medicus Regius Pariſienſis de Rep. litteraria optimè meritus *De vitis Med. antiq. & recent.* ſed ad ſingulares auctorum ſententias, & præceptiones deſcendamus.

Hippoc. Max. Medic. Iuſiurandum.

Hipp. primò Medicinę parens quam pulchrum quamque ſanctum nobis reliquit iuſiurandum, vt cætera taceam, non ne ex illo cognoſcimus diuinum illum virum de hac arte maximam, dignamque habuiſſe exiſtimationem?

ART. I.

ART. I.

Medicinæ dignitas, ac difficultas explicantur.

EFfatum fuit ſummi Medici, vitam breuem eſſe, artem verò longã in illo aureo Aphoriſmo, à quo liber initium ducit Hipp.; addit Hipp. iudicium difficile, & experimentum periculoſum, ex iſto ſemine veluti ex grano ſinapis, tota Medicinę dignitas deſumitur.

Vita breuis dicitur, ſi ad longæuitatem artis comparetur, etiam ſi ad Neſtoreos annos peruenias; enim verò Medicus Philoſophus ſummus ad hanc ſcientiam aciem intendere debet, & ſine Philoſophia prodroma, quid habes niſi Empiricum rudem, nomine tenus Medicum, qui habet titulum ſine re. Hoc probat Galen. ſolerter eo libro, in quo oſtendit, quod optimus Medicus debeat eſſe Philoſophus, ſi non afflet veluti Zephirus quidam ſuauiter Philoſophia, actum omninò eſt. *Qualis debeat eſſe Medicus.*

Cum Philoſophiam dico, quidquid Cœlum, terraque continent in ſinu intelligo, vegetabilia nimirum, animalia, & mineralia, & Cœleſtia ipſa; imprimis verò ipſum hominem, qui microcoſmos eſt, Mundi compendium,

obiectum Medici, non tam vt ſanabile eſt, ſed vt ſic omninò eſt, cùm cognitio eius ad Medicum ſpectet, vt nimirum dignoſcat elementa, hominis vſque ad faſtigium, & culmen: Itaq; temperies, parteſque omnes, humores, & vt ait Hippocrates, impetum facientia, ſpiritus intelligo, & quidquid in abdito reperitur, notiſsimæ Medico eſſe debent. Sola Anatomes in tot partium myriades diſtributa, explicata ſuis vocibus, quàm difficilis eſt? Quid non pariat admirationis liber Galeni de vſu partium itâ graphice deſcriptarum, quid non Fernelius politiſsimus vir, Andreas Laurentius ille celeberrimus laudis apud omnes non ſunt meriti?

Naturalis generis cognitio difficilis.

Si à naturali genere, ad non naturale deſcendam, ecce de integro Medicina difficilis. Nam quę ad cibum & potum attinent, ad motum & quietem ad animi paſsiones, & reliqua non naturalia vocata callere debet Medicus, quę omnia ingentes tomos pepererũt. Quid de morbis dicam, de eorum complexu ac differentijs, calamus me deficeret & atramentum, ſi omnia ſingulatim enumerare vellem. Auguſtini tantum locum repono, cum ait: *morborum adeò numeroſa ſoboles eſt, vt nec cuncti Medicorum libris comprehenſi ſint, lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 22.* noua in dies emergunt morbi genera, quæ nec Hercules ipſe compeſceret trabe armatus, & claue, (vt cum Seneca loquar) quamquam decimum tertium laborem adhiberet.

Non naturalis etiam.

Non immerito igitur Dauid Pſaltes Regius vocem *Rephaim* ad Medicos ſimul, & Gigantes tran-

tranſtulit quæ (eſt obſeruatio cl. Sebaſt. Baldi) pſal. 87. nam vocem illam, *aut Medici ſuſcitabunt*, transferunt alij, *aut Gigantes ſuſcitabunt*, & vtramque lectionem retinent D. Auguſtinus, & Magnus Bellarminus in comentario huius loci. *Medici Gigantes maximi & quomodo.*

Non hic aſſero cum Plinio *lib. 25. cap. 2.* occiſum draconis catulum reuocatum eſſe ad vitã ab herba bali, quemadmodum vſu herbæ ipſius, de Tillone à Dracone occiſo memorant: non accipio quod ait Iuba in Arabia hominem reuocatum ad vitam ab vſu item cuiuſpiam herbę: nec valet ſuffectus floridus ſanguis, vegetuſque marcido emiſſo, cuius vice reponatur; non viuentium afflatus, quomodò ferunt muſtellam interemptam, ſpiritu, & voce parentis in vitam reuocari, & Leonem inanimem partũ inhalando viuificare, quod ad Chriſtum dominum egregiè tranſtulit doctiſſimus Petraſancta imperio Æterni Patris à mortuis excitatum, dum figurato leunculo mortuo, & Leone vociferante, hanc poſuit epigraphem. *Rugit, & exſuſcitat*, ſuo de ſymbol. Heroicis libro: non denique calor cum putredine miſſus ad vitam reuocare poteſt hominẽ mortuum, nec vlla medicinæ ope adiuuari, quidquid afferat ab Eraſto 3. p. citatus Paracelſus, nam id negat omninò Dauid, cuius *Lingua eſt calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, & vt ait nonnemo. *Mizzal di nuga.*

Reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor eſt.

Habet prognoſim Medicus, vt non tam Gigas dici mereatur, quam Deus quiſpiam, nam

eventus

& exactiſſime eſſe ſcientiam, ſuis principijs vniuerſalibus innixam, non loquor hic tantum de diagnoſtica parte Medicinę, & prognoſtica, ſed etiam de terapeutica, ſiuè curatiua, vin' audire Galenum? *Quod enim, inquit, artis coniecturale eſt, id maximè in affectionum cognitione conſiſtit: quæ vbi inuentæ fuerint, curationē, non coniecturaliter ſed ſcientificè indicant.* Imò ipſemet Galenus *lib. 1. de alim. facultate cap.* 1. duplex demonſtrationis genus in Medicina indicat, vnum cuius principia ſint à ſenſu, aliud, quod principia accipit à notione euidenti, & vtroque ſe poſſe vti affirmat. Quapropter licet Medicus ſuas in Medicina coniecturas habeat in ſenſu deſumptas, non ob id tamen Medicinæ irrogatur nobilitati iniuria; nā etiā habet ſua principia, quale eſt illud, *contraria contrarijs curari*, ſcientificus etiā eſt habitus ad remediorū inuētionē, adeò vt in ea etiā poſſit (Galeno ſic cenſente *lib. 3. de loc. aff c. 2.*) demōſtratio ipſa vincere experientiam; audi tù impoſtor Galenum: *Igitur per artis exercitationem comperi eam remediorum inuentionem, quæ ex vera indicatione procedit, in ijs quæ rarò accidunt, empiricæ cognitioni præſtare.* *Medicina eſt ſcientia.*

Et ſanè licet ſuas plerumq; habeat coniecturas Medicus, quas D. Thomas 1. 2. *q.* 112. *art.* 5. imperfectam vocat cognitionem, ſi ad demonſtrationem comparatè loqui velimus; nihilominus cum opinio ſequatur ad coniecturam, & poſt opinionem fides, ſuam etiam habet dignitatem coniectura. Audin' Ariſtotelem *lib. 2. de Anim. t.* 157. *opinionem quidem ſequitur fides: non*

enim contingit opinantem ijs, quæ videntur non credere. Itaque ad conie&turam ſequitur opinio, ad opinionem fides, ad fidem perſuaſio, ad perſuaſionem ratio: ità vt rationis fundamentum ſit cõiectura quę in re Phyſica rationem demonſtrationis naturalis ſortitur.

Malus operandi Medicinæ qualis.

Sed Ariſtides Rhetor imprimis audiendus, dũ de coniecturæ dignitate verba facit. *Omnes*, inquit, *qui coniecturis vtuntur, ratione vtique vtentes coniſciunt: neque enim ſine ratione quiſquam poteſt conijcere, cum ratio potius coniecturam efficiat. Itaque qui ad ea, quę longè cernuntur, collimant, ij natura duce, ni fallor, collimant, & hac vtuntur ratione.* Nec aduerſatur Ariſtoteli Ariſtides, nam illi perſuaſionis partus eſt ratio, iſti coniectura rationis; non inquam aduerſatur, quandoquidem ratiocinatio, quæ eſt in phantaſia, eſt illa, quę coniecturam deducit ad intellectum, quippe intelligens ſpeculatur phantaſmata, deindè ex coniectura concipit intellectus opinionem: ex opinione oritur fides, ad fidem in eodem intellectu ſequitur ratio, quę alterius ordinis longè præſtantioris eſt, quam poſterior. Itaque non iam dicam, *vna iam artium Imperatoribus imperat*, cum Plinio, ſed *vna iam ſcientiarum Imperatoribus imperat.*

Quid verò ſentio aliquem dicentem, reſpõdebis, ſi dignitatem, Medicinæ ſi eius neceſsitatem ità magnifacis, quid reſpondebis, dicit, ad id, quod de B. Agatha circumfertur, cuius effatum fuit: *Medicinam carnalem corpori meo numquam exhibui?* Ipſe quoque S. Ægidius iaculo

graui-

grauiter vulneratus nullam à re Medica opem quæſiuit. Sic Medicos repudiarunt, & Medicinam S. Fulgentius M. Paula Romana, Gorgonia S. Greg. Nazianz. ſoror, Galla Romana, de qua Galla locum habui D. Gregorij Magni, deque innata barba, quod vt rarum ac monſtroſum eſt, ità quoque lethalis morbi ſignum eſt; quod de Phętuſa vxore Phytheæ ī Abderis, deq; Namyſia Goripi vxore in Thaſo ꝑdidit Hip. *de morbis popular. ſub finem* cauſam refert in Menſes, mēſtruoſue recurſus quãdò ſubſiſtũt. Quod præterea docet Ariſtoteles *3. de hiſtoria animaliũ c. 11. Plin. lib. 11. cap. 39. Auicen. 3. fen. 2. tract. 31. c. 26.* Gallæ ſanctiſs. addere potuit exéplũ in Phiſiologia barbæ M. Ant. Vlmus *ſect. 3. c. 11.* qui recentiora téporis noſtri aliqua cõmemorat nõ barba.

In muliere barba quid portendat.

„ Huic, inquit Gregorius lib. 4. Dialog. c. 13, „ cum valide ignea compléxio corporis ineſſet, „ cœperunt Medici dicere, quia niſi ad am„ plexus viriles rediret, calore nimio, contrà „ naturam barbam eſſet habitura; quod ità quo„ que poſt factum eſt. Sed ſancta Mulier nihil „ exterius deformitatis timuit, quæ interius „ ſponſi cœleſtis ſpeciem amauit, nec verita „ eſt, ſi hoc in illa fœdaretur, quod à Cœleſti „ ſponſo in ea non amaretur.

Modò reſpondeo illi, qui exemplis Sanctorũ Medicorum impugnat, aioque cum D. Thom. 2. 2. q. 97. a. 1. D. Agatham alioſque Sanctos habuiſſe peculiarem reuelationem de extraordinario Dei remedio, vndè abſque temeritatis nota potuerunt Medicos, & Medicinam repu-

Sc. cur Medicinam eſſugerint.

diare; cæterum paucorum priuilegia non faciunt legem communem; ſed ad ipſas difficultatas enucleatius penſitandas propius accedamus.

Iam verò ſi ipſius Medicinæ ſubiectum ſpectemus, quo ad eius fabricam, & conſtructionem eſt tam varium hoc, & admirabile, vt cũ iam per tot millium annorum decurſum Philoſophicis diſputationibus, & manuum acuratiſsima operatione rimetur, & in minimas quaſque particulas ſubdiuiſum ad amuſsim cõſideretur, quotidiè tamen ſemper in eo pro hac parte præſertim aliquid noui, & admirandi detegitur, vt probat Meyſs. *Pent. p.* 23. adductis breuiter auctoribus, qui noua obſeruarunt, & oculis ipſis demonſtrarunt, cui fauent ea quæ à Roſſeto *De veteri ſectione, & fœtus extract.* & Kircherio *De Cultriuoris ex Bechero* aducuntur pro ventriculi ſectione, & Chyrurgiæ ope ingeſtorum ex ventriculo extractione, & quæ etiam adnotata fuere à peritiſsimo Anatomico Parmenſi Talliaferro.

Subiecti Med. cõſideratio.

1. *Difficul. ex Anatome.*

Cæterũ licet Anatome *in lib.* 3. *extr. de ſupult. c.* 1. ratione exinhumanationis ne fiat cautum eſt, tamen facilè licentia habetur pro hac operatione tam neceſſaria faciunda, in qua permulti inſcij laboris Oſores, & Otij amatores claudicant Medici, & Chyrurgi præſertim, qui debent neceſſario habere perfectam notitiam ſitus omnium partium corporis, & progreſſus omnium Vaſorum, neruorum, ac muſculorum, tendonum, & fibrarum, & minimarum etiam corporis

Anatom. neceſs.

corporis partium vt rectè operentur; qui autē ſecus faciunt Madicinam indignè exercent, & contra Hipp. placitum operantur qui *lib. de dec. orn.* hæc omnibus præcipit : *Diligito autem eos qui iam in arte tantos progreſſus fecerunt, qui ea quæ vtilia ſunt addant, aut ſecurè offerant, & quo in interuallis temporum nihil te lateat*, ſed præter hæc idemmet ſubiectum habet maximam,difficultatem habita ratione ad ętatem, ſexum, educationem, vitæ genus, conſuetudinē, regionem, & Cœlum quotidie & in horas varium, & mutabile, vt rectè concludat idem Auctor *p.* 79. *Medici in medendo felicitatem ex aſtris eſſe, infelicitatem verò ex pluribus adſtruat p.* 78.

Medici felicitas & infelicitas in quo ſita ſit.

Sed ego maximis quidem rationibus, & experimentis aſſero, quod hæc à fęminis omninò dependeant, cum certum ſit natura ſua cum continua rerum viciſsitudine, & varietate coincidere, ità vt nihil volubilius ipſis detur.

Quod verò ad eius paſsiones quas Medicina curat attinet, cognitio immenſa quidem eſt; cum non ſolum conſiſtat in totius corporis, & ſingulorum membrorum ſanitate, ſed etiam in morbis ipſis, quorum nullus eſt numerus, & eo magis cum inter ipſos noua tùm ſententiarum, tùm morborum complicata monſtra hydrę capita oſtentantia ſępè numero oriantur; ad quem ſcopum pręſertim collimat primum pronunciatum Medicum, magis quam quod vis mathematicum obſeruandum ab Hipp. receſitum *ſect.* 1. *aph.* 1. quod ſcilicet Medicina *ſit ars longa*, ſi etiam pręter ſuperius dicta hominis

2. *Diff. ex paſſionibus, & morborū innumerabili cō gerie.*

Ars Medica cur difficilima.

minis vita metiatur, ſubdit enim, quod ſit *vita breuis*, quæ probant *occaſio praceps*, ob corporis humani continuum defluxum, & aſsiduã mutationem, citò enim prẹterit, & *fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet*, vt ait S. Iob. quo fit, vt remaneat his de cauſis *experimentum* remediorum Medicorum *periculoſum*; *iudicium*, verò quo quid faciendum ſit inquiritur omninò *difficile* ob ſectas, & varias in Medicina opiniones, quas doctiſsimè enumerat Guaſtauinus in opere citato, *De Vit. Med. antiq:*

Hinc fit vt iamdiù exagitata quæſtio hic etiã incidat, & traducatur, quæ vt quartum etiam inſtrumentum Medicinẹ à prẹſtantiſsimo Encyclopediæ Alumno Gabriele Naudæo aſſumitur, & determinatur, an ſcilicet liceat Medico ægrotum fallere, *quæſt. 4. Iatrophilologica* quam quidem ſpartam optimè ſuo more exequitur, & pluribus validiſque argumentis, rationibus, & auctoritatibus celebrium virorum, & exẽplis ad oculum propoſitis comprabat, & affirmatiuam partem tuetur, aſſerendo Medico politicum curandi modum eſſe omninò neceſſarium, in quo quam plurimos, licet non adeò vt ars noſtra requirit doctos plurimum excelluiſſe cognoui, quo quidem pacto eorum ſubita, & prompta induſtria miracula in Medicina exiſtebant; at illius ſartæ, ac tectẹ aſſertioni ne punctum quidem facio, ſed eius doctrinam, & eruditionem exoſculor.

Ægroto exhibeeri ne debeãt fallaciẹ pro morbis.

At eo difficilior eiuſmodi cognitio exiſtit, quae diuinationem includit, ſine qua nihil certi

ipſa

ipſa Medicina pręſtare poteſt, quo quidem pa-
cto, ſi felix exitus ſuccedit magiam redolere
videtur, quę cum iuxta naturę limites proce-
dit cum ipſa coincidit, & eius partes in Mun-
di ſcęna quandoque præoſtentat, quare dicitur
ab Hipp. iudicium difficile.

3. Diff. ex Prognoſti co quod ex conie- cturis nõ poteſt haberi.

Verum enimuerò, quoniam vniuerſa cognitio in tractandi rationem dirigitur, hęc etiam breuis, & facilè circumſcribi minimè poteſt, operibus enim & inſtrumentis expletur, illa quidem vt rectè ſtabiliantur, & perficiantur difficillimum eſt, hæc autem infinita ferè ſunt, cum herbis animalibus, foſsilibus, & ex his arte factis, & compoſitis comprehendantur, quare ſi omnes haſce cognitiones vel ſeiunctas, vel coniunctas perpendamus, procul dubio concludere, & fateri coacti erimus; Medicinam omnium artium cumulum, & rerum omnium perfectam cognitionem in ſe reſtringere, & continere.

Magia quo pacto ſe habeãt cũ Medicina.

4. Diff. ex Methodo tum pro operibus tum pro Inſtrumentis.

At non minor difficultas in ipſo opere, & vſu reperitur, quo fit vt experimentum plenum periculo exprimatur, habito reſpecto ad ſingularia indiuidua, quorum ſecundum Philoſophorum placita non determinatur aliqua certa veritas, quare iure merito quidam licet rudis in ſcientijs, tamèn eruditus in Medicinę operibus, prę mala continua corporis valetudine ab expertis in ſe ipſo, concludebat de primo ad vltimum inductione perbellè facta; quòd ſi quę ars fortunę inſtabili rotæ ſubiacet, hæc quidem ea & vnica eſt, cum tanta tùm in Medico, tùm

5. Diff. ex vſu, & experientia.

in pharmacopola, tùm in rebus ipſis pręparā-
dis, vel iuſsis à Medico, vel ab eo, vel eius
ſeruis, qui ſępe, & libenter, vt laborem deui-
tent ſuccedaneis, contrà Medici voluntatem,
& ęgroti, & morbi requiſitionem vtuntur, ad-
miniſtratis; vel denique in ipſo morbo, & ęgro-
tí conſtitutionibus, & conditionibus particu-
laribus, & circumſtantijs á Meyſs. in Penta-
gono breuiter per Epitomen notatis, & dili-
genter animaduerſis, optimè quidem perpen-
dendis; quę quàm difficilia; At quanti negotij
ſint, & otij pręrequirant; non eſt qui non
poſsit ex ſe ipſo diligenti, & ſeria Meditatione
facta, luce clarius pręgnoſcere, At ad hęc ne
reſpiciunt Circumambulones? Qui vno, & eo-
dem medicamine morbum eundem licet ratio-
ne ſubiecti diuerſiſsimum curare tentant, &
audent, quod ſi id ſequeretur vltimum libris
vale dicerem, ſicque poſſent flammis omnes
Medici libri conſignari.

Inductione comprobatur.

ART. II.

ART. II.

Medicinæ dignitas ſacra ex eius operibus arguitur.

SED verò ſi Medicinæ opera attentius contemplemur; non minus honeſtam, & ſacram hoc nomine ipſam eſſe deprçhendemus; omnibus enim, & ſemper benefica eſt, eum ſit ipſius hominis quaſi procreatrix, & cuſtos continua morborum reparatione; non ne vt homo concipiatur, in lucem prodeat, viuat, vitam incolumem ducat, vel ſi labentem, aut iam ferè prolapſam ille agat, vt ſuſtineatur, & ſurgat opera ſunt artis plane diuinæ? *Medic. eſt ſacra ſuis operibus.*

Quot hodie mortalium millia viuunt, qui nec nati quidem eſſent, aut nimis diuturnam vitam non duxiſſent, niſi hæc ars concipiendi, naſcendi, & vitæ diſcriminum remedia repe riſſet? *Vita hominum Induſt. pbatur*

Quot etiam ſunt, qui vitam morte ipſa miſeriorem traducerent, niſi illa eos ab çrumnis, & calamitatibus vindicaret.

Quot etiam quibus anima penitus in corpore ſepulta iacet, morbique victoris viribus oppreſſa, arte, & Medicinę curâ ſuſcitantur; & iam certè ex hac vita migraturi quaſi in vaſtiſſimo pelago ſubmerſionem occupaturi adiutrice manu, veluti iacta tabula, à naufragio retinentur?

nentur? Hæc autem in ſyncope, vteri perfecta præfocatione, apoplexia, & quibuſdã alijs pluribus, & quandoque fortuitis, & violentis caſibus ad exitum omnino tendentibus cernere licet.

Morbis particularibus corroboratur.

Et operationibus eximijs tũ in homine tũ in rebus ad Medicinam traductis, & eã rectè faciẽdã.

Fatendum igitur omninò eſt, eam artem ſacram eſſe habendam, quæ naturam ipſam non ſolum humanam, ſed etiam (quæ eſt omnium rerum naturalium opifex) mirum in modum adiuuat, illam laborantem ſubleuat, labentem aut iam deficientem erigit, & ſuſtinet, & errãtem corrigit, & hanc in bonum, & ipſius humani generis beneficium per artificioſam, & aliquandò admirabilem operam adducit; potiſſimum verò cum res quę alioquin deleteriæ videntur, & in aperto ſunt ſedula induſtria elaborat; eaſque omnino efficit ſalutares; vt pluribus in Iatrochymia, & Paneuchymo paſſim cõprobauimus.

Homo ſi in corpore patitur, in anima etiam, et vice verſa.

Homo enimuerò, quamuis anima, & corpore conſtet; vnum quid tamèn, & adeo abſolutum eſt, vt corporis ægritudines animum etiam infirmum conficiant, & viciſſim animi pathemata corpus faciant ægrotare; quare Medicina ipſa non ſolum circa hominis corpus, vt ſanabile, ſed etiam circa animi morbos, & affectus ad eos tollendos ab humoribus prauis impreſſos occupatur.

Medici eſt vtriuſq; cura.

Siquidem huius mentis fuit Phębus, vt Hip. teſtatur *in Ep.* qui animi, & corporis curationẽ in vnũ coire arbitrabatur; quare apud Ægyptios, & Perſas, ijdem prorſus erant Medici, & Sacerdotes,

doteſ; propterea Alexander Aphrod. *in princ. ſ. ct. 2. probl.* ſcriptum reliquit, Æſculapij munus cuncta ad vſus hominis comparata dignitate longè antecellere, animato enim acretionis participi corpori, ad quam ſe dirigit metam, exhibuit, cuius obſeruatio, moderataque cuſtodia, reliquis cunctis artibus principium inſtituit, ſenſus quidem exacuendo, membra, & animæ inſtrumenta inuentionis præſertim roborando, alia prouidè, & prudenter animaduerſa vtiliter cuſtodiendo, alia vitiosè produċta emendando, & dirigendo.

Medici, & Sacerdotes AEpypt. et Perſis idē erat.

Medicina artiū Præſes ſcientiarumque moderatrix.

Denique hęc ita corporis vniuerſi curam gerit, vt animam neutiquam negligat, vniuerſæ Philoſophię ſuggerit cognitiones; pro cuius fine illas ſibi, vt principium confinxit, vt Ariſtoteles etiam teſtatur *in fine ſuæ Phyſic.* nec enim à naturali abhorret ſpeculatione.

ART. III.

Digitized by Google

ART. III.

Medicinæ finis pro animæ, & corporis cura vberius domonſtratur.

LIcèt hoc argumentum in ſuperioribus ſit ſatis, ſuperque cõprobatũ, & ex infrà dicẽdis magis ad oculũ patere debeat, tamèn placet hic ex inſtituto ĩ ſpecie de hoc differere;at

Plato corporis, & Animi affectus ſimul tũgit, & eoſdem facit.

Primus in arenam deſcendit ſemper ſplendentis lucernæ Philoſophiæ optimo peruncius oleo vt Gladiator, ac eximius Athleta noſter diuinus Philoſophus, qui ex Ficini explicatione dicit *in Charm. p. 191. 2. m. Magos illos animæ, & corporis Medicos Xamolxidis, & Abaridis hyperborei, arbitrari omnia corporis & bona, & mala ab anima ipſa in corpus effluere, quemadmodum oculorum qualitas, & ſenſus à cerebro fluit, & dependet, cerebri vero à toto corpore dimanat.* Atqui vt impoſsibile eſt oculos curari, niſi corpus totum ſimul etiam repurgetur (vt poſteà eius auctoritate Gal. confirmauit)ità corpus ipſum niſi anima benè valeat, non poteſt rectâ valetudine frui, quia paſsionibus animi prędominatur, & conſequenter vitijs, & peccatis extorquetur, & deindè morbis ipſis, quæ omnia mortem inducunt, iuxtà D. Pauli mentem.

Hæc autem non ſunt intelligenda abſolutè, & vniuerſaliter; ſed cum grano ſalis accipienda, & expli-

& explicanda, cùm ſic in Viros ſanctos nunquã mors dentes ſuos exſeruiſſet.

Quæ quidem ſupradicta Magica opinio primo aſpectu videtur, & cum illa Hæbreorum benè ſentientium ſententia conſentire ab Adæ pro-toparentis animo primò quidem integro ac in-demni, integra bona ſ. omnia effluxiſſe, eodem deinde infirmo, ac vulnerato infirma etiã om-nia deriuaſſe, quæ fuit naturę noſtrę dura ni-mis corruptela, qua varia morborum genera ſunt à ſpiritibus, partibus, & ſubiectis agen-tium ſpirituum emanantia conſtituta. *Ex Adã omnia mala in homine.*

Idem verò dilucidiùs longiori oratione con-firmat, *Dial. 3. de Rep. p. 385. 2. m.* concludens *non ſolum Medicum debere corporis morbos curare, ſed & deſidiam, quæ eſt animi morbus, non niſi Me-dici experti auxilio curabilis* quę dicta coroborat Corn. Celſ. *lib. p. ſent. 2.* *Medici officiũ ex Plat.*

Cęterum reliquorum quæ hic à nobis eſſent pertractanda farrago ſilentio inuoluitur cum Declamatoris ſit opus, ſtet tamen quod cũ no-ſter Philoſophus, bonos à malis Medicis diſcre-uerit *In ſoph. p. 168. 1. m.* ex curis ſcilicet mor-borum, ſanatione, officioque eorum perbellè peractis, quod exemplis commonſtrat, quibus medendi modum præſcribit adaptatis conſilijs *De Regn. p. 157. 1. m.* concluditque rationibus, & exemplis, quod Medici quidem præſtantiſſimi euaderent, ſi ab ineunte ætate præter diſcendi artis ſtudium inter plurimos corpore malè affectos conuerſarentur, ipſique omni morbo-rum genere laborarent, & natura imbecillima *Platonis pro Medicina recte faciũda præcepta, & Canones.*

eſſent

Magni Ficini de Medicina ſententia, qua Magiã pro corpore, & anima operantẽ apellat.

eſſent, *neque enim corpus* (ait) *corpore curant ſ. d anima, Dial.* 3. *de Rep. Pag.* 386. 1. *p.* quòd innuere videtur Magnus Ficinus, *In com. Carm. pag.* 191. 2. dum ait Medicinam per incantationem magicã operari, qua Phæbus primò (quod etiam alibi probat *In conu. cap.* 13. *art.* 5. *pag.* 270. 1. p. deindè Pythagorici morbos ab animo, & corpore mirabiliter expellebant, quod probat ex Auicenna, & Moyſis principijs, quod & ſuſius in ſua Theologia commonſtrat.

Medicinæ ſimilis eſt Rhetoricæ.

Hinc autem orginem duxit quod cum Plato *In Phæd. p.* 314. 1. *m.* medendi artem cum arte dicendi ſimilem feciſſet (qua etiam illi indigent) ex vtriuſque officio, & fine hoc concludens ex Socratis ſententia, aſſerit animæ naturam abſq; totius naturæ ſufficienti cognitione non poſſe diſcerni quod Parentis Medicinę oraculo corroborat his verbis: *Si Hippocrati AEſculapij ſucceſſori credendum eſt, neq; etiam corporis naturam ſine doctrina animæ comprehendi putabimus*, in quibus ſic operantibus animę artem prẹter eam, quę ad Philoſophiam ſpectat, & praxim facit omninò neceſſariam.

Ponitur Medicinæ neceſſitas ex morbis nouis.

Cùm autem noui morbi, de nouo ſemper exiſtant, qui noua indigent conſideratione, & curatione (ideoq; non mirum eſſe debet ſi noua etiam medicamenta inueniantur, & in vſum veniant) quod narrat in ſupradicto Dial. *Ib. p.* 385. 1. *m. Medicis* (ait) *cum ęget Ciuitas, indicatur inibi eſſe malam, tum animæ, tum corporis diſciplinam, & oeconomiam*: ex quibus Medicinę nobilitas ſuſius in ſuperioribus commendata cum ipſius neceſſi-

neceſſitate magis, & magis conſpicua apparet, etiam non medicorum teſtimonio, & ipſius politices Magno Patre id varijs adductis locis confirmante.

Sed audiendus ipſius dignus, & arcanorum eius explorator nobiliſsimus qui merito Phœnix *Ficinus*
ingeniorum ſui ſeculi à Ferdinando Duce Man- *& Ferd.*
tuæ nuncupari ſolebat. Ferdinando (inquam) *Dux*
vera noſtri ſeculi Phœnice, quę non mutuata lu- *Mant.*
ce vti Sol in omnibus ſcientijs coluceſcebat, ac *Phœnices*
proindè Principum literatorũ verè Principe, ac *Platonicæ*
noſtrę Iatrochimię Patrono meritiſsimo ꝙ probamus *Iatrochy. l. p.* Hic Alphonſo Aragonię nõ
impar hoſce bellicos tumultus qui orbem ferali *Bellorũ*
ſtrage concutiunt, hanc ſcenę mundialis miſe- *noſtri tẽ-*
ram cataſtrophen ex literis ſibi ab vtroque Re- *poris cau*
ge datis tanquam horum euentuum prodromis *ſæ.*
prȩuidit, prȩnouit, & prȩnunciauit, quibus iam tota Europa non tam fremet, quam condolet; fatiſcit, vt ego auritus teſtis ſępè ac ſepiús ab ipſo audiui, quod poſt eius obitũ ſanè orbi vniuerſo luctuoſum omnes experimur. Huius belli fatalẽ arcem illam Montisferrati ęquandam ſolo dictitabat fremens, vt fomes extinctus Marti non litaret ſuperata hominum aetate, vtinam non per ſecula longa.

Hic magnus vir quęrit quid medicina conſi-
deret, reſpondetque *nihil aliud pro fine habere quam* *Corporis*
quomodo quatuor humores corporis amici, ſibique inui- *et animi*
cem familiares fiant, atque permaneant, quos cibos, & *Oecono-*
potus cæteroſque viuendi aut medendi vſus amet natura, *mia Ci-*
& requirat ſimilitudine iuſus Ciuitatis ad normam rectè *uitas eſt.*
guber-

gubernationis directa: in qua omnia in tranquillo ſunt ſtatu, omnia æquabili lance menſurantur, vnde ei regimen ad perennitatem ſapientum virorum commendatione ſuſpicitur: ſic & in corpore da menſuram æquam humorum inter ſe apta proportione rectoque nexu vinctorum, colligabitur corporis non tam temperies, quam eiuſdem robur, cuius fulcris (vt inquit Plinius) animus ſuſtinetur.

Vide ex his Medicinę ſplendorem, & quanti eam fecerit ſummus hic vir, de qua plurima digna quidem pręcepta in ſuis aureis ſcriptis exhibuit.

His adſtipulatur Plinius, in hoc Medicinę non iniurioſus; *lib.* 28. *c.* 4. qui ſcribit *ab hominis anima Medicinam omnino pendere*; quod quidem in me ipſo adaptato euentu, mirum in modum comprobo; enim verò animi malos, ſeu bonos affectus, corpus ad ſenſum extorquere recognoſco ſemper atque experior; equidem ſi animi mores corporis temperaturam ſequuntur, quod Galenus peculiari libro probatum reliquit, multò magis dicendum temperiem cor-

Animi morbi quantum poſſint.

§. I.

§. I.

Probatur idem ex Medicis adductis alijs argumentis.

NVnquam à ſcribendo vacarem, ſi Medicos traherem huic rei ſubſcribentes, idemque ſuis ſuffragijs cõprobantes; Galenum tamen adducam, alioſque Proceres, ait Galenus *animi mores praua cibi potionum, exercitationum, videndi, audiendi totius denique Muſices conſuetudine corrumpi; proindè peritum horum omnium cum Medicum eſſe oportere, qui ſanitatis tuendæ curam ſuſcepit*; nec in ea opinione eſt, quòd ad ſolum moralem Philoſophum ſpectet animi mores effingere, & confingere, & in conuenienti ſtatu ad corporis rectam conſtitutionem poſſidendam retinere, ſubdit enim *animi vitia, & affectus morbos plerumque progignere, ſeque ægrotos, & non paucos ſanauiſſe ſolis animi motibus ad ſtatum debitum, & ſymmetriam reuocatis*, in quibus maxima aliquorum Medicorum induſtria prælucet, præſertim verò in vexatis à melancholicis phantaſmatibus, & duris, diriſque imaginationibus nimis perturbatis, citatque non contemnendũ (vt ait) eius ſententię teſtem Æſculapium, 3. & 34. *art. med.* quibus conſonant dicta à Meyſs. p. 79. & ſeq.

Galenus Animi, & Corporis C[...] ram vnã facit.

Hieronymi Bardi V Enim

Enimuerò inter ea, quę corporis ſanitatem labefactant, animi paſſiones reponit, *lib. de ſub. vir. anim. circa prin* imò etiam ſcribit potentias animi ſequi corporis temperamentum, *cap. 6. & alibi ſæpe* idemque in confeſſo eſſe omnibus tum Medicis tum Philoſoph. atteſtatur *3. de loc. aff.* quod iam alias probauimus.

Prætereà tradit animi imaginationes corporis affectionibus perpetuò ſimiles eſſe *lib. de pręſag. & inſomn.* vndè librum inſtituit, quod animi mores corporis naturam ſequantur in quo rem hanc pleniſſimè diſcutit, & euentilat.

Quibus conſentit, & adſtipulatur Haly. Abbas *lib. Theor. 5. c. 38.* qui in eodem ſenſu longiores ſententias profert.

Cornelius Celſus in eadem eſt ſententia. Villanouanus etiam. Animi Affectus cognitio quantum Medico proſit.

Cornelius Celſus inter latinos Medicos eloquentiſſimus, *lib. 3. ſent 54. integram in primis atque perfectam Medicinæ artem intelligi voluit cum quis hominis valetudinem ex animi motuum, & corporis ipſius perfecta cognitione tueri valeret, ex Epirotes ſententia lib. 4. ſent.* 34. qua de cauſa nobiliſſima dat Aphoriſtica pręcepta præſertim *lib. 3. ſent.* 14. & 15. Arnaldus Villanouanus *lib. de ſimpl. Medicinas dari ſcribit, quibus homines in Paradiſum ducuntur, vtpotè quibus fiunt ad miſericordiam proniores, affectus ſcilicet mitigando, & ad pietatem, bonorum morum conſuetudinem, benignitatem, caſtitatem, religionem, & alias virtutes capeſcendas.*

Idem etiam confirmat, *in ſpec. introd. med. c.* 80. dum de ludo verba facit, quo animus quandoque à curis ſubleuatur, idemque etiam maioribus rationibus circumuallat *lib. de reg. ſan.*

par. 2.

par.2:c.9. dũ de animi accidentibus, & pathematibus ex profeſſo diſcurrit, & etiam congruentioribus argumẽtis eandem roborat ſuam ſententiam, & magis etiam *in lib. da conſe*[illegible]*. Iuuert. cap.* 3. quam etiam multis alijs in locis ſæpe ac ſępius occaſione data euentilat, ſicut enim Rhetoris officium eſt affectus mouere, itã & Medici eoſdem ſedare; *Morbos enim non eloquent a ſed remedijs curari aſſerit* Celſus, *lib.* 1. *ſent.* 6. qui de communi morborum cura loquitur vniuerſaliter, non autem tollit quod aliqui etiam illa ſimpliciter non exterminentur.

Rhetorices, & medic. ſocietas, et Deſcrimen.

Verùm Villanouani verba primo citata ſunt omnino in ſaniorem ſenſum inducenda, & digna catholici mente interprætanda, cum ſolidè pronunciata ſint, & magni facienda, videnda enim ſunt ea, quæ pro eius intacta Religione (quicquid alij ſentiãt) addat Symphor. Cãpeg. vir eruditiſſimus, & politiſs. in eius vita c. 15. Democritus *de natura humana* hæc habet: *neque mens alacritatem habet ad Virtutis meditationem, morbus enim præſens animam vehementer obſcurat, inteligentiam ad affectionem per conſenſum ducens.*

Gilibertus de Aquila Anglicus Auctor antiquitus ab omnibus receptus, quem vidi M.S. in membranis in Bibliot. Coll. Parm. Patrum Soc. Ieſu in eandem ſententiam iuit, *ib. 6. de morb. cap. de ſign. ſump. à diſp. cap* cum fuſius probauit Medicinam non poſſe recto tramite exerceri, niſi cum recta mente ſanctè adminiſtretur, & etiam ſuſcipiatur, cnm ab illa corporis regimen dependeat, quod à ſolo Deo ſicut factum

eſt, ſic & in dies conſeruatur.

Et Io. de Vico. Io. de Vico Gen. (ſicut, & Licetus) Rapalligena (vt ait ipſe in fine lib. 5. de morb Gall. in ſua Chyr. impreſſa Romæ an. 1514.) Pontificatum gubernante Iulio II. Max. Pontif. cuius erat Medicus, & Chyrurgus cariſſimus, qua quidem ſe celebrem omnibus Mundi Regionibus omninò reddidit, cum ſit ab omnibus melioris notæ Chyrurgis, & Medicis benè accepta, & multoties calcographos vexauerit, & omnibus linguis impreſſa extet, at quo factũ fuerit vt Lugduni 1521. tantùm intacta proſtet neſcio, hæc eadem ſæpè ac ſæpius repetit paſſim, quę habet prius Haly Abb. *lib. 5. Theor: 38.*

Et Vlierderus. Daniel Vlierderus in eãdem ſententiam ſcribit libello proprio, cui adſtipulatur Aretinus Medicus ex Heliod. *l. 2. Hiſt.*

Cęterum longus, ac nimis longus eſſem, ſi omnes pręſertim Neotericos huiuſce ſententiæ compotes adducere vellem, volunt enim omnes Medici, quòd corporis vitia ad animum vſque perueniant, illumque tabefaciant, & inficiant, etiamque ex animi paſsionibus corporis duriſsimos morbos plerumque generari.

Huic riuo palum, aggeremque obtrudo cum Io. Damaſceno illo Medicorum coriphęo, qui ait *aph. 22. quòd cum corpus patitur, & maximè etiam eiuſdem membra principalia, Medicinamq; animæ exhibendam eſſe*, ideſt, quæ apta ſit ad humores in quibus morbi reſident repurgandos, quod præſertim in vexatis à malis Spiritibus obſeruatur à Delrio *Diſq. mag. lib. 6.* & alijs doctiſsimis Medicis. Idem

Idem verò etim Damaſcenus prçcipit *in aphor. inſimo ſemper ſalutē ſanitatēq; eſſe promittendam, nec vnquam illum à ſpe deſerendum, eo quia complexio corpori animi affectibus ſemper inhæret.*

Cæterum nulli dubium eſt quod ab animi peccatis ſæpè, ac ſæpius morbi pullulant, quod teſtatur Eccl. *qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum incidet in manum Medici*, quod D. Io: c. 5. etiam confirmat ipſius Archiatri verbis paralytico dictis: *Ecce ſanus factus es iam noli amplius peccare ne deterius aliquid tibi contingat*, quem locum explicans D. Io. Chryſ. & adornans ſuo aureo dicendi more concludit: *Quid mirum ſi ægrotationes quoque multæ indè naſcantur* (intellige ex peccatis) *vndè, & ipſa ægrotandi facilitas emanant*; ſed huiuſmodi exemplis ſacra ſcriptura ſcatet, & hæc ſatis ſunto.

Peccatā morborū cauſæ.

At vero ægritudines non caſu contingunt ſed à Deo mittuntur nam iuxta Sapientis *in Eccl.* pronunciatum: *Infirmitas grauis ſaluam facit animam*, cui conſonant D. Pauli dicta 2. *Cor. c.* 12. *Virtus in infirmitate perficitur*, cuius aſſerti ſunt teſtes ſanctorum vitæ deſcriptę à pluribus Illuſtriſs. Scriptoribus.

APPENDICVLA IV.

Di animi paſſionibus, & quas vires habeant in corpus vbi aliqua ſcitu non indigna.

VERE dixit Salomon Prou. 17: *Animus gaudens ætatem floridam fac t: ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.* Legunt alij apud doctis. Salazarium in Comentar. Cor lętum benefaciet medicina: tunc enim medicamentum proficit, & iuuat, cum alacri animo eſt, qui illud excipit. ſed Hippocrates Medicinę Princeps audiendus pręcipuè eſt *lib. 2. de morb. Cura*, inquit *in viſceribus veluti ſpina etiam videtur, atque illam pungere*; cui Dauid concinuiſſe viſus eſt, cum ait, *conuerſus ſum in aerumna mea dum configitur ſpina*, triſtitia ſcilicet. Sequitur Hippocrates, *vbi hæc anxietas animum corripit, lucem atque homines fugit, & tenebras amat, & timor inuadit, aridus eſt, & ad contactum dolet, & expaueſcit, & terriculamenta, & ſomnia horrenda videt.* H. Hippocrates. Hinc rectè Iſidor. *lib. 10. Ethymolog. animi afflictionem ac tribulationem à tribulis appellari docet, quia tanquam tribuli corpſum pungunt.*

Animi Pathemata quæ mala pariunt.

Amoris qualis, & cuita Paſſio.

Ab inſano amore quis neſcit plurimos non tam animo laboraſſe quam corpore? Vide D. Greg. *lib. 4. moral. cap. 30. & lib. 3. dialog. c. 24.* Indicat id Amnon. qui ex amore Thamar. aegrotaſſe

Google

grotaſſe traditur *lib. 2. Reg. 13.* & Seleuci filius, de quo Plutarc. in Demetrio, & Val. Max. *l. 5. c. 7.* de qua re multa Abul. *in cap. 13. Reg. l. 2. q. 19.* Ob id Iamblic. *de myſteriis. Daemones*, inquit, *ſua corpus præſentia grauant. n orb ſq; affligunt*; quia ſcilicet mœrorem ac triſtitiam inducunt, inferni germina præcipua, deſperationem, timorem, vitæ odium, & mille terriculamenta, quibus veluti aquila apud inferos Titij iecur arrodere non ceſſat præſtigiator ille.

Cum Paulus Hymenęum, & Alexandrũ tradidit Satanę caſtigandos *cap. 1 ad Tim.* non tam eos arreptitios reddidit, quàm mœrori ac triſtitię mancipauit, magnum tormentum animi, & corporis angor.

Et ſane ſi rem medica libra perpendere placet, hectica febris omnium peſsima, ac mortis ſoror germana non ne ab animi paſſionibus pręcipuè ſolet oriri: nam cum cerebrum quod eſt ſol in corpore radios ſuos mittit caliginoſos, etiam triſtitia ſordidos, Cor ipſum trahit per ſympathiam, vnde cum ſpiritus, & calor vitę inquinentur marceſcunt, marcidi exſuccum reddunt non tam Cor ipſum, quam corpus totum, vndè miſera tabes, mortis imago fit homo. Falſo putauit Pomponatius in imaginationis vim referenda eſſe miracula, ſecutus Auicennã, alioſque, quos non illuſtrauit ſol fidei, ſed tantum lumen materiale ac elementarium huius mundi Philoſophia omninò deceptos: verum non falſo dixiſſet vim quarumcũq; curationum pręcipuè inniti (reliquis non ex-

Hectica Febris à qua cauſa ſæpè ſit.

cluſis Imaginationis efficaciȩ (vt putat Clariſſimus Thom. à Vega maximus Medicus) etenim ſpiritus obedientes animȩ eo currunt adiuturi vbi morbus catapultas vibrat, vitam erepturus . Verum de hoc alias .

Duo non relinquam intacta, ſed leui manu: cum de animi aegritudinibus dictum ſit, quȩrimus an aurum, argentum, ac gemmȩ in medicina locum habeant: Arabes certè, & eos ſecuti aliqui ex Latinis vim maximam pretioſis hiſce rebus tribuunt. Sed quid? aurum potius in crumena quam in ventriculo pretioſius ſane dixerim. *Vni certe metallorum (ait Plinius lib. 33. cap. 3.) nihil igne deperit, incendia rogoſque abſque detrimento fert: quo ſæpius arſit tantò plus perfectionis illi accedit.* Idem ſentit Ariſtot. *lib. 3. Meteor. cap. vlt.* de quo fuſius in Iatrochy. & Paneuch.

Remedia pro animi affectionibus

Ipſe Galenus alia Cordis effœti fomenta excogitauit *l. 11. ac 12. Meth.* ingenuè aſſerens, ſe prȩter odorem, aërea, & nonnulla epithemata, & boni ſucci alimenta (quȩ cum ſanguinem depurent, ſpiritus claros reddunt, cor exhilarant, vires diſperſas coadunant) nil aliud ad cor exhilarandum, nouiſſe. Ipſæ gemmȩ antequam per tot anfractus dilabantur per pyloron primum ad inteſtina, ad meſaraicas poſtea, tãdem ad hepar, & eius venȩ concauæ ramos, priuſquam ad cor perferantur per tot ambages & viarum diuerticula, nonne vires gemmarum tam longo itinere fatiſcunt?

Sed hæc in Iatrovhymia noſtra iacula refrangentur cum de his Theoricè, & Practicè tracta-

tio

tio fiat. Stet tamen hic quod hi nodi ſuos patiuntur cuneos, & quo ad vltimam inſtantiam, non video quid potius gemmis infauſti poſsit accidere, quam vino, quod tamen lętificat cor hominis, & Dei. Ipſum certè vinum, per tot anfractus etiam tranſire debet, à quo tamen vitæ ſpiritus retinentur, vt patet in ijs qui lypothymiam patiuntur, & ſyncopem. *Gemmarum vſus in medicina.*

De auro, quod Plinio adeo videtur refractarium, ſcio gallinarum oſſa ipſum inſumere, vt ipſe Plinius non negabit *lib.* 29. *c.* 4. & Vitalis Cardinalis cap. proprio confirmat. Scio quoque ſmaragdum, quem Iaſpidem viridem appellat Galenus, *l.* 6. *ſimpl.* ſuprà orificium ventriculi appenſum illud corroborare. Nec temere (inquit Ioan. Langius *Ep.* 44.) Æthiopes & Romani annullos in proximo minimo lęuæ manus digito deferebant: non eo certè nomine, quod læuæ manus ocio annulus minus quã dextræ vſu attereretur: ſed quia in Anatomia Ægyptij compererant neruum vel arteriam ex hoc digito ad cor pertingere, per quem gemmarum ἀπόρροια i. vaporum effluuium ad cor penetraret. Quod Appion in libris Ægyptiacis, & Orus apud Macrobium *l.* 7. *Saturnal.* verbis conteſtatis affirmat H. ille. *Annulorum vſus commodi.*

Huc etiam facit quod Leuinus Lemnius *l.* 2. *de occultis naturæ miracul. c.* 11. ait, qui tenuem quendã arterię ductũ (nõ nerui vt Agelius exiſtimauit) à corde ad annularẽ digitũ manus ſiniſtrę porrigi vult, cuius motus in parturiẽtibus ac delaſſatis, omnibuſq; cordis affectibus indicis cõ-

tactu

tactu facilè percipitur: quod abſurdum videri non debet, cum animi defectu collapſos erigere ſoleant deligato hoc articulo. Id ipſum confirmat Riolanus in ſua Anatom. *Cap. 3. de Arteriis*. Addit imo Lemnius in Herbis Bibl. *cap.* 38. agens de Croco, Cor vero crocus ità recreat vt digito annulari ſiniſtrę manus affrictus confeſtim ad Cor penetret: tanta eſt illi cum corde ſocietas, vt vel foris adhibitus vel intus abſque mora per arterias illuc perferatur, quo fit vt corpori venuſtatem adferat, & colorem floridum conciliet, modò ne ſit immodicus eius vſus; nā immoderatus riſum perpetuum homini excitat, & (vt tradunt Medici) nimio gaudio hominem conficit, ſi trium drachmarum pondere exhibeatur, quod tradit Dioſcorides lib. 1.

Vini vſus Cōmoda, & incō-moda.

Vinum quòq. quod medulla eſt cordis, & ipſius Corculum perfectum non ne eſt lætus fructus terræ, in quo vitales delicię abconſę, promuntur ab homine, tanquā Prometheo quodam ignem ſuffurante? Galenus multus eſt in eius virtute celebranda (pluribus ſuæ doctrinę locis, ad melancholiam precipue imò ad ipſas quoque febres extirpandas, contra Medicorum popellum vt Meyſſon. probat *in arc. de febr.* de qua re non diſputo modo.

Hoc tamen vinum ſi poculorum limites excedat, næ calami imparitatem arguas, ſi mala ab ipſo germinantia paucis exarare velit. Botrus eſt toxica continens, non vuas ſed labruſcas parturiens, vt omittam morbos, ac morborum Illiadem longiorem ſanè illa Homeriana, monſtra,

monſtra ipſa Hęreſum, quod mireris, Orbi infeliciter dedit itâ ne? quis neget. Hoc certè ait Ioan. Gallego Medicus Annę Reginę Galliarū, *trac. de alendor. Infant. ratione cap.* 16. dum è Vino immoderate ſumpto, ſequi ait, *vt ſeptentrionales populi ob loci frigiditatem nimio vini potui aſſueti, ſuis appetitionibus indulgere maxime cogantur. Hinc verò tot ſectarum diſtinctiones emanare, & hæreſum monſtra* non ineptè cõcludit per hæc verba. *Horum igitur errorum exordia vinoſam brutalemque puerorum educationem exiſtimamus eſſe.* Hinc Albingenſium Hęreticorum inſaniſsima inſania fecit dicere *neminem poſſe peccare ab vmbilico deorſum verſus*, vt Adamus Contzius Soc. Ieſu, in Coronide Iubilorum locuples teſtis eſt, *cap.* 34. meritò equidem, cum Hęreſis, eiuſque monſtra Lutherus, & Caluinus hos parentes ac nutricios, Bacchum puta ventremque non Dei aeterni Euangelium, (quod mẽtiuntur) ab inferis habuerint.

§. II.

Rationibus auctoritates fulciuntur, & experimentis comprobantur.

IAm verò, præter adductas auctoritates ſimplices; habemus ratione efficaciſsimi argumenti, à iuuantibus, & nocentibus deſumpti, Carneades enim aduerſus Zenonem, & Chriſippum ſcripturus, helleboro ſeſe purgauit ex *Plin. lib. 25. c. 5 Valer. Max. l. 8. cap. 7. Gel. lib. 17.* (quæ fuit antiquis in maximo vſu potens Medicina) quę quidẽ à noſtri ęui præſertim ſcriptoribus, maligno animo prẹditis deberet aſſumi; ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus vſque ad animi domicilia redundaret, & mentis magè vigentem inſtantiam labefactaret.

Scriptores curſe debeant helleboro purgare.

Cęterum Plato etiam ſcribit Medicorum purgationes, & pharmaca hoc vnum intendere, vt purum hominem & corpore, & anima omninò reddant; quod pluribus in locis prẹter ſuperius adducta repetit, & clarè rectèque comprobat in Timæo *Pag. 495. 1. m.* dũ docet Medicum animi paſsiones curare, ex quibus morbi vt plurimum dependent, his verbis: *Idcirco voluptates, dolcreſque admodum vehementes morborum animæ omninò grauiſſimi iudicandi, ex quibus morbi in corpore imprimuntur.*

Eadem Plato ſentit de medicinis exhibendis.

Theo-

Theophraſtus etiã maximus de plantis ſcriptor, tradit *multas herbas ad animum, & mores maximam quidem vim habere*, & iure quidem meritò; nam cum iuxtà Sapientis dictum, *Eccli.* 20. 20. *vinum lætificet cor hominis*, cui quidem & Muſica cōparatur, de qua mira habet Camp. *Med. p.*60. & Meyſs. *Pentag. p.* 80. ex doctiſsimo Merſen. *Com. ſuo in Gen.* plurima auxilia refert; perindè quoque id ſeſe habet in plantis, alijſque vegetabilibus, quę huiuſmodi pollent facultatibus, quibus animus promptior redditur, illique vigor augetur, ad morbos debellãdos fugandoſq;

Theophraſtus etiam eadem philoſophatur de Plantarum virtutibus.

Galenus verò ſcriptum reliquit, *lib. de ther. ad Piſ. c.* 6. nouiſſe ſe plurimis experimentis *theriacam efficacem eſſe ad animi prudentiam, & acrimoniã exaugendam, ſenſus enim validos, vt ſuo munere fungantur, efficit, mentemque à vaporibus vindicatam ſubtiliorem reddit*; ad quę etiam efficaciſsima eſt cōfectio Anacardina, cum grano tamen ſalis ſumenda, de qua mira quidem prędicantur ab ijs præſertim, qui de memoria augenda, vel in vigore conſeruanda pertractant, inter quos elucet auctor quidam Hyſp.

Gal. hæc cōfirmat Theriacæ vis.

Sed cum plenos huiuſmodi præceptorum, & ſententiarum præclariſsimorum libros apud Medicinę Doctores, alioſque ſcriptores tibi poſsis apparare; ſuperuacaneum hic eſſe exiſtimo in dilucidandis his diutius immorari.

Cōmunis eſt ſenſus omnium.

Quotus enim quiſque eſt, qui æquè pertinax abſtinentiæ ſuaſor, ſobrietatis dictator, iræ moderandæ, fugiendæ triſtitię, crapulę euitandę, amoris abijciendi, Veneris temperandę, quam

Medi-

Patho-logia Med. pars prę-cipua.

Medicus? qua de cauſa pathologiam prçcipuè à Medico ſedulò perſcribendam, & animaduertendam, doctiſsimis quibnſque Medicinę Prçceptoribus aſſeritur, qua de cauſa, & Querc. doctiſsimus ſuum Dięteticum Polyhiſt. ab animi affectibus, & morbis, eorumque cura exorditur quod faciunt docti Hippocratis veri ſectatores.

Med. conatus quales.

Verùm enim verò, ipſe etiam Medicus, non tam conſilio, quam opere, humanum animum adiuuat, & corroborat in ſuis operationibus, diæta, vel pharmaciâ bilem atram prohibens, vel minuens; cordis labentes vires reficiens, cerebri ſpiritus fulciens, mẽtis organa purgans, ingenium emendans, memorię domicilium ſarciens, totum denique animi habitum in melius commutans.

Medicina eximia pro Anima Operationes. Et conſilia Et auxilia in ordine ad Corpus, & Animam.

Nonnè per interiorem, vt vocant hominem, & exteriorem ſeruat, qui phreneticum, lethargicum, maniacum, ſyderatum, lymphaticumq; aliudue id genus vitij peſsimum, quod ad animum penetrat, reſtituit? Theologus quidem efficit, vt homines à vitijs reſipiſcant; at Medicus vt ſit, qui poſsit ſe ipſo reſipiſcere? fruſtrà ille Medicus animę ſit, ſi iam ſugerit anima, cui paratur antidotum, cum enim impium ſubito corripit apoplexia, aut alia quęuis prçſentanea peſtis, quę corpus adeò inficiat, vt vitã priùs adimat, quàm vacet ad morbi, & vitę caſtigandę cogitationem: hunc qui reſtituit (alioquin in ſuis ſceleribus infeliciter ſepeliendum) nonnè quodammodo tùm corpus, tum animũ

reuocat?

reuocat? in eum certè locum hominem reponit, vt ei in manu iam ſit, ſi velit mortem ęternam ſugere, & dicto citius ęterna beatitudine gaudere, hæc autem miracula non niſi noſtra Iatrochymia patrandi modum, & normam docet, ac in primis quę Dogmatica ſit.

In his tamèn, diligenter animaduertendum eſt Cornelij Celſi pronunciatum *lib. 1. ſent. 11.* qui ait *quod cum par ſit ſcientia, tamen vtiliorem Medicum eſſe ſcias amicum quam extraneum, fiducia enim ex Deo eſt, diffidentia verò ex parte mali Dæmonis*, vt clariſsime patet ex ſacris paginis multis in locis, quo ſenſu hic etiam intelligendum eſt eandem omninò fidem in omnibus pręſtandam eſſe Medico, & Confeſs, & ſi illi dicerem maiorem in ſuo, & ſano ſenſu non fallerer, enim vero hic ſolum animę, ille verò corporis etiam curam gerere debet; quarè vtriuſque munus deberet optimus Medicus explere.

Fiducia in Medico quanti ſit.

Ex his in liquido conſtat Medici officij dignitas, & excellentia, quanti habenda ſit, & quomodo in numero, pondere & menſura eiuſdem electio ſit faciunda.

Eius officij Dignitas, & bona.

Colligitur etiam, quod quia his dignis notis inſignitus à fęminis pręſertim quandòque non præcognoſcitur, peſsimis omninò morbis, & mali moris, & immedicabilibus hę detineantur, verecundia enim factum eſt (qua vt theſauro recondito, vt plurimum excellunt, & qua poſthabita Cacodęmones ſunt, *corruptio enim optimi peſſima*) vt illa detentę ſicut peccata obuelant, & obnubilant, ità & corporis, & animi paſsiones

nes ſæpe ac ſępius ſilentio inuoluant, & reuoluant, & Medici mentem & operationes ſeſeq; ipſas omninò confundant.

Hinc diſcas quāti optimus ſit faciendus Medicus, & quam expetendus, vt qui non tam corporis, quam animi indemnitati poſsit conſulere. In parente Henrici Galliarum Regis huius nominis iiij, monſtrauit id Cl. ille poſtea Cardinalis eximius Medicus, de quo dicemus, monſtrauit alter, qui obſtinatum Principem ad meliorem frugem reduxit, arcana aperiens Prædeſtinationis diuinę ei qui Paulli Apoſtoli oraculo decernenti aquieſcere detrectabat, dum tandem concludit Apoſtolus Gentium in hęc verba. *O Altitudo diuitiarum Sapientiæ & ſcientia Dei?* in huius abyſſo latitat ſepulta ac obruta humana ſapientia, quoniam conſiliarius Dei nullus fuit, nec vnquam eſt futurus.

Roborat mea ſenſa, inuictus calamus doctiſſimi Patris de Philoſophia ac Theologia egregiè meriti, Patris, inquam, Raphaelis Auerſæ olim Cl. Regularium Minor. Generalis Præpoſiti, nunc verò Theologi, ab animi ſecretis, & Conſiliarij Eminentiſsimi Card. Duratij (cuius Deus doctrinam conſiliaque ſale condit multo; non infatuat) qui in opere recēs excuſo cum ordinis Sacramento, Matrimonij Sacramentū adnexum eſſe voluit, vt exin probaret neceſſitudinem quam inter ſe habent maximam ac intimam cognationem, vt pluribus ipſe illuſtrat Præfatione ad eundem Eminentiſsimum Archiepiſcopum, Paſtoremque noſtrum vigilantiſ-

ſantiſsimum: id perindè dìcas de Medicis, qui non tam corporis ſaluti ac valetudini, quam ipſius animę indemnitati conſulere debent.

Et ſanè quis Lethargo implicitum, aut Phrenitide furioſum coercere poterit, armatus licet totius Theologiæ, aut Philoſophię myſterijs, cum omni earum armamentario niſi à medico primum ſuperata pituita, ac fręnata bile indomita, igneaque?

Pietas equidem, cęteręque virtutes quibus Chriſtiana conſtat felicitas, ab animo potiſſimũ pendent, non inficior; Cæterum quoniam corpori alligatus, corporeis organis velit, nolit, cogitur vti, ſequitur ſane, vt bona pars bonæ mentis à corporis habitu dependeat; permultos verò homines infelix corporis temperatura veluti inuitos, & reclamantes, & cõtranitentes ad peccandum trahit, dum ſcilicet inſeſſor animus fruſtrà moderatur habenas, fruſtrà calcaria ſubdit, ſed equum ferocientem & in deuia agitatum in præcipitium pronum ſequi cogitur. *Paſſiones corporis ſequũtur animi paſſiones.*

Sed verò etiam Medicinę praepotens virtus humores moderatur, & ad ſymmetriam reducit in quibus reſident, & vigent affectus qui deindè illa mitigati, & ad iuſtum ponderis, & virtutis temperamentum reducti in melius permutantur; quo fit, vt ſicut parœmia fertur, quod *honores mutant mores*; ita meliori ratione ab humoribus mores dependentes permutantur; quę quidem quam vera ſint, nemo prorſus erit, qui inficias eat; niſi ſe hominem non eſſe velit profiteri; & teſtantur quam plurimi auctores

de ſeipſis, & Cāpanella præſertim, qui aſtris ſicut humorum ex communi melius ſentientium ſenſu, ità & morum vim attribuit, & eorum diſpoſitionem, qui ab humoribus omninò dependent; ex quorum bona vel praua conglobatione boni, vel praui mores exoriuntur.

Boni vel praui mores ex humoribus, & Aſtris ſunt.

Cæterum animus quidem videt, animus audit; ſed ſi oculos glaucoma occupauerit, ſi aurium meatus humor obſederit, fruſtrà vim ſuam animus habet, & iactat.

Animi affectus quales.

Odit etiam animus, animus etiam iraſcitur; ſed plerumque vitioſus humor organum obſidet; ità vt odio, quem amore dignum iudices, proſequaris; & cui nolis iraſci, iraſcaris.

Philoſophiā verò ſummam in hoc ſitam eſſe iam fatetur Plato, eiuſque maximā induſtriam eluceſçere ſi rationi affectus obediant. At in hoc quidem negotio, præcipuus etiam eſt adiutor Medicus hoc agens; vt ea pars homini vigeat, & ſapiant ea cuius arbitrio geruntur, quęcunque cum laude efficiuntur.

Horum moderatio ex Philoſophia dependet.

Denique Dei pręcepto, & ſacrarum paginarum ſententijs, & exemplis Medicus inhęrens ſuo officio optimè perfungitur, dum ſcilicet ſuas debitas partes agit, & exequitur viſitando, & conſolando ægrotos, quod vbique, & paſſim à ſacra ſcriptura commendatur. *Gen.* 48. 1. 4. *Reg.* 8. 29. & 13. 14. *Iob.* 2. 11. *Pſal.* 40. 4. *Eccl.* 7. 3. 28. *Matth.* 25. 36. 40. *Io.* 11. 3. *D. Paul. Cor.* 5.

Officium viſitandi ægrotos quale ſit.

Demum ad demonſtrandam artis huiuſcę poten-

potentiam, & maieſtatem, hæ quidem rationes apud naturales Philoſophos abſque fidei lumine magnę ſunt; at nobis Dei benignitate illuſtratis, & illuminatis longè maiores, vel potius maximæ ſeſe offerunt contemplandę, & ſuſpiciendæ.

ART. IV.

Medicinam Sacram eſſe ac diuinam facultatem ſuis probatur rationibus.

SAcram appello facultatem Medicinam, quia Dei opus peculiare, à Deo dimanans, vt à fonte; cum Altiſſimus creauerit Medicinam de terra in ſalutem gentium. *Medicina ſacra quomodo ſit.* Sacram appello quia ſalutare eſt opus, & quia diuinitatis cuiuſdam particeps videtur ob ſuam erga humanum genus beneficentiam. Sicut enim Deus per eſſentiam, præſentiam, ac potentiam in omnibus rebus inuenitur, cumque in ipſo moueamur omnes, & ſimus, vndè dicitur Cœlum, & Terram ego impleo, itá etiam de Medicina dici poteſt, cum ipſa vt Dei opus peculiare, ac radius ipſius in animalibus, foſſilibus, mineralibus, meteoris, vegetabilibus, & in omni herba virenti reperiatur, quam terra germinauit. Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum, equidem non diffiteor, quia

Spiritus Sancti oraculum eſt: aſt nõ minorem ſanitatem præſtat Orbi Medicina ipſa, quæ ſanitas eſt Orbis adeò Deo dilecta, vt ipſam in omnibus rebus à ſe creatis indiderit, tanquam theſaurum abſconditum, & impretiabilem, de qua re diffuſiùs in Iatrochymia in particulari acturi ſumus.

Omnia propter Medic.

Imo letiferię herbę, toxicaque ipſa in perniciem humanam tamquam lolium cum grano enaſcentia, Medicina magiſtra in ſalutaria Medicamenta conuerti poſſunt; nihilque eſt adeò noxium, adeò viroſum, quod ad bonam frugem reduci non poſsit, ac in humanum commodum tranſmutari, quod fuſius in moralibus propedeumatibus comprobauimus, deque vniuerſo agentes cũ noſtro Philoſopho in Timęo.

Et pro bono homi-nis.

Equidem Deus, qui ex nihilo omnia fecit, vti creator optimus Maximuſque Medicinam tamen voluit peculiariter communicare humanis rebus, vt operantibus ſecundis cauſis, diuinæ largitatis ac bonitatis ſuppeterent infinita argumenta, malaque, & mors ipſa, quæ per peccatum introierunt in Mundum, quoad fieri poſſet, propulſarentur, Medicinæ ope, ac miniſterio.

Medicina Dei Inſtrumentum.

Vndè qui putant Medicinam eſſe hominum inuentum, falluntur longè, cum Medicinam Altiſsimus creauerit tanquam humano generi neceſſariam, nec ad alias manus, quam diuinas, eius ortus referri debeat, ſine iniuria non tam ipſius Medicinæ, quam Dei ipſius Creatoris.

Didicerunt quidẽ homines à brutis ſine Me-

dica

dica aliqua præſidia, ſiue peculiaria Medicamenta fateor ingenue: ſed quid tum? An non Deus Aſinos ipſos hominum doctores aliquando eſſe voluit, quod ingenioſe dictum accipio à Sebaſtiano Baldo, abſque ipſorum hominũ præiudicio, nequidquam humana ſuper Aſinos excellentia in deterius lapſa? Id ſanè clariſſime oſtendit Aſina ipſius Balaã *Num.* 22. inferes ergò Aſinos homines docuiſſe, humanam vocem ab ipſis doctos fuiſſe? non opinor. Quod tamen bruta Medicinam expreſſerint, indicat id maiorem ipſius eminentiam, cum ad ipſam naturali inſtinctu tetenderint, tanquam quid diuinum, eminenſq; de qua re Religioſiſsimus, & doctiſsimus P. Granata videri inter alios poteſt, in ſuo Symbolo Chriſtianæ Fidei, & qui ſchalas ad Deum erigunt, & corda plena Deo habent Deumque eructant S. Bonauentura, & Bellarminus Card., verè duo Eccleſiæ Romanę Cardines. Huic eidem argumento inſudarunt duo alij Soc. Ieſu Auctores excelſi, tanquam Helenę fratres PP. Nicolaus Cauſsinus, & Theophilus Raynaudus, verſantes nobile ac pium argumentum. *Animalia Med. Medica.*

De peculiari inſtinctu brutorum ergà Medicinam, & quomodo homines docuerint ſelecta aliqua ſcripſit egregiè Iulius Guaſtauinus Patritius Genuenſis, Medicina nobilis ac amœnitate eruditionis toti Reipublicæ litterariæ conſpicuus, dum vitas Medicorum ſcribebat.

Non tranſeo quòd ipſe Dæmon, vt nobilitet ſuos mores, quantum poteſt, Deique ſimiam

Diabolus Medic. æmulator.

ſe egregiè oſtendat, vt appareat glorioſus in mirabilibus patrandis, ipſe inquam Medicinâ vti ſolet, applicando actiua ad paſsiua, quod etiam olim fecit, & deinceps faciet, cum maximè per Antichriſtum prodigia multa patrabit, vt ſeducat gentes. Videndus Del-Rio in ſuis diſquiſitionibus Magicis, doctrinę vir incomparabilis, vt alios non nominem, ſatis multos.

ART. V.

Quomodo inſtitui debeant Medicorum boni mores, & de eorum execranda deprauatione.

NEmini mirum videatur ſi hęc eadem, vel ſimilia conſilia, & cautiones ſępius repetantur, cũ eorum maxima adſit neceſſitas pro noſtro Medico rectè inſtituendo, & conſtituendo; at verò cum ſæpius repetita placeant, ſi eiuſmodi ſint, quæ bonorum oculis, & auribus non diſpliceant, ità cum hæc malorum peſſimam mentem de medio tollant, & technas, & dolos aperiant nemo dubitabit quod à calũniatoribus mihi iniurię nota non ſit inurenda, ſed hæc à Medicina Sacra quam pertracto protinus delebitur, & abſq; macula, & ruga prorſus

ſus

ſus intacta remanebit, & licet nigra ab aliquibus formoſa tamen à pluribus recognoſcetur.

Cęterum ex malis conſilijs quę recenſet Codronchus de Chriſ. Med. rat. l. 1. non ſolum in ijs quæ ad corpus, ſed etiam quę ad animam ſpectant, cum ex iam ſatis ſuperque probatis conſtet vtriuſque Medicum debere eſſe cuſtodem vigilantiſſimum ipſius execrandæ Medicinę exitus in liquido eſt.

Verum præcipuè in eo deficit huiuſmodi Medicus cum praua intentione medetur quoquò modo Medicinam adminiſtrando, ſic enim impiè ſe gerit iuxta Sapientis pronunciatum: *anima impij deſiderat malum, & non miſeretur proximi ſui*. in quo maxime peccat, quod affirmat Socrates his verbis: *ex malo alieno caue ne gaudio comtlearis*, vt refert Diog. Laert. *de vita, & moribus Philoſoph.* at ſi hęc Ethnicis malè olebāt quid de Chriſtianis Medicis eſt ſentiendum, tamen adſunt aliqui, qui lætantur, & gaudent cum multos egrotos habent, & morbi in lōgum protrahuntur, quique triſtantur, & dolēt infirmos curandos non habere, vel ad alios plures quam ad ipſos accurrere, quo fit, vt ſceleſtè quandoque praua conſilia etiam ſanis exhibeant; ne illos egroti deficiant, qui prorſus deficiant. Contra hos linguę Auguſt. gladium accipe: *Medicus non amat ægrotantem ſi non odit ægritudinem, & vt liberet egrotum febrem non perſequitur*, ſed ex Sapientis in Eccl. Prophetico ſenſu: *facienti nequiſſimum conſilium ſupra ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vndè veniat illi*.

Medici mala deſideria.

Sed vlteriùs extenditur horum malitia cum prę auaritię ſordida aromatarios etiam ſe conſtituunt, vel cum ipſis de lucro paciſcuntur, vel quoquo pacto damna ęgrotis inferunt, vel medicamenta exhibendo, quę ad infirmitatem non faciunt, vel eorum vaſtiſſimam farraginem prę-ſcribendo, quo fit vt calor naturalis obruatur, vel humidum radicale depaſcatur, ſicque ęgrotus conficiatur, quod tamen legibus, & pœnis cautum ſanctumque eſſe deberet; permittitur tamen ipſis quod diuitibus pretioſiora ad eorū oblectationem, & commodum permittāt propinari, ſed pauperibus ea tantum quę ſimpliciter ſunt neceſſaria pro morbi debacchatione; quod enim poteſt fieri per pauciora non debet fieri per plura (ex communi ab omnibus accepto axiomate) ſi tamen ęquè benè cętera concurrant, alioquin illud Iſaię *c.* 33. ſibi ipſis inflictum perſentiant : *veh qui prædaris, non ne & ipſe prædaberis?*

Sordida operationes.

Hinc poſſet quis obiectionis telum acuere cōtra illos Medicos qui ſuis manibus medicamenta pręparant (cuiuſmodi vt plurimum deberēt eſſe Iatrochymici perfecti, & boni, qui ſic miracula patrant) ſed illud infringitur in noſtra Iatrochym. interim calumniator ſubſtine, & abſtine quoaduſque Iatrochymię inuſtas notas videas deletas, & protelatas; ſtet tamèn quod neceſſe eſt vt huiuſmodi Medicus abſq; calumnia prorſus operetur, & ſi auarus ſit illius Medicina omninò euitetur.

Signa autem huiuſce perfecti Medici erunt, ſi ex

ſi ex Hipp. præcepto *in præcep.* ſancito ſe geret, qui hęc ait: *ſi occaſio ferendæ opis ſe obtulerit peregrino atque egeno maximè talibus opituleris, ſi enim affuerit erga homines amor, & erga artem aderit* quibus conſonant quę à Diuino alio Magiſtro in Phedro dicuntur: *ſi egenis gratificandum eſt maximè conuenit certè non ditiores ſed pauperimos iuuare;* at ſi hęc ethnici conſilia pro recto operandi modo exhibent, quæ catholici Medici animis inſerta non habeant cum ipſis à veritate quæ falli non poteſt beatitudo promittatur *Matth. c.* 5. quę deindè ipſis Medicis participatur ex Sap. *Prou. c.* 11. promiſſione facta: *qui miſerebitur paupe is beatus erit, & miſericordibus benedicit Deus;* ſed audi eiuſdem iuſtum conſilium *Eccl. c.* 4. mẽtis penetralibus cuiuſque Medici inſerendum: *declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & responde illi pacificè in miſericordia, nec te pigeat eum humaniter viſitare, ex his enim in dilectione firmaberis.*

Medic. bona ope ra.

Pręthereà ſi ex meliorum auctorum Catholicorum ſenſu tenetur Medicus pauperes non ſolum abſque mercede viſitare, & curare, ſed medicamenta illis dare, ſi prompta habeant, vel ſuis ſumptibus emere (ſi tamen poſſint) vel curare vt ab aromatarijs ijs diſpenſentur vbi non adſunt pia loca ad hoc inſtituta, quæ cùm Sapientis verbis concordant illiuſque mentem explicant; ſi inueniatur quis (quod miſera noſtrorum temporum calamitas etiam in aliquibus Medicis conductis videt) qui paciſci etiam cum pauperimo non exhorreſcat, vel extorquere etiam ſordidè quæuis ſi pecunia non adſit, audeat,

Simulatores, & Proditores Medici.

audeat, vel præſumat, vel capite dolere fingat, vel alias nugas adinueniat, ſi prima vice illi merces non debita non detur, hic non declinat à malo, & *Ecc. c.* 12: dato conſilio non aquieſcit nec iuxtà eius mentem operatur qui hæc ait: *ſi benè feceris, ſcito cui feceris, & benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam*, at quinam ſunt pauperibus iuſtiores cum ab ipſo Chriſto Euãgeliſtarum voce in beatorum numerum referantur.

Iatrochy. libera manus. Cæterum ſi adſit Iatrochymicus, qui liberaliter quæ proprijs manibus parat indigentibus præſertim condonet, hic Gal. mentem aſſequitur, qui *lib.* 9. *de Hipp. & Plat. decr.* aſſerit *Medicorum finem minimè ad vtilitatem, ſed ad dignitatẽ quatenus ſunt Medici pertinere*, immo ex ipſo Hipp. *in ep. ad Abder.* habetur quod *qui mercedem capiunt hi ſcientiam ſeruire cogunt velut captiuam facientes ex priore libertate*: ſed cùm grano ſalis hęc ſunt accipienda, de ſordidis enim loquitur cum alioquin dignus ſit operarius mercede ſua.

Secreti ſigillũ in Medico requiritur. Denique cũ Medicus ſacerdotis etiam munere ſępe ac ſępius fungi debeat vt animi rebelles morbi deſtruantur ꝙ Boetius his verbis cõfirmat: *Si operam Medicantis expectas neceſſe eſt vt vulnus detegas* nemini dubium eſt quod ſecreti ſigillum diligenter obſeruare debet iuxta *Eccl. c.* 27. praeceptum ſic ſcribentis: *qui denudat arcana amici perdit fidem, & qui ambulat fraudolenter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt celat amici conſilium*. Adde & Hipp: ipſius in *iureiurando* ſuo pollicitationẽ quam Medicus maximè obſer-

obſeruare debet : *quęcumque inter curandum videro, vel audiero, immo etiam ad medicandum non adhibitus in communi hominum vita cognouero tacebo, & tanquam arcana apud me retinebo;* ſic enim maximam laudis, gloriae, & honoris famam conſequetur, & ſuo munere recte perfungetur.

Debet autem praeſertim exornari Medicus meus iuſtitia, & charitate cũ enim : *diſceſſerit homo à Charitate Dei à ſe ipſo diſceſſit* vt ait vas electionis, & gentium Doctor, quam virtutem etiam agnouit diuinus Philoſophus *lib. 2. de leg.* quibus conſonant ab Aug. *lib. de doct. Chriſ.* reuelata *ſola charitas quæ vincit omnia, & ſine qua reliqua nihil ſunt. & vbicunque fuerit trahit ad ſe omnia;* quid melius? nam qui totum dicit nihil excludit. *Virtutes Medico neceſſaria.*

Praeterea etiam bonis moribus ſit imbutus, & praeſertim prudentia iuxta Chriſti praeceptum *eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ* non enim debent ab illecebris mulierum illaqueari, nec in vanis colloquijs detineri, ſed obturare aures ſuas vt venefici venerei incantantis amoris verba plena lenocinij effugiant, immo & oculos tanquam animi vigiles cuſtodiat cum ſint in amore duces, & regius Pſaltes ſic praecipiat, *auerte oculos tuos ne videant vanitatem* quod praeſertim Medico videtur dictum cum veluti venenum ſenſim ſine ſenſu venereus ardor obrepat, cum & veluti ſtipula accenſa magnum incendium exercitet, vel tanquam baſiliſcus occidat, ſed ſit ſimplex, & re- *Mores etiam.* *Caſtitas etiam.*

ctus

audeat, vel præſumat, vel capite dolere fingat, vel alias nugas adinueniat, ſi prima vice illi merces non debita non detur, hic non declinat à malo, & *Ecc. c.* 12: dato conſilio non aquieſcit nec iuxtà eius mentem operatur qui hæc ait: *ſi benè feceris, ſcito cui feceris, & bene fac iuſto, & inuenies retributionem magnam*, at quinam ſunt pauperibus iuſtiores cum ab ipſo Chriſto Euãgeliſtarum voce in beatorum numerum referantur.

Iatrochy. libera manus.

Cæterum ſi adſit Iatrochymicus, qui liberaliter quæ proprijs manibus parat indigentibus præſertim condonet, hic Gal. mentem aſſequitur, qui *lib. 9. de Hipp. & Plat. decr.* aſſerit *Medicorum finem minimè ad vtilitatem, ſed ad dignitatẽ quatenus ſunt Medici pertinere*, immo ex ipſo Hipp. *in ep. ad Abder.* habetur quod *qui mercedem capiunt bi ſcientiam ſeruire cogunt velut captiuam facientes ex priore libertate*: ſed cum grano ſalis hęc ſunt accipienda, de ſordidis enim loquitur cum alioquin dignus ſit operarius mercede ſua.

Secreti ſigillũ in Medico requiritur.

Denique cũ Medicus ſacerdotis etiam munere ſępe ac ſępius fungi debeat vt animi rebelles morbi deſtruantur ꝙ Boetius his verbis cõfirmat: *Si operam Medicantis expectas neceſſe eſt vt vulnus detegas* nemini dubium eſt quod ſecreti ſigillum diligenter obſeruare debet iuxta *Eccl. c. 27.* praeceptum ſic ſcribentis: *qui denudat arcana amici perdit fidem, & qui ambulat fraudolenter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt celat amici conſilium.* Adde & Hipp: ipſius in *iureiurando* ſuo pollicitationẽ quam Medicus maximè obſer-

obſeruare debet: *quęcumque inter curandum vi-dero, vel audiero, immo etiam ad medicandum non adhibitus in communi hominum vita co-gnouero tacebo, & tanquam arcana apud me retinebo;* ſic enim maximam laudis, gloriae, & honoris famam conſequetur, & ſuo munere recte perfungetur.

Debet autem praeſertim exornari Medicus meus iuſtitia, & charitate cũ enim: *diſceſſerit homo à Charitate Dei à ſe ipſo diſceſſit* vt ait vas electionis, & gentium Doctor, quam virtutem etiam agnouit diuinus Philoſophus *lib. 2. de leg.* quibus conſonant ab Aug. *lib. de doct. Chriſ.* reuelata *ſola charitas quæ vincit omnia, & ſine qua reliqua nihil ſunt. & vbicunque fuerit trahit ad ſe omnia;* quid melius? nam qui totum dicit nihil excludit. *Virtutes Medico neceſſariæ.*

Praeterea etiam bonis moribus ſit imbutus, & praeſertim prudentia iuxta Chriſti praeceptum *eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ* non enim debent ab illecebris mulierum illaqueari, nec in vanis colloquijs detineri, ſed obturare aures ſuas vt venefici venerei incantantis amoris verba plena lenocinij effugiant, immo & oculos tanquam animi vigiles cuſtodiat cum ſint in amore duces, & regius Pſaltes ſic praecipiat, *auerte oculos tuos ne videant vanitatem* quod praeſertim Medico videtur dictum cum veluti venenum ſenſim ſine ſenſu venereus ardor obrepat, cum & veluti ſtipula accenſa magnum incendium exercitet, vel tanquam baſiliſcus occidat, ſed ſit ſimplex, & re- *Mores etiam. Caſtitas etiam.*

ctus

ctus coram Deo ſicut ſanctus Iob, candidus vt columba in ſuis omnibus operationibus, luxuriæ dęmonem omnibus ſuis viribus effugere contendat, cum præſertim Diuus Paulus ſcribat ad *Gal. c. 5. & 8. qui immunditiam, & impudicitiā agunt regnum Dei non conſequētur*, & ad Romanos ſubdat *ſi ſecundum carnem vixeritis moriemini*; ſed pro alijs mille SS. locis, & SS. PP. dignis ſententijs ſit lex Medici ab Hipp. relata in ſuo *iureiurando* qui hęc ait *in quaſcumque domos ingrediar ob vtilitatem ægrotantium intrabo, ab omnique iniuria voluntaria inferenda, & corruptione cum qua vis alia tum præſertim operum venereorum abſtinebo, ſiue muliebria, ſiue virilia liberorumue hominum aut ſeruorum corpora mihi contigerint curanda* hoc autem debet ſedulo Medicus animaduertere ne illi accidat quod non nemo dixit.

Diues eram dudum fecerunt mę tria nudum,
Alea, Vina, Venus per quæ ſum factus egenus.

Cęterum ſummis amoris, & charitatis officijs, ſuos ęgrotos antiquitùs demulcebant Medici, proruentes ad ipſa oſcula, quod mireris, vt eruditorum noſtri æui Archimandrita doctiſſimus Aloyſius Nouarinus ſuo de Agno Euchariſtico *lib. 5. cap. 62. n. 612.* his verbis oſtendit: *oſculum*, inquit, *ægrotis quandoque Medici dabant, vt his blanditijs eos ad Medicinæ ſorbitionem allicerent*. Firmat id ex D. Ioan. Chryſoſtomo hom. 3. ad popul. Antioch. *Hæc*, inquit, *& Medici faciunt, ſæpius difficiles ægrotos habentes, deoſculantes, rogantes perſuadent ſalutarem ſumere Medicinam.*

Verum hoc æuo amplexus & oſcula faceſſant,

ne

ne vrantur in medullis animę, qui febrim patiuntur in corpore. Itá quoque in primitiua Eccleſia Chriſtiani antè ſacram Sinaxim, ſe ſe oſculo excipiebant amico (vt id obiter dicam) verum cum fraus ſubeſſet, & furtim multi in fęminarum oſcula, & amplexus irruerent, pro oſculis oris ſucceſſit oſculum tabellę pacis, quod Regius verè auctor in ſuis Aduerſarijs adnotauit Ludouicus de la Cerda *cab.* 81. 22. *Oſculorũ vſus antiquus.*

Oſcula Medicorum Panacea ſunt, libaminũ ad inſtar, quibus Valetudini litant, dum morbos mortemque auerruncant. Oſculantur, & feriunt. In oſculis, quis credat? diſciplinam inuenit is, qui has voces non diſtinxit, *oſculamini filium, & apprehendite diſciplinam, ne quandò iraſcatur Dominus Pſ.* 2. *v.* 12. Habeat Medicus omnem Medicam paraturam (vt cum Tertulliano loquar) in morbos in mortem dulciter ſęuientem, vt tutò, citò & iucundè profligari morbus, vita ac valetudo de integro reſtitui queat, nam vt ait Mart.

Non eſt viuere, ſed valere vita.

ART.

ART. VLTIMVS.

Medicinæ ac Theologiæ nobiliſſimus nexus.

Medicina cum Theol. ſimilitudo.

COgnatione quadam gaudent inter ſe Theologia ac Medicina, illa animis proſpicit, hęc corporibus, illa Deum habet tanquam ſibi pręfixã metam, hæc hominem Dei ipſius imaginem & ſimilitudinem; iunguntur itaq; quadam veluti ſocietate, adeò vt Theologus ac Medicus paruo diſcrimine videantur ſeiungi. Hinc pulchrè Ficinus ille Platonis anima, qui nec fallitur nec falli poteſt ex Clariſs. Gaffarelli dictis *in praf. Medic.* Camp. à Sacerdotibus Medicina adminiſtrata voluiſſet, & profectò ſanctum, & verum eſt eius teſtimonium cum felicius aſſerat *Medicinam tractatum iri, ſi Medici Sacerdotes eſſent, ac Theologi* quod clarius explicat in Com. Dial. *de an.* Hinc ſacrę litterę quampluri mas metaphoras, & allegorias à Diuinę huiuſce facultatis ſinu petiere, vt in Medicina ſacra in particulari enucleatius in liquido erit.

Theologus, & Medicus idē eſſe deberēt, & Sacerdotes.

Et ſane ab optima temperie, optima anima colligitur, quę non tam Diuinis Spiritibus ſpeculando ſit ſimilior, quam agendo, & operando beatas illas mentes felicius imitari valeat: de Salomone quidem teſtis eſt diuina Scriptura, ſortitum

ſortitum fuiſſe illum animum bonam, quæ etiã optimam arguebat temperiem, quemadmodũ fuit in Chriſto Ieſu omnium optima, pondereque ſuo libratiſſima. Hinc ſcientia ac prçcipuè Thiologia animam veluti depurat alligatam corporis craſsitiei, & in obiectum rapit diuinum Medicina non tam vt ſpeculatrix eſt Philoſophię plena medulla, ſed vt operatrix, corpus ſanum vel conſeruat, vel facit, & quo pronior anima fiat ad Deum intelligendum. Hinc videas non tam ipſius ope melancholiam fugari, quæ eſt inimica Deo, & virtuti, amica & conſona Diabolo, ſed etiam ipſum Diabolũ, quod in Saule Rege à Citharedo Dauide facile euenit; fulturis corporis animus ſuſtinetur. Nolim hinc argueres abſolutè dari ſpecificam inter animas differentiam, ſed deduceres vellem fœdus quod inter ſe habent Theologia, & Medicina, Medicus ac Theologus. Sapienter profectò Philoſophus ille de re ſeria diſputaturus, helleboriſmo ſe purgabat, vt animę acutior vis eam dirigeret ad altiores ſpeculationes, quibus quidem etiam maximis argumentis conſonant Delrij aſſerta, dum maleficiatorum Medicinã Theologo, & Medico communem facit, & argumentis oſtendit.

Equidem quis furorem maniaco detrahit, niſi Medicus dum ad bonum conuerſo humore incandeſcente, de effero mitis ac ſuauis redditur? fatuum ille ſtultumque ad mentis ſimmetriam reducit, & ſiquidem mens ipſa ęgrotet, quod Hippocrati ęgrotare dicitur, tollit ea, quę ipſam

Medicus, & Moralis Philoſophus ſit.

ipſam à recta abducunt operatione. Agnouit hanc veritatem Galenus *lib. 4. de plac. cap. vlt.* magnamque neceſſitudinem agnouit inter moralem Philoſophum, & Medicum ipſum: vin' audire eius verba? *Omnia de inque, inquit, moràli Philoſophi documenta hinc*, ideſt, ex animę facultatum cognitione, *tanquam ex funiculo vno dependere affirmat Poſſidonius ex Platone*: quo in loco adnotat, mores qui has naturales inclinationes ſequuntur facilè conſeruari, & augeri: difficillimè autem reflecti. Pręclarè propterea adnotauit Marſilius ille Ficinus *in argum. lib. de Sophiſta* ab vno Apolline moralem Medicamque facultates originem habuiſſe.

Similitudinem etiam colliges eius cũ Theologia, cum & ipſa animorum ſaluti incumbat plurimum, non tam expellendo humorum prauitatem, & craſſitiem corpoream, quę aggrauant animam, vt ait Salomon, quam directè procurando ſalutem animarum, quod eis tanquam Sacerdotibus quibuſdam fuit iniunctum à ſummis Pontificibus Innocc. III. *de Pœnit. & remiſ. c. cum infirmitas*, & Pio V. Bull. 3. *ſuper greg.* & pręſcribit Diuus Baſilius Epiſcopus & Medicus Reg. 55.

Illuſtriſs Medicorũ Theologi. exempla.

Hoc munus perfectè adimpleuit (vt alios pręteream) Medicus ille Ludouici Lantgrauij, quem reuocauit à falſa, ac obſtinata opinione quę pertinaciter ei inhęſerat (nec hilum proficientibus Theologis ac Viris ſummę auctoritatis) dum pręděſtinationem aut reprobationem, nullis operum meritis vitari poſſe, pertinaciter

conten-

contendebat; de qua re legatur Abraham Bzouius an. 1228. Vincentius Laurus alter fuit Cardinal. Turonenſis Medicus, qui Regem Nauarrum Henrici Magni Galliarum Regis parentem, de Caluinianę labis aſperſione ſuſpectum, occaſione corporalis ægritudinis ad ſpiritualem frugem reduxit, vt Greg. Paliarius *obſ.* 565. in Tacitum obſeruat. Quinimò ipſe Rex Henricum filium eius curæ commiſſit, vt ab eo fidei documentis inſtrueretur. Iſ poſtea ad purpuram euectus eſt, cum magna ſpe Pontificatus conſequendi.

Admonentur Medici, ſi rectè ſyllogizare valeo, proprij muneris; cum enim ab Altiſſimo creata ſit Medicina, his dotibus ornata, illotis ac illibatis manibus tractari debet: decet enim Philoſophum pallium illud Tertulliani à modeſtiâ commendatum, ſed quod interim Theſauros abſcondat virtutum ac ſanctimoniæ, modeſtiæ imprimis ac ſummæ fidei; ne ſit *illi verboſitas*, vt inquit Hieronymus *attrita frons, cui nundinæ, fora placent, plateæ, ac Medicorum tabernæ*. Tendit id potius ad circulares Epigraphas, & parabolanorum dicteria, de quibus aiebat Baldus. **Modeſtia in Med. neceſſaria.**

Annis mille iam peractis,
Nulla fides eſt in pactis,
Mel in ore verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis.

At non ſolum ſacra eſt Medicina quoniam cum Theologia habet ſymboleitatem, ſed etiã quia ei non ignobiliter inſeruit, moderando

ſcilicet animorum affectus intemperantes, vt deinde facilius Theologicis rationibus credant, & pareant homines eius præceptis pro vita conſeruanda, eos denique iuſſui, & decreto SS. Matris Eccl. ſupponendo, cor ad confeſſionem, & cum Deo reconciliationem, (quæ eſt vera Theologia) cogendo ſi opus fuerit, & ad Sacratiſſimam Synaxim (verę Medicinæ arcam & pyxidem) aperiendam, & aſſumendam exhortando, cum ij ſint Medicinæ Canones, & fines eximij.

Theol. et Medic. officium vnũ sũt.

Medicus perfectus corpori, et animo debet prodeſſe.

Sed prætereà quemadmodum Medicinæ ſimilitudo in Theologia, & animorum ſalute plurimum valet, ità maximæ etiam vtilitatis, & operę copiam præſtabit in medendis animorum morbis; Medicus enim, qui artis ſuæ bonum habitum contraxit, hac ratione poterit animorum ſaluti plurimum prodeſſe.

Facilitas in operationibus vndè ſit.

Accedit etiam huius negotij facilitas, nam ſicut quis corporis morbos rectè curare minimè poteſt, niſi eos planè prius agnoſcat, ità neque etiam animi ægritudines; at phyſicus has, vt illos, & per cauſas, & per effecta optimè noſcit, occaſione præſertim conſuetudinis, quã cum hominibus malè affectis habet, vndè proptè & opportunè per optimum experimentum cũ ipſa ſpeculatione coniunctum tàm animo, quam corpori ſuccurrere aptus exiſtit, & eo magis cũ ęgritudines, & morbi ob Dei voluntatem puram (in cuius manu ſumus) hominibus cõtingant, vel peccatorum pæna *Ex* 15. 26. *Leu.* 26. 16. *Num.* 1. 2. *Deut.* 7. 15. 28. 21. 27. 60. 2. *Reg.* 24. 13. 4.

A Deo vniuerſa dependẽt.

13. 4. *Reg.* 5. 27. 2. *Paral.* 21. 17 *Io.* 5. 14. vel perfectionis gratia *ex D. Paul.* 2 *Cor.* 1. 2. *Cor.* 12. 9. cũ virtus in infirmitate perficiatur.

At vero in hac re non eſt qui melius ægrotos data occaſione poſsit animaduertere, quam Med. ipſe, in cuius manu ægrotus vitam propriam, atque omnem ferè ſuam ſpem humanitùs debet reponere, quare vice verſa etiam Medicus morbum, ac ſi eo affligeretur curare, & ſibi proprium & familiare facere, atque erga ægrotum, & morbum ſe maxima animi affectione gerere tenetur, vt ſic deindè curatio facilior conſurgat, præcedente congrua, & per Canones Medicinæ facta diligenti meditatione, & remediorum prompta applicatione, quo fiet vt rectè ſapientis dictum *Eccl. c.* 38. dum de Medicorum munere, & onere verba facit exequatur. *Ipſi verò Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum, & ſanitatem propter conſeruationem eorum.* *Medicus conſiliorũ Dei explicator.*

Quę denique tandem ars, vt à Deo procedit, ita & ipſum terminare debet, planè ſacratiſsima eſt; quapropter ipſi Medicinæ maximoperè **fidendum eſt, cum à Deo ſit, & eius dictamine recta cum ratione iuxtà leges Hipp. quamuis Ethnici, in hac tamèn ſacri, quia ſacram ipſam Medicinam exiſtimauit, ſcriptis exarauit, & opere ipſo compleuit, opus ſit eam adminiſtrari, in quo quidem negotio multi noſtri ęui Medici valdè, & valde peccant, qui ſola auaritia ducti Medicinas(vt aiunt, & palam abſque verecundia fatentur) habent vilis, & magni pre-** ***Maxima mala à malis Medicis Medicinæ impacta.***

 tij, &

tij, & dicere ſolent cum maxima Medicinæ nō-ta ſecundum pecuniæ erogationem de iam ſtudijs acquiſito, vel acquirendo ęgrotis poſſe impertiri, & ſcire ſe etiā maximi, & minimi Medicinam facere. At ſatius dixiſſet is, (cuius ego auritus teſtis ſum (vendere, quem tamen non ſine verborum congrua caſtigatione licet inuitum, & reluctantem impunè à me abire non permiſi, cum eius mala verba artem ſacram Dei, Angelorum, & Sanctorum, Dæmoniacā potiùs eſſe oſtentaret, quare illum in hac arte hæreſim ſapere iuxta Card. Paleoti dictum ſuperius relatum exiſtimaui, & damnandum decreui; at quot ſunt noſtrę Medici tempeſtatis, qui hæc verbis quidem non proferunt, ſed ipſa exercitatione complent ægrorū maximo damno, cum eorum miſerijs, & calamitatibus ex huiuſcæ artis inſtituto, & decreto compati potius deberent, & ſe ſe adeò in illarum ſubleuationem inſinuare, vt illis adaptatis medijs, (quibus cum propriæ pecunię erogatione ſubuenire tenentur, gratiſque Medicinam facere) non occupentur.

Medicorū qualis hæreſis.

In huius autem rei cōmodam gratiam ægrotorum occaſione ſequentes preces à Medico, & infirmo, & adſtantibus & ęgroto aſiſtentibus & primo in ipſius Medici ingreſſu haberi deberent, ſpem omnem ſuam in ijs Chriſti Ieſu Medici optimi verbis ſe ſe firmiter fundantes: *Math. 18. 18. Iterum dico vobis quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcumque petieritis fiet illis à Patre meo qui in Cælis eſt.*

Precationes quales, & cur Deo fundědæ.

Deni-

Denique verò memores maximè debent eſſe Medici qui honoris, & ſui digni officij curam corde retinent, quod cum curationum miniſtri ſint, (vt apud Sanctum Aug. de ſe ipſo dixit B. Archangelus Raphael eorum Princeps; Præſes, & Patronus) & cum Deus ipſe ſit verus & ſolus auctor ſanitatis, quod ex ſui muneris dignitate indignum non erit, ſed maximè neceſſarium ad ſacræ Medicinæ ipſius exemplum oſtendendum, vnà cum ipſis infirmis prius, antè quam curationem aggrediantur, ad ipſum Deum precationibus confugiant, vt Medicina recta cum ratione adminiſtretur, & ſuos ab vtriſque intentos fines à Deo ſortiatur, & denique quæ ſecundum naturæ, & morbi requiſitionem, vel in detractione, vel in additione per contraria vel ſimilia illis opportuna videatur. ſedula diligentia, & aſsidua meditatione pręſtent, quibus quidem medijs, & auxilijs ſanitas ipſa congruentius poteſt expectari.

Medici ſunt Dei curationũ Miniſtri, & quales ſic eße debeant.

Cęterum quod Deo O. M. acceptum habere debemus, Medicos eximios habemus hic Genuæ Ciuitate verè Regia, & ingeniorum feraciſsima, inter quos Riccardum Benedictũ Riccardum ſummi ingenij virum memoria excelsũ, & litteris omnibus excultum memorare debeo; qui nõ tam corporibus pharmaca miſcet ſalutaria, quam animis orationis, & morum ſuauitate dominatur. Sed quid mirũ? Habuit is fratrem omni encomio excelſiorem P. Nicolaum Riccardum Ord. Prædicat. & Sacri Apoſtolici Palatij Pręſidem, verè litteratorum Monſtrum, à

Digna Riccardo rũ fratrũ encomia.

memoriæ commendatione admirandum, ingenio ſummum, & extemporalibus ſalibus, iociſque venuſtum. Hunc nobis fata inuiderunt, dũ (quod opinabantur viri non inſcij) purpuratus galerus, ac paludamentum eũ manebant. Theologiam Nicolaus illuſtrauit, Riccardus alter Medicinã ſorores geminas, fratres ampliſsimi ad orbis ſtuporẽ dati. Ne dicã de omnibus, quos à virtutũ, ac doctrinę prętogatiua veneror Medicos; nõ pręteribo Amicos præcipuos Io. Baptiſtam Boërium Ordinis Patritij, non tam ſua quam auita Medicorum nobilitate ſtipatum, Ioannem alterum Baptiſtam Saldum Philoſophum pręſtantiſsimum, & acutiſsimum, ac experimentis inclytum, & Sebaſtianum Baldum, qui Medicam ſpartam ancillantibus alijs ſcientijs adornat egregiè.

Aliqui Patritij Gen. Typis incly ti.

Calami acies ſiſti non poteſt quin excurrat quoque in laudes nobilium virorum Genuenſiũ, doctrinę ac ingenij vbertate nobiliorũ, quorũ numero non ſufficit calami tenuitas: ſcribendo tamẽ immortalia nomina, Męcen. meorũ neque vnquam caſura exprimet Ioan. Vincentij Imperialis, Ant. Iulij Brignolę March., & Io. Baptiſtę Baliani Mathematici egregij vere Heroum in litteraria Republica, & à librorum eruditione Illuſtriſsimorum, ęqua atramenti, & ſanguinis laude; & vt triplex veluti laudum ac virtutum funiculus confletur ex Philoſophia, Mathematica, & Politica his addo Io. Baptiſtam Iuſtinianum Philoſophum eximium, & Ioan. Bernardum Veneroſum, ſummi Medici ſummum

mum filium quos commendare debeo ab ingenio quo pollet maximo, à varia doctrina, & eruditione, à linguarum multiplicium peritia, & à ſumma in Republica adminiſtranda dexteritate atque prudentia, quamquam hi ætatem viridē ſatis habeat. Sed amor Patrię nos à ſcopo abduxit. & Med. Amor de qua ſūt hi benemeriti.

Ad ſpartam redeo, & Medicinam ſacram Dei ac Cęleſte munus ab iniuria vindico, verbis Sebaſtiani Baldi Medici. Quid amplius mihi obtrudes leguleie artis Medicę ignobilitatem, quod vos facitis Garcia, & Gamar, tuque etiam Caſſanęe cum tua illa glorioſa nomenclatione, infelices de ſchola Iuſtiniani Iuriſperiti? An vestram Iuris prudentiam celſo adeo loco reponitis, vt nullum inueniat deſuper Medicina locum, quemadmodum Ethnicis exploſâ Mineruā, Venus inter Stellas repoſita eſt, quod meritò Magnum Auguſtini ingenium adegit ad querimonias? Sed audiamus Auguſtinum *lib. 1. de Conſ. Euangel. quid tantum mali caſtitas, aut quid tantum boni voluptas commeruit, vt inter aſtra, quæ cum Sole, & Luna circum eunt, Venus habeat Stellā, & Minerua non habeat?* Vos nobis palmā præripitis, qui de ipſa morte triūphamus, qui demōſtrationib' vtimur ſciētijs peculiarib', nō puris auctoritatib', ꝙ vos facitis? Dolebat ſe ad id adductum Tuſcum Cardinalem, ex veſtris Iuris conſultiſsimum, vt accepi à Patre Laurentio de Peyrinis Ord. Minimor. claris voluminibus ſatis conſpicuo; etenim vobis cōmune effatum eſt aliquid dicere, & per legem non probare,

Apoſtrophes Apologet. Sebaſtiani Baldi.

 vt

vt multis probat Paullus Roſellus in florib. Legum. V. erubeſcimus. Non ità Galenus noſter, qui coactam tyrannicamque illorum doctrinam appellat, qui ſic deuincti ſunt vnius, aut alterius ſcriptoris placito, vt ne verbo quidem ab eo audeant regredi, vel in diuerſum opinari, quam ſententiam poſt Galenum 6. *Epid. com.* 2. libenter arripuit Cl. Alexandr. *l.* 1. *ſtrom.* & poſt hunc Petrus Damian. Card. *Epiſt.* 4.

Ne mihi hos quęſo exſenſos ſermones ſeratis, nec populariter obijciatis errores ac diſſidia, quibus obnoxia eſt Medicina; nam hoc friuolum eſt, ab hoc nulla eſt immunis facultas: imò *Veritas inter extremos errores media, ſicut Chriſtus inter latrones*, rectè accepi dictum à Tertulliano; verum de hoc aliàs vberiús ac fuſiùs in meis ſelectis Hierophyſicis.

Hoc tantum addere placet contra iſtos ex leges Rhadamantos (excipio eos qui à Iuris peritiæ laude omni ſunt digni laude, quos veneror, & impensè admiror, verè Iuris peritos) inque illos oggero, quod aureus Poeta apud Proſperum, de Prouidentia ediſſerens, his carminibus expreſsit.

Ite ipſi in veſtræ penetralia mentis, & intus
Inciſos apices, ac ſcripta volumina cordis
Inſpicite, & genitam vobiſcum agnoſcite legem.

Lex à natura eſt, Medicinam creauit Altiſsimus de Terra iamq; ego ſatis intelligi credo abſque calami longiori protractione.

APPEN-

APPENDICVLA V.

De Theologiæ cum Medicina germanitate, cum additiunculis quibuſdam.

EX hoc etiam capite probari poteſt noſtra ſententia, quod in Sanctorum Apotheoſi, dum eorum miracula approbantur, Medicina duce Eccleſia tanquam trutina quadam eorum veritatem pendit, vt in Proceſſibus Sanctorum cernere licet, dum de miraculis agitur. Et ſanè præter Diuinas Scripturas, videas Medicorum conſilijs inniti Romanam Rotam, ac Medicinæ directioni.

Dicunt etenim (vt aliquod huiuſce rei ſpecimen exhibeam) non eſſe extrà miraculi aleã, ſi fiat aliquo naturali medio, aut ope alicuius medicamenti. Hoc enim monſtrauit Eliſeus, qui miſit Naamam Principem militiæ Regis Syriæ leproſum ad lauandum ſe ſepties in Iordane *lib.* 4. *Reg. cap.* 5. Ità idem Eliſeus incubuit ſuper puerum iam mortuum, cap. 4. eiuſd. libri, patrato tamen vero ac germano miraculo.

Inferunt quia etiam nec hilum detrahere miraculi indemnitati, ſi ſecuto miraculo, remaneat aliqua corporis debilitas, aut membrorũ, quod

quod ſtatuit Rota Romana in Relat. SS. Raymund. Carol. Iſidori, non detrahit etiam ſi in membro anteà affecto, aliquid relinquatur morboſi, durities puta ex apoſtemate, vel cicatrix, quæ remaneat poſt vulnus; vt eadem Rota explicat in Relat. SS, Thereſ. Raymundi, Corſini, Caroli.

Eodem pacto aiunt, non officere miraculi Maieſtati, ſi ſanatus recens ex morbo, recidat in eumdem, aut alium morbum, vt exemplo patet D. Petronillæ, quæ à D. Petro ſanata fuit hoc nomine, vt nimirum diſcumbentibus miniſtraret. Ità eadem Rota in Relat. S. Franciſc. de Paul. *in fi. fol.* 47. & licet Bartolus *in l. Maritus, n. 4. de locati*, huic opinioni refragari videatur, dum affirmat, ſi denuò morbus redeat, poſt ſanitatem recenter habitam, preſumi ex prima cauſa procedere, adeo vt Medico non debeat ſolui ſalarium, *cap. diuort. de pœnit. diſt.* 1. cum alijs per Ioan. Andr. allatis *in reg. contract. n.* 5. *de reg. iuris in* 6. Attamen hæc doctrina locum tantum habet in ſanatis ſecundum curſum naturæ humanæ, opeque medicamentorum.

S. Philip. Nerij mira diuinitus indita, cordis palpitatio. Hoc pacto conſuluntur Medici, vt ſimul cum Theologis de veritate decernant, dum mirabilia à veris diſtingunt miraculis. Sic vt alios multos tranſeam, Angelus Victorius Philoſophus, & Medicus Romanus euidenter oſtendit palpitationem cordis cum fractura coſtarum, quā patiebatur à Diuino Amore S. Philippus Nerius, non naturaliter contigiſſe, ſed iaculo cœlitus Philippum ſaucium, ac vulneratum

fuiſſe,

fuiſſe, vnde diuina illa ſymptomata germinabant miraculo clarè micante: & quamquam Fernelius Gallorum Galenus *lib. 4. de partium morb. cap. vlt.* afferat palpitationis tantam vim eſſe, vt ſæpè ſit animaduerſum thoracis vicinas coſtas effregiſſe, ſępè & eas, quę ſuprà mammam ſunt de propria ſede depuliſſe: tamen diſtinguit hanc ab illa, vt cęlitus emiſſa, adductis ab ipſo clariſſimis argumentis: Enimuerò ipſemet Fernelius adnotatum reliquit *lib. 2 de ab. it. rerum cauſ cap.* 16 morbos diuinitus immiſſos naturalium quodammodo ſimiles apparere, vndè à Medico ſolerti ac perſpicaci ſuis notis, & characteriſmis diſtinguuntur, non à Medicorum popello.

Peræq; doctiſs. Med. Rom. Paullus Zacchia inter noſtri tẽporis Medicos verè Rom. acceptũ refert de Card. Bellar. nõ citrà miraculi ſpeciem, quod pia quædam mulier eius imploratione momento in Chiragram inciderit, cum antea fœde vlceribus ad ſedẽ ac hœmorrhoidibus afflictaretur; dum in peruigilio tranſitus Bellarminiani, ipſius ope hanc gratiam à Deo impenſe flagitaſſet, vt ſedes tantum morbi mutaretur, nõ ipſe morbus euaneſceret, ad patientiæ documentum, vt diffuſius ipſe Zacchias refert *lib.* 4 *qq. Medicolegal. q.* 8. *n.* 12. cui ego pleniſſimè ſubſcribo, Dei miraculum venerans in pientiſſimo illo Card. magno Sãctitatis emẽplo. *Cardin. Bellarm. admirãdum ex Paulo Zacch. Medic. Excell.*

Sic Medici diſtinxiſſent vterinum furorem à ferina illa ſęuitie ac cruciatu inductis à Dæmone, quibus in partibus pudendis mirè cruciabatur

batur B. Angela Fulginenſis Ord. S. Franciſci, ab Angelo Satanæ ealaphyzata, adeo vt neceſſe ſibi fuerit plures accenſas prunas in locis adhiberi, vt æſtum concupiſcentiæ extingueret, vt de ſe ipſa teſtatur Beata illa Fęmina cap. 2. vitæ ſuæ, quam deſcripſit Italico Idiomate P. Hieronym. à Capugnano Bonon. Ord. Prædicatorum.

Quo pacto B. Angela æſtũ concupiſcẽtię extinguerit.

Non debent tamen Medici res diuinas omninò iudicare ſecundum elementa huius Mundi, ne eos decipiat inanis philoſophia, quemadmodum magna temeritate factum eſt à Hieronymo Montuo Gallo Regio Medico, qui in opuſculis Medicis putauit vulnera D. Franciſci diuinitus impreſſa, in altiorem imaginationem fuiſſe referenda.

Hieronymi Montui de ſtigmatibus D. Frãciſci erronea opinio.

Tandem non eſt extra miraculorum orbitam, licet in inſtanti non ſequatur miraculum, ſed aliquo temporis interuallo. Ita Rota Romana in Relationibus plurium Sanctorum, de quare Contelorius *cap. 7. de Sanctorum Canonizatione*. Hinc videas ſi quę alia ſupernaturalia, ac portenti plena in Sanctis viris ſequantur deferri ſtatim ad Medicos, quorum arbitrio res plenè diſcutiatur, derelicta Eccleſiæ ſuprema auctoritate, à qua tota philoſophia, & Medicina dependet. Sed hęc ſatis ſunto; dum tamen nil habeat glorioſius, calamus exarandum.

Qnod eſt de illa, quę grandioribus titulis inſignitur, Regina Cœli Maria ab Eccleſia; illa inter ceteros non tam titulo quam reipſa nuncupatur *Salus infirmorum*; tanquam diuina Medicatrix,

catrix, & hæc eſt Medicinę noſtræ excelſa com-
mendatio; Cedrus eſt verus Libani, quo fugantur non tam Dęmones quam morbi, odore eius nequitias iſtas fugante meliùs multò quocumq; Tobiæ ſuffitu. *Fauus eſt cum melle*, quo non tam reddimur incorrupti, quam grati euadimus Diuinę filij ſui Maieſtati Emmanuelis, Butyrum, & Mel comedentis *Iſ.* 7.

Eſt Plantatio Roſę in Iericho, imò Roſa Myſtica appellatur, vt hoc electo ac amœno flore multiplicis in Medicina vſus, non tam noſtræ ſalutis antidotum, quam pharmacum Immortalitatis audiat Maria Mater Ieſu, qui eſt flos campi, & lilium conuallium. De Marię Deiparę Roſâ, ſic plectro cecinit ſuauiſſimo quidam famulatu nobilis Deiparæ, non ignobilis Medicus.

O Roſa porporina, ò nobil fiore?
Più dell'Arabo odor caro, e ſoaue,
Vieni à piantarti in mezzo del mio cuore.

Hac breui clauſula concludo Medicinam excellere reliquis naturalibus facultatibus, quia ſacra, & quia à Deipara imprimis nobilitata.

Placet autem ſummi Medici ac Theologi Raymundi Lullij Orationem hic apponere, quam quotidie ipſe antequam ad ęgrotorum viſitationem exiret deuotiſsimè recitabat, quæ habetur in libro Kyrannidarum ipſi inſcripto, in quo deberet ab omnibus Medicis imitari, quam tibi communico habitam à Cl. Alcidio.

ORA-

ORATIO MEDICI.

DOmine IESV CHRISTE qui es vera ſalus omnium: Domine tu es ille qui omnia in bonitate, & ſapientia tua creaſti bona valdè, vnde Domine ſine te nil ſcio boni eſſe in ſeculo; quare Maieſtatem tuã ſuppliciter adoro, quia ſcio, & credo firmiter nil bonum eſſe abſque tua bonitate, nil magnum abſque tua magnitudine, nil durans abſque tua duratione, nil potens abſque tua poteſtate, nil ſapiens abſque tua ſapientia, nil diligens abſque tuo Amore, nil virtuoſum abſque tua virtute, nil verum abſque tua veritate, nil glorioſum abſque tua gloria, nil iuſtum abſque tua Iuſtitia.

Scio etiam quod tu mirabiliter hominem creaſti, & mirabiliter formaſti, qui dediſti Medicinam ad temperandam ſanitatem humanorum corporum, da benedictionem his omnibus Medicinis quas ego hodiè ſub tua diuina potentia præſcribam, vt omnes virtutes, quas ab initio poſuiſti in ijs ad finem optatum perducas, & in Corporibus in quæ introierunt ſanitatem impertias. Per D. N. I. C. Filium tuum, &c.

NOVA

NOVA

De morbis ſpiritualibus, ſeù aſtralibus Meditatio.

VT videas quam Theologia proſit Medicinę, & quàm intimè ſocientur, exhibeo tibi morbos ſpirituales, qui non niſi à Medico Theologo, rectè curari poſſunt, quē & Del-rium flumen aureum imbibiſſe, ſibique homogeneum feciſſe neceſſe omninò eſt.

Voco morbos ſpirituales, qui à ſpiritualibus nequitijs procedunt (Dęmones intelligo) de his non eſt cur longiùs agam, cum vt omittam Medicos, ſolus Martinus Del-Rio adeo ſolide, ac vbertim hocce argumentum tractarit, vt nil addi amplius poſſe videatur. Itaq; omiſſis veneficijs, quę opera Magorum efficit Diabolus, (quorum ſpecies videri poſſunt apud eumdem ſcriptorem.) ego nuperam circà hæc habeo opinionem putoque ſpiritualem quandam à Dęmone ipſo procedere qualitatem in hęc phyſica media, quibus agit ex pacto inito, non ſecus ac calor cęleſtis nobiliſsima qualitas calorem Animalem fortiorem reddit, imbuitq; nouâ nobilitate atque energia, vt facilius ac potentiùs operetur. Quidni enim à Dęmone qualitas quedam exire poſsit? (quam ſi appellites influentiam, aut aſtralem influxum non

repugno)

repugno) non ne precor ſpecies habet, inſtrumenta intellectionis, non ne ſunt hęc qualitates quædam; equidem.

Itaque licet medijs Phyſicis operetur per applicationem actiuorum ad paſsiua, ſua tamem virtute à Dęmone exeunte perficitur huiuſmodi operatio, & ſpiritum habet incluſum, à quo efficax vis promanat. Vlteriùs id probo, quia qui maleficia patiuntur, difficulter curari ſolent, non tam quia Dęmon impedit operationem medicamentorum quam quia non agunt directè in eam qualitatem ſpiritualem inductam à Dęmone.

Id inſuper cõfirmo, quia per inhalationem ab ore putidorum Magorum procedentem dari ſolet veneficium prę alijs potentius, puto, quia cum ſe habeat hęc actio ad modum ſpiritualis cuiuſpiam ſubſtantiæ, agit potentius cum ea, quę à Dęmone procedit. Quia ex illa miſcella acquirit aliquid ipſe Dęmon, ſeù eius egreſſa virtus, quam non habebat. Nec mirum eſt profectò agere rem ſpirituale cum corporea, quia etiam Sol, & homo generant hominem, qui tamen ſub diuerſa ſpecie continentur.

Peſtilentia ab ore magi procedere poſe. Itaque Dęmon ipſe qui latitat (vt probabile eſt) in corpore Magi, viuificat eam inhalationem Magi, putidumque os, vt ſui officinam reddit aptum ad prauam viroſamque exhalationem emittendam; vndè obiter puto, hoc pacto poſſe peſtilentiam procreari, quod aliàs ſum vberius probaturus.

His adde, quod de Aſſaſsinis, & baliſtarijs memorat

memorat citatus Delrio, *ſect.* 3. *lib.* 3. *q.* 4. quorum virtus ſi benè perpendatur, non poteſt in aliud refundi, niſi in qualitatem maleficam Dæmoniacam pro vt iam pluribus argumentis probatum à me eſt.

Imò quod magis ſectari debes, in opinione iſta validanda, habes hinc, vt faciliùs intelligas Dæmonis ipſius operationem cum ipſo homine nequam operantis.

Medullam tibi porrigo, quam ad meam opinionem ſuſtinendam poſſis eam prouchere. A ioque ſine pacto aliquo dari veneficia poſſe, & de facto dari cuiuſcumq; generis ſint, quæ ſi dicas oriri à qualitate praua ac deleteria ipſius Dęmonis, ego quidem non inuitus admitterem, cum præcipuè conſtet deſtructo ſigno illo pacto inter Dæmonem, & Sagas ipſas nihilominus non curatos fuiſſe maleficiatos, quocumq; ſigno inuento, & de medio ſublato; infero ex hoc ſpirituales nequitias non eſſe alligatas corpori alicui, ſed ſe ipſis ea qualitate operatas fuiſſe. Eſt enim ipſe Diabolus Pater mendacij, cui non oportet fidere.

Vndè clarè elicitur, ſiue cauſam ſpeculeris, ſiue effectum conſideres, & modum ipſius, verè poſſe morbos hoſce vocari ſpirituales; ſeù aſtrales, quod iam alias diximus tractantes de Sara à Dæmone obſeſſa, *cap.* 4. *art.* 2. huius noſtræ Ideæ Medicinalis.

Verum ne calamus noſter nimis ſe ieiunè verſet in hoc argumento, non eſt æquum omittere ſaltem ſigna eorum, quos malefici vexarunt.

Signa. 1 Cum igitur anceps Medicus eſt, nec cauſa morbi ac ſymptomatis dignoſcit, hæſitans vbique remedijs in caſſum adhibitis, tunc ſuſpicare de maleficio non ſine ratione.

2 Perindè, ſi videris morbum ſubitò germinaſſe, ac in ſuo vigore conſtitiſſe, non ſine cruciatu, ac dolore immani, Dæmon erit patrator, non humor latitans, ac exorbitans à ſui natura.

3 Huc etiam refer iliadem morborum, ſyndromemque quamdam, quæ à cauſa naturali rationabiliter non proficiſcitur; cum modo hanc, modo illam partem lancinet morbus, ac dolor ſine ordine, cum ſit germen illius qui inibi locum habet, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

4 Veneris quoque impotentia, facile dignoſcitur, ſi à Dæmone procedat nectente organa venerea, præcipuè ſi id in homine aſſueto veneri, ac benè roborato extemplò acciderit.

Prognoſticum. Vt aliquid dicamus de Prognoſtico videtur non eſſe abs re. Veneficia omnia difficilis ſunt curationis, aliquandò impoſſibilis, cum vt rectè Sennertus ait, ſi Diabolus in oculo humorum compagem diſſoluat, in aure tympanum rumpat, nulla humana arte id corrigi poſſit, vndè morbi fiunt omninò incurabiles.

Non abſcedam ab hac linea, licet fortè extra lineam tranſeam, ni priùs ex Daniele Sennerto duas hiſtorias recenſeam duarum mulierum, quarum vna concepit à Diabolo incubo, nomine *Barbara Boturbes*, ac menſe tranſacto peperit duo animalcula hirſuta ſeù piloſa, inſtar muris,

craſſitie

craſſitie lumbricorum, capitibus nigris, &c. quod accidiſſe refert Anno 1624. Anno vero 1630. Altera *Heduuigis Labek n* die 8. Iunij faſſa eſt ſe à Diabolo compreſſam prima vice nil peperiſſe; ſecundò autem compreſſam geſtaſſe v-terum 4. 5. 6. 7. 8. ſeptimanis, quibus tranſactis abſque ſenſu doloris peperiſſe nunc vnum, nunc duo animalcula muſcæ inſtar hirſutæ, quæ ſub Sambuco ſepeliuit. V. Sennertum *de ſignis morbor. venefic. cap.* 6.

Hæc Hydra multiplicis capitis, triplici funiculo rumpenda eſt, vt perfectè curetur: nimirum Medicamentis naturalibus agendo in humoris prauitatem, Magicis dein remedijs, ſed quæ naturalia ſint, & probata ab Eccleſia; vltimo verò ſpiritualibus, quę pręcipuè Dęmonem, omnemque Dęmonomiam conſiciunt, ac frangunt: id fit per lipſana ſacra, per Verbum Dei, per Sacramenta præcipuè, aliaque multa enumerata, ac recenſita à Martino Del-Rio *lib.* 6. *cap.* 2. *ſect.* 3. qui inuictiſſimè contra hæc Dæmoniaca ſcripſit. *Curatio.*

Non omittam pulcherrimum exemplum de puella quadam duodenni à matre Dæmoni deuota, quam verberibus etiam coram parentibus tundebat Diabolus, pro vt vberius leges in vita Card. Bellarmini, qui Archiepiſcopus tunc Capuæ erat, Sanctimoniæ exemplar maximum, à cuius imperio, ſcripta ſchedula Dæmon fugatus, deſijt poſtmodum miſeram adoleſcentulam infeſtare, cuius rei lucupletiſſimos teſtes tibi exhibeo ſcriptores vitæ Bellarmi- *Exemplum Card. Bellarmini.*

nianæ Iacobum Fuligattum, & Siluestrũ Petraſanctam Societatis Ieſu ſcriptores celeberrimos.

Videas hinc male Lutherum, quem citat Del Rio nimis magnificare Dæmonis poteſtatem, dicit enim *in toto Mundo regnare*: & mox Regnum iſtud quale ſit explicat his verbis: *Sumus autem nos omnes corporibus, & rebus ſubiecti Diabolo, & hoſpites ſumus in Mundo, cuius ipſe Princeps, & Deus eſt. Ideo panis quem edimus, potus quem bibimus, veſtes quibus vtimur, imò aer, & totum quo viuimus in carne, ſub ipſius imperio eſt*, Hæc ille blaſphemus, vir omnino diabolicus, & in Satanam conuerſus, cuius imperio totus ſubditus erat.

Magna vis in Dæmone, non inficior, qui tamen id Deo facit ſemper permittente, abſque cuius imperio, quid eſt diabolus niſi canis latrans, qui vociferatur, ligatus funibus, & catenis, viribuſque caſſus.

Ex his clarè colligo, Medicinam non ſemper per contraria operari ſed quandoque per ſimilia; quod in hoc præcipuè conſtat. Non autem hic valent (vt ad magica tranſeam) quædam aniles aſtrologorum propoſitiones, quod ægroti ſydera dominantia debeant vna cum Medici ſignis conſimilibus coniungi; hæc enim euanida commenta, ſicut & cætera magica daemonica ſunt omnino; cuiuſmodi ſunt characteriſmi, ſigilla, & ſimilia; quidquid dicat Dariotus Pomerſenſis de morbis aſtronomicè curãdis, & cum eo Acad. Fludana edocta à fratribus Crucis Roſariæ, vt iam diximus

cum

cum Sydera ex ſe ipſis in ſanitatem non influant, ſed ſi Medicus cum ipſo Deo, cui aſtra famulantur, & aegrotus etiam ſocientur, fortaſsè etiam hoc pacto medicina rectè adminiſtrabitur. Et hæc ſunt mi lector vera ac germana magica quæ in vſum trahere debes; nam in hoc Sennertus, & antè ipſum aliqui liberi fortaſse nimium fuere.

Audiat Sennertus, & quicumque Sennertum ſectari malit Diuum Io: Chyſoſtomum *hom. 8. ſuper epiſtol. ad Coloſ. citius* (inquit) *mors homini Chriſtiano eſt ſubeunda, quam vita ligaturis redimenda:* quod D. Hieronymus, vt ex eius vita in liquido eſt, acerbiſſimè redarguit.

Mercurialis doctiſsimus vir pro præſeruatione locum Varronis explicat, teſtantis antiquos, vt pueros arcerent ab effaſcinatione, ſolitos circum ligare eis, & collo appendere virile mẽbrum, Vertumnumue, tanquã Periapton, Amuletumq; aliaq; id genus obſcæna; fortaſsè ait, vt ex inſpectione iſtorum retraherentur à viſione ipſorum met puerorum, quem locum explicat in varijs ſuis lectionibus, & tract. de puerorum morbis. Sed nos horum vice Sanctorum imagines, & Lipſana ſacra ſupponimus, veri Chriſticolæ pietatem colentes.

Concludo ex his, cum huiuſmodi contra ſpirituales nequitias remedia ſpiritualia præcipuè valeant (quidquid obganniant hæretici alijque de Iudeorum ſorte, ac tribu Mediculeij, non in ſortem neq; Tribum noſtram accerſendi iuxtà Pontificias Conſtitutiones, præſertim Greg.

XIII.

XIII.) concludo inquam ſedula animaduerſione eſſe Medicum eligendum, cui vni fidatur omnino, non pluribus, quorum multitudo noxia plerumque eſt iuxta Sapientis dictum, dum etenim altercationes de remedio fiunt, moritur interim aeger remedijs deſtitutus; vndè præclarè Adrianus Imperator multitudini Medicorum ſuam adſcripſit mortem. Eſto vnus, bonus, fidelis, Catholicus, & bonis præditus moribus; ſi moriendum eſt, cum hoc vno morere, nam vi morbi, non ipſius inſcientia morieris, & plerumque viues, morbo ſuperato Dei implorato patrocinio, & concurſu, de quo aureum volumen tibi quamprimum exhibebit adamãtinus calamus Patris Stanislai Pedemõtij Cl. Min. à quo clarũ Iubar ſuo Theologiæ maximo ſplendore Theologiæ ipſi additũ cõſpicies.

Sed non abſcedo hinc, quin increpem Medicos eos qui à mulieribus præſertim in maleficio expugnando auxiliares manus poſcere ſolẽt, perperam enim id faciunt, præcipuè ſi id faciant quia nimis credulas mulieres de maleficio ſumpto, quod facile inducunt in his ad ſuam ignorantiam obtegẽdã, & comitatu iſtarũ ſimpliciũ fęminarum, ad id magis credendũ cõfirmant.

Claudat Caput D. Aug. *lib.* 10. *de Ciu. Dei, cap.26.q.11. qui ſine Saluatore ſalutem habere vult, & ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus ſed æger, non prudens ſed ſtultus in ægritudine aſſidue laborabit; & in cæcitate noxia ſtultus, & demens permanebit.* Hæc Auguſtinus Malleus hæreticorum, ne dicam prauorum Medicorum.

CA-

CAPVT XIV.

Auctoris Mens aperitur, fontes Medici obſerantur.

IGITVR ſiſtatur aqua hæc lympha è fonte Paradyſi egreſſa, Medicinam intelligo, quam de terra Altisſimus creauit, claudamus fonte alias vbertius rigaturi Reipubl. noſtræ literariæ agros, & campos.

Puram omnino aquam lector noſter potauit, qua miſeris etiam poteſt ſitientibus præ febris ardore, (quæcumque ſit ex D. Ambroſij mente) ſolatium afferre, cum Archiater Chriſtus ingeminatis vocibus clamet: *ſiquis ſitit veniat ad me, & bibat, & c.* Io. 7. 38.

Enim vero hæc eſt aqua non profana, non lutulenta, ſed ſacra ex abyſſo non emerſa, ſed ex abyſſo illo, omnium bonitatum abyſſo Deo noſtro; ſi aliquid in ea lutulenti forſan lector reperit adſcribat ipſe mortalitatis conditioni non ipſius deſiderio immortalitatis, cuius eſt germen indeficiens Medicina, etenim vt plus ſemel dicam creauit illam Altisſimus de terra, & vir prudens non abhorrebit illam. *Sacri fontes quales ſint.*

Qua quidem in re ſi non pro ſubiecti celſitudine, & re maximi momenti digerenda in dicendo nos gesſimus, illud ſaltem præſtitiſſe nobis vtinam concedatur, vt tyrones, ignaroſque homi-

homines admonuiſſe ſufficiat, qua ratione, ſeu potiùs veneratione ad hanc diuinam artem ſit accedendum, quamque diligenter tractãda hęc, & faciunda ſit, & ab omnibus præ accipienda, & in cordis penetralibus reponenda.

Vtinam, etiam homines ægrotationum occaſione admoneantur, tam animi, quàm corporis Medicinam quærere debére, quæ duæ res ad hæc per ſumma capita deſcribenda, vt noſtræ Medicinæ ſacræ in particulari prodroma proceleuſmata nos induxerunt, vt hinc Medicus Politicus, & ſimul Chriſtianus recte conſtituatur, & ijſdem titulis recognitis, & animaduerſis maxima diligentia Medicinam faciat; omnia quidem SS. Matris Eccleſiæ meliori ſenſui, & Cenſuræ parato corde ad palinodiam recanendam (ſi opus fuerit) ſubmittentes. *Rom.*

Fontes quoq; limpidiores hominum mortalium aperuimus, ſed qui in Medicina veluti mortales Dij fuere Hippocrates ſcilicet, & Galenus inter Græcos, Auicennas Auenzoar, & Auerroes inter Arabes, inter Latinos vero) vt latiniores recenſeam) colui Franciſcum Valleſiũ, Ioannem Fernelium, Hieronymum Mercurialem, Capiuachium, Riolanum, & Sennertũ, deque genere Paracelſiſtarum nouiſſimos, quique Iatrochymiam magis coluerunt, & illuſtrarunt, quo mage à ſuo fonte exiſtimato diſceſſerunt (Paracelſum intelligo vt cõmuni voce loqnar) hominem non tam plenum Idiotiſmis, & Caracteriſmis, & Sigillis quam Idiotam rudem ac forſanticum Medicum, ſæpe ac ſæpius mẽdicũ, *Paracelſus quis & qualis.*

arte

arte ſatanica operantem, quique ſuis verſutijs, & impoſturis dum ænigmata proponit Oedipum ſe præſeferens in Therſitem euadit, à partu montium mus omninò ridiculus, de quo plura in noſtra Iatrochymia; interim ſi placet audire Sennertum *libro de conſenſu, et diſſenſu Chym. & Galen.* iam eius ſiſto verba ſeu potius verborum eius ſenſum. *Hic Helutinus natione* (aiebat) *ſuam bibliothecam non continere ſex paginas, & decem annis ſe nullum librum legiſſe*; fuit hic rudis, omnino linguæ latinæ ignarus, ſycophanta agyrta, Magiæ deditus; Caueant ab hoc fonte Paracelſiſtæ ſed puros latices ſequantur. alioqui quid aliud craſſa Minerua impinguati extrudent quam puras nænias, inſulſoſque liquores, orbem vbiuerſum in elementa, ſeu potius in chaos indigeſtam molem reſoluere tentantes.

Verum poſt Diuina Oracula Sanctos Patres veneror de re medica noſtra tam benemeritos, quam in eius laudem mire exultantes, vt tamen antea à me quædã alia benignè excipias in mei excuſationem, neſcio an explicationem dicam.

Hoc in primis alta mente repoſtum habeto, me omni nixu curaſſe vt ſacram hanc facultatẽ oſtenderem, cum ob eius cum Theologia germanitatem, tum quia animorum ſaluti proſpicit in vitæ termino ac momento illo non iam ſtateræ dicam, ſed omnium rerum à quo pendet æternitas. Multiplici id argumento probare tentaui, an præſtiterim tibi iudicandum relinquo. Conſilia quædam Medicis propinaui à fonte veritatis exhauſta ſacra Scriptura ſcilicet, &

Medicinæ Sacræ ſcopus.

poſt hanc à conſilijs Hippocratis ſummi Medici;id Chriſtiane pieque fecit Codronchus Medicus pius,& Catholicus,cui vel hoc ſolo nomine melior Reſpublica Medica plurimũ debet.

Enim vero non omnes huiuſce diuinæ facultatis profanationes exhibui,præſertimque earũ quæ in Panathæneis accidunt exempla ſilentio inuolui, ne (vt philoſophicis verbis vtar) indigitentur ij,& ea de quibus verba facere debuiſſem, proh dolor? ſtet tamen hic ratum ſanctumque quod priuilegia Doctorum non cõſtituunt,& faciunt.ſed doctrina ipſa, expertus loquor,qui poteſt capere capiat , ſed ſatis ſit eos audire, & nõ tabeſcentis inuidiæ ſtimulis contra eos qui approbationem à Collegijs petunt agitari, cum Sapientis dictum ſit à melioris notæ viris doctis comprobatum: *loquere vt te videam* mentis ſcilicet intelligentia , ijſdemque inſeruiat quod accidit Parmæ tempore Sereniſſimi nunquam marceſcibilis memoriæ Ducis Ranutij,qui vno pro Doctoratus inſignibus non approbato, & de hac iniuriæ nota apud ipſum querelas fundente iuſſit politicis rationibus ductus, ne illi pecunia iniuſtè corraſa foret,vt omnes quicunque lauream peterent depoſito facto ipſis daretur hac verborum formula concludẽs: Doctores quidem Parmæ erunt, Boues vero in alijs regionibus.

Medicinæ nefandæ infandæque notæ.

Non fuit autem inſtituti mei curationes ad amuſſim librare cum id praxeos colentibus ſpartam tanquam germanum , ac proprium reliquerim, alias Deo fauente hanc ſpartam nõ

Auctoris Finis.

à me

à me derelictam conſpicies, quare ſi in aliquibus minus attentum calamum aliquando repereris ne imputa quæſo eius tam obſtinatæ craſſitiei, nam quæ altius metam reſpiciunt ad minora faciliori gradu deſcendunt, ſi quando allicitur cupiditate animus eruendi abſconſa alia, ſed non ita abſconſa, vt ex ijs quę altius obruta erant non poſſit de illis facilius ſperari quia facilius ſcilicet attinguntur.

Claudo igitur fontes hoſce dum finem irrigationis inuenio, ſi poſteris tamen conſuli debet apertum ſemper eſſe malo, quam clauſum meũ hunc fontem. Ergo perennet aqua illimis, pura, non toxico erronearum appendicum fucata, ſed vt à fonte ſuo ſcaturit ſemper illæſa. Illæſam dico quia Hippocraticum inceſſum tibi propono imitandum, & quia medicinam meam cõfeci in Dei officina, ſcriptura ſcilicet, & Diuinis biblijs. Audi D. Baſilium Epiſt. 1. ad Greg. Theol: *à ſcriptura vnuſquiſque tanquam ab officina medicinæ appoſitum ſuæ infirmitati Medicamentum inuenire poteſt*; ſi autem flumen aues ecce recludo quia D. Chriſoſtomus aperit os ſuũ *hom. 29. in Gen. nulla eſt* inquit *in humana natura corporis vel animæ paſſio quæ Medicinam hinc accipere nequeat*: id inculcat etiam os aureum *hom. 36. in S. Ioa.* nec omitto P. Binettum Soc. Ieſu ſuo *de ægrorũ conſolatione* libro, qui denſè non minus quam ornatè rem noſtram firmat; ergo iam tãdem claudamus neſcio ne dicam an recludamus fontes.

Sacra Scriptura vniuerſalis eſt Medicina, & Medicamẽtorum Arca.

Claudite iam fontes calami, ſat charta potauit
Artis Apollineæ hic vndæ alimenta ſacræ.

repugno) non ne precor ſpecies habet, inſtrumenta intellectionis, non ne ſunt hęc qualitates quædam; equidem.

Itaque licet medijs Phyſicis operetur per applicationem actiuorum ad paſsiua, ſua tamen virtute à Dęmone exeunte perficitur huiuſmodi operatio, & ſpiritum habet incluſum, à quo efficax vis promanat. Vlteriùs id probo, quia qui maleficia patiuntur, difficulter curari ſolent, non tam quia Dęmon impedit operationem medicamentorum quam quia non agunt directè in eam qualitatem ſpiritualem inductam à Dęmone.

Id inſuper cōfirmo, quia per inhalationem ab ore putidorum Magorum procedentem dari ſolet veneficium prę alijs potentius, puto, quia cum ſe habeat hęc actio ad modum ſpiritualis cuiuſpiam ſubſtantiæ, agit potentius cum ea, quę à Dęmone procedit. Quia ex illa miſcella acquirit aliquid ipſe Dęmon, ſeù eius egreſſa virtus, quam non habebat. Nec mirum eſt profectò agere rem ſpirituale cum corporea, quia etiam Sol, & homo generant hominem, qui tamen ſub diuerſa ſpecie continentur.

Peſtilentiá ab ore magi procedere poſe.

Itaque Dęmon ipſe qui latitat (vt probabile eſt) in corpore Magi, viuificat eam inhalationem Magi, putidumque os, vt ſui officinam reddit aptum ad prauam viroſamque exhalationem emittendam; vndè obiter puto, hoc pacto poſſe peſtilentiam procreari, quod aliàs ſum vberius probaturus.

His adde, quod de Aſſaſsinis, & baliſtarijs memorat

memorat citatus Delrio, *ſect*. 3: *lib*. 3. *q*. 4. quorum virtus ſi benè perpendatur, non poteſt in aliud refundi, niſi in qualitatem maleficam Dæmoniacam pro vt iam pluribus argumentis probatum à me eſt.

Imò quod magis ſectari debes, in opinione iſta validanda, habes hinc, vt faciliùs intelligas Dæmonis ipſius operationem cum ipſo homine nequam operantis.

Medullam tibi porrigo, quam ad meam opinionem ſuſtinendam poſſis eam prouehere. Aioque ſine pacto aliquo dari veneficia poſſe, & de facto dari cuiuſcumq; generis ſint, quæ ſi dicas oriri à qualitate praua ac deleteria ipſius Dęmonis, ego quidem non inuitus admitterem, cum præcipuè conſtet deſtructo ſigno illo pacto inter Dæmonem, & Sagas ipſas nihilominus non curatos fuiſſe maleficiatos, quocumq; ſigno inuento, & de medio ſublato; infero ex hoc ſpirituales nequitias non eſſe alligatas corpori alicui, ſed ſe ipſis ea qualitate operatas fuiſſe. Eſt enim ipſe Diabolus Pater mendacij, cui non oportet fidere.

Vndè clarè elicitur, ſiue cauſam ſpeculeris, ſiue effectum conſideres, & modum ipſius, verè poſſe morbos hoſce vocari ſpirituales; ſeù aſtrales, quod iam alias diximus tractantes de Sara à Dæmone obſeſſa, *cap*. 4. *art*. 2. huius noſtræ Ideæ Medicinalis.

Verum ne calamus noſter nimis ſe ieiunè verſet in hoc argumento, non eſt æquum omittere ſaltem ſigna eorum, quos malefici vexarunt.

Signa. 1 Cum igitur anceps Medicus eſt, nec cauſā morbi ac ſymptomatis dignoſcit, hæſitans vbique remedijs in caſſum adhibitis, tunc ſuſpicare de maleficio non ſine ratione.

2 Perindè, ſi videris morbum ſubitò germinaſſe, ac in ſuo vigore conſtitiſſe, non ſine cruciatu, ac dolore immani, Dæmon erit patrator, non humor latitans, ac exorbitans à ſui natura.

3 Huc etiam refer iliadem morborum, ſyndromemque quamdam, quæ à cauſa naturali rationabiliter non proficiſcitur, cum modo hanc, modo illam partem lancinet morbus, ac dolor ſine ordine, cum ſit germen illius qui inibi locum habet, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

4 Veneris quoque impotentia, facile dignoſcitur, ſi à Dæmone procedat nectente organa venerea, præcipuè ſi id in homine aſſueto veneri, ac benè roborato extemplò acciderit.

Prognoſticum. Vt aliquid dicamus de Prognoſtico videtur non eſſe abs re. Veneficia omnia difficilis ſunt curationis, aliquandò impoſſibilis, cum vtrectè Sennertus ait, ſi Diabolus in oculo humorum compagem diſſoluat, in aure tympanum rumpat, nulla humana arte id corrigi poſſit, vndè morbi fiunt omninò incurabiles.

Non abſcedam ab hac linea, licet fortè extra lineam tranſeam, ni priùs ex Daniele Sennerto duas hiſtorias recenſeam duarum mulierum, quarum vna concepit à Diabolo incubo, nomine *Barbara Boturbes*, ac menſe tranſacto peperit duo animalcula hirſuta ſeù piloſa, inſtar muris,

craſſitie

craſſitie lumbricorum, capitibus nigris, &c. quod accidiſſe refert Anno 1624. Anno vero 1630. Altera *Heduuigis Labek n* die 8. Iunij faſſa eſt ſe à Diabolo compreſſam prima vice nil peperiſſe, ſecundò autem compreſſam geſtaſſe vterum 4. 5. 6. 7. 8. ſeptimanis, quibus tranſactis abſque ſenſu doloris peperiſſe nunc vnum, nunc duo animalcula muſcæ inſtar hirſutæ, quæ ſub Sambuco ſepeliuit. V. Sennertum *de ſignis morbor. venefic. cap.* 6.

Hæc Hydra multiplicis capitis, triplici funiculo rumpenda eſt, vt perfectè curetur: nimirum Medicamentis naturalibus agendo in humoris prauitatem, Magicis dein remedijs, ſed quæ naturalia ſint, & probata ab Eccleſia; vltimo verò ſpiritualibus, quę pręcipuè Dęmonem, omnemque Dęmonomiam conficiunt, ac frangunt: id fit per lipſana ſacra, per Verbum Dei, per Sacramenta præcipuè, aliaque multa enumerata, ac recenſita à Martino Del-Rio *lib.* 6. *cap.* 2. *ſect.* 3. qui inuictiſſimè contra hæc Dæmoniaca ſcripſit. *Curatio.*

Non omittam pulcherrimum exemplum de puella quadam duodenni à matre Dæmoni deuota, quam verberibus etiam coram parentibus tundebat Diabolus, pro vt vberius leges in vita Card. Bellarmini, qui Archiepiſcopus tunc Capuæ erat, Sanctimoniæ exemplar maximum, à cuius imperio, ſcripta ſchedula Dæmon fugatus, deſijt poſtmodum miſeram adoleſcentulam infeſtare, cuius rei lucupletiſſimos teſtes tibi exhibeo ſcriptores vitæ Bellarmi- *Exemplum Card. Bellarmini.*

nianæ Iacobum Fuligattum, & Silueſtrũ Petra-ſanctam Societatis Ieſu ſcriptores celeberrimos.

Videas hinc male Lutherum, quem citat Del Rio nimis magnificare Dæmonis poteſtatem, dicit enim *in toto Mundo regnare*: & mox Regnum iſtud quale ſit explicat his verbis: *Sumus autem nos omnes corporibus, & rebus ſubiecti Diabolo, & hoſpites ſumus in Mundo, cuius ipſe Princeps, & Deus eſt. Ideo panis quem edimus, potus quem bibimus, veſtes quibus vtimur, imò aer, & totum quo viuimus in carne, ſub ipſius imperio eſt*, Hæc ille blaſphemus, vir omnino diabolicus, & in Satanam conuerſus, cuius imperio totus ſubditus erat.

Magna vis in Dæmone, non inficior, qui tamen id Deo facit ſemper permittente, abſque cuius imperio, quid eſt diabolus niſi canis latrans, qui vociferatur, ligatus funibus, & catenis, viribuſque caſſus.

Ex his clarè colligo, Medicinam non ſemper per contraria operari ſed quandoque per ſimilia; quod in hoc præcipuè conſtat. Non autem hic valent (vt ad magica tranſeam) quædam aniles aſtrologorum propoſitiones, quod ægroti ſydera dominantia debeant vna cum Medici ſignis conſimilibus coniungi; hæc enim euanida commenta, ſicut &. cætera magica daemonica ſunt omnino; cuiuſmodi ſunt characteriſmi, ſigilla, & ſimilia; quidquid dicat Dariotus Pomerſenſis de morbis aſtronomicè curãdis, & cum eo Acad. Fludana edocta à fratribus Crucis Roſariæ, vt iam diximus

cum

cum Sydera ex ſe ipſis in ſanitatem non influant, ſed ſi Medicus cum ipſo Deo, cui aſtra famulantur, & aegrotus etiam ſocientur, fortaſsè etiam hoc pacto medicina rectè adminiſtrabitur. Et hæc ſunt mi lector vera ac germana magica quæ in vſum trahere debes; nam in hoc Sennertus, & antè ipſum aliqui liberi fortaſse nimium fuere.

Audiat Sennertus, & quicumque Sennertum ſectari malit Diuum Io: Chyſoſtomum *hom.* 8. *ſuper epiſtol. ad Coloſ. citius* (inquit) *mors homini Chriſtiano eſt ſubeunda, quam vita ligaturis redimenda:* quod D. Hieronymus, vt ex eius vita in liquido eſt, acerbiſſimè redarguit.

Mercurialis doctisſimus vir pro præſeruatione locum Varronis explicat, teſtantis antiquos, vt pueros arcerent ab effaſcinatione, ſolitos circum ligare eis, & collo appendere virile mẽbrum, Vertumnumue, tanquã Periapton, Amuletumq; aliaq; id genus obſcæna; fortaſsè ait, vt ex inſpectione iſtorum retraherentur à viſione ipſorum met puerorum, quem locum explicat in varijs ſuis lectionibus, & tract. de puerorum morbis. Sed nos horum vice Sanctorum imagines, & Lipſana ſacra ſupponimus, veri Chriſticolæ pietatem colentes.

Concludo ex his, cum huiuſmodi contra ſpirituales nequitias remedia ſpiritualia præcipuè valeant (quidquid obganniant hæretici alijque de Iudeorum ſorte, ac tribu Mediculcij, non in ſortem neq; Tribum noſtram accerſendi iuxtà Pontificias Conſtitutiones, præſertim Greg.

XIII.

XIII.) concludo inquam ſedula animaduerſione eſſe Medicum eligendum, cui vni fidatur omnino, non pluribus, quorum multitudo noxia plerumque eſt iuxta Sapientis dictum, dum etenim altercationes de remedio fiunt, moritur interim aeger remedijs deſtitutus; vndè præclarè Adrianus Imperator multitudini Medicorum ſuam adſcripſit mortem. Eſto vnus, bonus, fidelis, Catholicus, & bonis præditus moribus; ſi moriendum eſt, cum hoc vno moreere, nam vi morbi, non ipſius inſcientia morieris, & plerumque vires, morbo ſuperato Dei implorato patrocinio, & concurſu, de quo aureum volumen tibi quamprimum exhibebit adamãtinus calamus Patris Stanislai Pedemõtij Cl. Min. à quo clarũ Iubar ſuo Theologiæ maximo ſplendore Theologiæ ipſi additũ cõſpicies.

Sed non abſcedo hinc, quin increpem Medicos eos qui à mulieribus præſertim in maleficio expugnando auxiliares manus poſcere ſolẽt, perperam enim id faciunt, præcipuè ſi id faciant quia nimis credulas mulieres de maleficio ſumpto, quod facile inducunt in his ad ſuam ignorantiam obtegẽdã, & comitatu iſtarũ ſimpliciũ fęminarum, ad id magis credendũ cõfirmant.

Claudat Caput D. Aug. *lib.* 10. *de Ciu. Dei, cap. 26. q. 11. qui ſine Saluatore ſalutem habere vult, & ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus ſed aeger, non prudens ſed ſtultus in ægritudine aſſidue laborabit; & in cæcitate noxia ſtultus, & demens permanebit.* Hæc Auguſtinus Malleus hæreticorum, ne dicam prauorum Medicorum.

CA-

CAPVT XIV.

Auctoris Mens aperitur, fontes Medici obſerantur.

IGITVR ſiſtatur aqua hæc lympha è fonte Paradyſi egreſſa, Medicinam intelligo, quam de terra Altisſimus creauit, claudamus fonte alias vberius rigaturi Reipubl. noſtræ literariæ agros, & campos.

Puram omnino aquam lector noſter potauit, qua miſeris etiam poteſt ſitientibus præ febris ardore, (quæcumque ſit ex D. Ambroſij mente) ſolatium afferre, cum Archiater Chriſtus ingeminatis vocibus clamet: *ſiquis ſitit veniat ad me, & bibat, &c.* Io. 7. 38.

Enim vero hæc eſt aqua non profana, non lutulenta, ſed ſacra ex abyſſo non emerſa, ſed ex abyſſo illo, omnium bonitatum abyſſo Deo noſtro; ſi aliquid in ea lutulenti forſan lector repererit adſcribat ipſe mortalitatis conditioni non ipſius deſiderio immortalitatis, cuius eſt germen indeficiens Medicina, etenim vt plus ſemel dicam creauit illam Altisſimus de terra, & vir prudens non abhorrebit illam. *Sacri fontes quales ſint.*

Qua quidem in re ſi non pro ſubiecti celſitudine, & re maximi momenti digerenda in dicendo nos geſſimus, illud ſaltem præſtitiſſe nobis vtinam concedatur, vt tyrones, ignaroſque

homi-

hominesadmonuiſſe ſufficiat, qua ratione, ſeu potiùs veneratione ad hanc diuinam artem ſit accedendum,quamque diligenter tractãda hęc, & faciunda ſit,& ab omnibus præ accipienda,& in cordis penetralibus reponenda.

Vtinam, etiam homines ægrotationum occaſione admoneantur,tam animi,quàm corporis Medicinam quærere debere,quæ duæ res ad hæc per ſumma capita deſcribenda, vt noſtræ Medicinæ ſacræ in particulari prodroma procelcuſmata nos induxerunt, vt hinc Medicus Politicus, & ſimul Chriſtianus recte conſtituatur, & ijſdem titulis recognitis,& animaduerſis maxima diligentia Medicinam faciat; omnia quidem SS.Matris Eccleſiæ meliori ſenſui,& Cenſuræ parato corde ad palinodiam recanendam (ſi opus fuerit) ſubmittentes. *Rom.*

Fontes quoq; limpidiores hominum mortalium aperuimus,ſed qui in Medicina veluti mortales Dij fuere Hippocrates ſcilicet, & Galenus inter Græcos, Auicennas Auenzoar, & Auerroes inter Arabes,inter Latinos vero)vt latiniores recenſeam) colui Franciſcum Valleſiũ, Ioannem Fernelium, Hieronymum Mercurialem,Capiuachium,Riolanum, & Sennertũ, deque genere Paracelſiſtarum nouiſſimos, quique Iatrochymiam magis coluerunt, & illuſtrarunt, quo mage à ſuo fonte exiſtimato diſceſſerunt (Paracelſum intelligo vt cõmuni voce loqnar) hominem non tam plenum Idiotiſmis, & Caracteriſmis, & Sigillis quam Idiotam rudem ac forfanticum Medicum,ſæpe ac ſæpius mẽdicũ, *Paracel ſus quis & qualis.*

arte

arte ſatanica operantem, quique ſuis verſutijs, & impoſturis dum ænigmata proponit Oedipum ſe præſeferens in Therſitem euadit, à partu montium mus omninò ridiculus, de quo plura in noſtra Iatrochymia; interim ſi placet audire Sennertum *libro de conſenſu, et diſſenſu Chym. & Galen.* iam eius ſiſto verba ſeu potius verborum eius ſenſum. *Hic Helutinus natione* (aiebat) *ſuam bibliothecam non continere ſex paginas, & decem annis ſe nullum librum legiſſe*; fuit hic rudis, omnino linguæ latinæ ignarus, ſycophanta agyrta, Magiæ deditus; Caueant ab hoc fonte Paracelſiſtæ ſed puros latices ſequantur, alioqui quid aliud craſſa Minerua impinguati extrudent quam puras nænias, inſulſoſque liquores, orbem vbiuerſum in elementa, ſeu potius in chaos indigeſtam molem reſoluere tentantes.

Verum poſt Diuina Oracula Sanctos Patres veneror de re medica noſtra tam benemeritos, quam in eius laudem mire exultantes, vt tamen antea à me quædã alia benignè excipias in mei excuſationem, neſcio an explicationem dicam.

Hoc in primis alta mente repoſtum habeto, me omni nixu curaſſe vt ſacram hanc facultatẽ oſtenderem, cum ob eius cum Theologia germanitatem, tum quia animorum ſaluti proſpicit in vitæ termino ac momento illo non iam ſtateræ dicam, ſed omnium rerum à quo pendet æternitas. Multiplici id argumento probare tentaui, an præſtiterim tibi iudicandum relinquo. Conſilia quædam Medicis propinaui à fote veritatis exhauſta ſacra Scriptura ſcilicet, & *Medicinæ Sacræ ſcopus.*

à me derelictam conſpicies, quare ſi in aliquibus minus attentum calamum aliquando repereris ne imputa quæſo eius tam obſtinatæ craſſitiei, nam quæ altius met am reſpiciunt ad minora faciliori gradu deſcendunt, ſi quando allicitur cupiditate animus eruendi abſconſa alia, ſed non ita abſconſa, vt ex ijs quę altius obruta erant non poſſit de illis facilius ſperari quia facilius ſcilicet attinguntur.

Claudo igitur fontes hoſce dum finem irrigationis inuenio, ſi poſteris tamen conſuli debet apertum ſemper eſſe malo, quam clauſum meũ hunc fontem. Ergo perennet aqua illimis, pura, non toxico erronearum appendicum fucata ſed vt à fonte ſuo ſcaturit ſemper illæſa. Illæſam dico quia Hippocraticum inceſſum tibi propono imitandum, & quia medicinam meam cõfeci in Dei officina, ſcriptura ſcilicet, & Diuinis biblijs. Audi D. Baſilium Epiſt. 1. ad Greg. Theol: *à ſcriptura vnuſquiſque tanquam ab officina medicinæ appoſitum ſuæ infirmitati Medicamentum inuenire poteſt*; ſi autem flumen aues ecce recludo quia D. Chriſoſtomus aperit os ſuũ *hom.* 29. *in Gen. nulla eſt* inquit *in humana natura corporis vel animæ paſſio quæ Medicinam hinc accipere nequeat*: id inculcat etiam os aureum *hom.* 36. *in S. Ioa.* nec omitto P. Binettum Soc. Ieſu ſuo *de ægrorũ conſolatione* libro, qui densè non minus quam ornatè rem noſtram firmat; ergo iam tãdem claudamus neſcio ne dicam an recludamus fontes. *Sacra Scriptura vniuerſalis eſt Medicina, & Medicamẽtorum Arca.*

Claudite iam fontes calami, ſat charta potauit
Artis Apollineæ hic vndæ alimenta ſacræ.

Sed hac clauſula non tam claudamus quam aperiamus indeſinenter fontes noſtros quibus ægri Medici irrigentur, labia ſapientū ſitim mulceant, ſaltim fallāt, Chriſtianè, & catholicè Medici agant, & operētur, Hyppocraticè, Iatrochymicè medicentur, vt citius, tutius, & iucundius medicinam faciant, ſaluti animorum, & corporum vnà ſemperquè ſedulò proſpicientes: Hoc voueo in æternum, & vltra.

RACEMATIONES.

MVlta eſſent addenda, quæ quia in pagellis erāt deſcripta fuere neſcio quo pacto relicta, cuiuſmodi ſunt hæc quæ debent reponi in pag. 164. poſt Aug. verba.

Modus enim verò quo huiuſmodi operatio exiſtebat eſt quia illæ aquæ multis bullis ſcatentes, & omnibus mineris impregnatæ iuxta noſtra dogmata in Iatrochy. Corol. 2. & 3. ex earum motione tanquam impulſu ad languentes excitatæ accurrebant, & ceterarum influxus ab ipſo Angelo per illud temporis ſpatium quo languido apta, & congrua earum fieri debebat applicatio concurſus ſuſpendebatur, vel impediebatur ne medicinam perturbarent, hoc autem magis patet ex motione, & perturbatione ipſius aquæ, neq; enim video cur alia prompta ratione Angelus aquæ motui aſſiſtens eſſet niſi pro eius maiori energia fuerit deſtinatus, qui ſibi forſan reuelato languido medicinam dimittendo Medicinam ſupernaturalem, & naturalem applicabat,

Motio,

Motio autem hæc Angeli non vim aliquam vel qualitatem phyſicam ad ſanandum quoslibet morbos imprimebat, hanc enim neq; Angelus ipſe poterat efficere, neque aqua recipere. Motio igitur hæc ſignum erat virtutis pręparatiuæ, & diſpoſitiuæ ad recipienda auxilia Diuinæ gratię, & actionis Diuinæ quę ægrum illum erat ſanatura, qui prior diligentia ſua ſe mouiſſet, & in quam deſcendiſſet, ibique Dei beneficium medio aquarum thermalium, & miraculum illi quaſi occurrēdo primus excepiſſet; præcedebat autem primò motio, quę erat ęgrorum inuitatio ad ſanitatem captandam in aqua mota, ſic enim omnes excitabat vt alter alterum pręueniret, qua in re magna erat omnium feſtinatio, & perturbatio, quare hic languidus applexia detentus conquerebatur cum Chriſto Archiatro morborum inſanabilium Curatore his verbis: *hominem non habeo.*

Appoſitè verò hoc motionis ſignum Angelus vſurpauit, quia virtus aquę dum mouetur acuitur,& fit magis efficax,& viuida, vita enim in motu conſiſtit mors verò in quiete, & torpore, hinc aquæ viuæ dicuntur illę, quę mouentur, & fluunt, vti ſunt fontium, & fluminum, mortuę verò quę ſtant,& ſtagnant, eiuſmodi ſunt lacuum, & ſtagnorum.

Hinc poſſet quis anſam arripere quòd aquę thermales aptę non ſint ad ſanitatem inducendam, quia ſtagnant, quod tamen gratis & falsò aſſumitur, quia licet oculis ipſis ſtagnantes videantur re vera tamen fluunt, & refluunt con-

Signa. 1 Cum igitur anceps Medicus eſt, nec cauſã morbi ac ſymptomatis dignoſcit, hæſitans vbique remedijs in caſſum adhibitis, tunc ſuſpicare de maleficio non ſine ratione.

2 Perindè, ſi videris morbum ſubitò germinaſſe, ac in ſuo vigore conſtitiſſe, non ſine cruciatu, ac dolore immani, Dæmon erit patrator, non humor latitans, ac exorbitans à ſui natura.

3 Huc etiam refer iliadem morborum, ſyndromemque quamdam, quæ à cauſa naturali rationabiliter non proficiſcitur, cum modo hanc, modo illam partem lancinet morbus, ac dolor ſine ordine, cum ſit germen illius qui inibi locum habet, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

4 Veneris quoque impotentia, facile dignoſcitur, ſi à Dæmone procedat nectente organa venerea, præcipuè ſi id in homine aſſueto veneri, ac benè roborato extemplò acciderit.

Prognoſticum. 5 Vt aliquid dicamus de Prognoſtico videtur non eſſe abs re. Veneficia omnia difficilis ſunt curationis, aliquandò impoſſibilis, cum vt rectè Sennertus ait, ſi Diabolus in oculo humorum compagem diſſoluat, in aure tympanum rumpat, nulla humana arte id corrigi poſſit, vndè morbi fiunt omninò incurabiles.

Non abſcedam ab hac linea, licet fortè extra lineam tranſeam, ni priùs ex Daniele Sennerto duas hiſtorias recenſeam duarum mulierum, quarum vna concepit à Diabolo incubo, nomine *Barbara Boturbes*, ac menſe tranſacto peperit duo animalcula hirſuta ſeù piloſa, inſtar muris,

craſſitie

craſſitie lumbricorum, capitibus nigris, &c. quod accidiſſe refert Anno 1624. Anno vero 1630. Altera *Heduuigis Lobeken* die 8. Iunij faſſa eſt ſe à Diabolo compreſſam prima vice nil peperiſſe, ſecundò autem compreſſam geſtaſſe vterum 4 5. 6. 7. 8. ſeptimanis, quibus tranſactis abſque ſenſu doloris peperiſſe nunc vnum, nunc duo animalcula muſcæ inſtar hirſutæ, quæ ſub Sambuco ſepeliuit. V. Sennertum *de ſignis morbor. venefic. cap.* 6.

Hæc Hydra multiplicis capitis, triplici funiculo rumpenda eſt, vt perfectè curetur: nimirum Medicamentis naturalibus agendo in humoris prauitatem, Magicis dein remedijs, ſed quæ naturalia ſint, & probata ab Eccleſia; vltimo verò ſpiritualibus, quę pręcipuè Dęmonem, omnemque Dęmonomiam conficiunt, ac frangunt: id fit per ipſana ſacra, per Verbum Dei, per Sacramenta præcipuè, aliaque multa enumerata, ac recenſita à Martino Del-Rio *lib.* 6. *cap.* 2. *ſect.* 3. qui inuictiſſimè contra hæc Dæmoniaca ſcripſit. ***Curatio.***

Non omittam pulcherrimum exemplum de puella quadam duodenni à matre Dæmoni deuota, quam verberibus etiam coram parentibus tundebat Diabolus, pro vt vberius leges in vita Card. Bellarmini, qui Archiepiſcopus tunc Capuæ erat, Sanctimoniæ exemplar maximum, à cuius imperio, ſcripta ſchedula Dæmon fugatus, deſijt poſtmodum miſeram adoleſcentulam infeſtare, cuius rei locupletiſſimos teſtes tibi exhibeo ſcriptores vitæ Bellarmi- ***Exemplum Card. Bellarmini.***

 manæ,

nianæ Iacobum Fuligattum, & Silueſtrũ Petraſanctam Societatis Ieſu ſcriptores celeberrimos.

Videas hinc male Lutherum, quem citat Del Rio nimis magnificare Dæmonis poteſtatem, dicit enim *in toto Mundo regnare*: & mox Regnum iſtud quale ſit explicat his verbis: *Sumus autem nos omnes corporibus, & rebus ſubiecti Diabolo, & hoſpites ſumus in Mundo, cuius ipſe Princeps, & Deus eſt. Ideo panis quem edimus, potus quem bibimus, veſtes quibus vtimur, imò aer, & totum quo viuimus in carne, ſub ipſius imperio eſt*, Hæc ille blaſphemus, vir omnino diabolicus, & in Satanam conuerſus, cuius imperio totus ſubditus erat.

Magna vis in Dæmone, non inficior, qui tamen id Deo facit ſemper permittente, abſque cuius imperio, quid eſt diabolus niſi canis latrans, qui vociferatur, ligatus funibus, & catenis, viribuſque caſſus.

Ex his clarè colligo, Medicinam non ſemper per contraria operari ſed quandoque per ſimilia; quod in hoc præcipuè conſtat. Non autem hic valent (vt ad magica tranſeam) quædam aniles aſtrologorum propoſitiones, quod ægroti ſydera dominantia debeant vna cum Medici ſignis conſimilibus coniungi; hæc enim euanida commenta, ſicut &. cætera magica daemonica ſunt omnino; cuiuſmodi ſunt characteriſmi, ſigilla, & ſimilia; quidquid dicat Dariotus Pomerſenſis de morbis aſtronomicè curãdis, & cum eo Acad. Fludana edocta à fratribus Crucis Roſariæ, vt iam diximus

cum

cum Sydera ex ſe ipſis in ſanitatem non influant, ſed ſi Medicus cum ipſo Deo, cui aſtra famulantur, & aegrotus etiam ſocientur, fortaſsè etiam hoc pacto medicina rectè adminiſtrabitur. Et hæc ſunt mi lector vera ac germana magica quæ in vſum trahere debes; nam in hoc Sennertus, & antè ipſum aliqui liberi fortaſse nimium fuere.

Audiat Sennertus, & quicumque Sennertum ſectari malit Diuum Io: Chyſoſtomum *hom. 8. ſuper epiſtol. ad Coloſ. citius* (inquit) *mors homini Chriſtiano eſt ſubeunda, quam vita ligaturis redimenda:* quod D. Hieronymus, vt ex eius vita in liquido eſt, acerbiſſimè redarguit.

Mercurialis doctiſsimus vir pro præſeruatione locum Varronis explicat, teſtantis antiquos, vt pueros arcerent ab effaſcinatione, ſolitos circum ligare eis, & collo appendere virile mẽbrum, Vertumnumue, tanquã Periapton, Amuletumq; aliaq; id genus obſcæna; fortaſsè ait, vt ex inſpectione iſtorum retraherentur à viſione ipſorum met puerorum, quem locum explicat in varijs ſuis lectionibus, & tract. de puerorum morbis. Sed nos horum vice Sanctorum imagines, & Lipſana ſacra ſupponimus, veri Chriſticolæ pietatem colentes.

Concludo ex his, cum huiuſmodi contra ſpirituales nequitias remedia ſpiritualia præcipuè valeant (quidquid obganniant hæretici alijque de Iudeorum ſorte, ac tribu Mediculeij, non in ſortem neq; Tribum noſtram accerſendi iuxtà Pontificias Conſtitutiones, præſertim Greg.

XIII.

XIII.) concludo inquam ſedula animaduerſione eſſe Medicum eligendum, cui vni fidatur omnino, non pluribus, quorum multitudo noxia plerumque eſt iuxta Sapientis dictum, dum etenim altercationes de remedio fiunt, moritur interim aeger remedijs deſtitutus; vndè præclarè Adrianus Imperator multitudini Medicorum ſuam adſcripſit mortem. Eſto vnus, bonus, fidelis, Catholicus, & bonis præditus moribus; ſi moriendum eſt, cum hoc vno morere, nam vi morbi, non ipſius inſcientia morieris, & plerumque viues, morbo ſuperato Dei implorato patrocinio, & concurſu, de quo aureum volumen tibi quamprimum exhibebit adamātinus calamus Patris Stanislai Pedemōtij Cl. Min. à quo clarū Iubar ſuo Theologiæ maximo ſplendore Theologiæ ipſi additū cōſpicies.

Sed non abſcedo hinc, quin increpem Medicos eos qui à mulieribus præſertim in maleficio expugnando auxiliares manus poſcere ſolēt, perperam enim id faciunt, præcipuè ſi id faciant quia nimis credulas mulieres de maleficio ſumpto, quod facile inducunt in his ad ſuam ignorantiam obtegēdā, & comitatu iſtarū ſimpliciū fęminarum, ad id magis credendū cōfirmant.

Claudat Caput D. Aug. *lib.* 10. *de Ciu. Dei, cap. 26. q. 11. qui ſine Saluatore ſalutem habere vult, & ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus ſed aeger, non prudens ſed ſtultus in ægritudine aſſidue laborabit; & in cæcitate noxia ſtultus, & demens permanebit*. Hæc Auguſtinus Malleus hæreticorum, ne dicam prauorum Medicorum.

CA-

CAPVT XIV.

Auctoris Mens aperitur, fontes Medici obſerantur.

IGITVR ſiſtatur aqua hæc lympha è fonte Paradyſi egreſſa, Medicinam intelligo, quam de terra Altisſimus creauit, claudamus fonte alias vberius rigaturi Reipubl. noſtræ literariæ agros, & campos.

Puram omnino aquam lector noſter potauit, qua miſeris etiam poteſt ſitientibus præ febris ardore, (quæcumque ſit ex D. Ambroſij mente) ſolatium afferre, cum Archiater Chriſtus ingeminatis vocibus clamet: *ſiquis ſitit veniat ad me, & bibat, &c.* Io. 7. 38.

Enim vero hæc eſt aqua non profana, non lutulenta, ſed ſacra ex abyſſo non emerſa, ſed ex abyſſo illo, omnium bonitatum abyſſo Deo noſtro; ſi aliquid in ea lutulenti forſan lector reperit adſcribat ipſe mortalitatis conditioni non ipſius deſiderio immortalitatis, cuius eſt germen indeficiens Medicina, etenim vt plus ſemel dicam creauit illam Altisſimus de terra, & vir prudens non abhorrebit illam. *Sacri fontes quales ſint.*

Qua quidem in re ſi non pro ſubiecti celſitudine, & re maximi momenti digerenda in dicendo nos gesſimus, illud ſaltem præſtitiſſe nobis vtinam concedatur, vt tyrones, ignaroſque

homi-

homines admonuiſſe ſufficiat, qua ratione, ſeu potiùs veneratione ad hanc diuinam artem ſit accedendum, quamque diligenter tractāda hęc, & faciunda ſit, & ab omnibus præ accipienda, & in cordis penetralibus reponenda.

Vtinam, etiam homines ægrotationum occaſione admoneantur, tam animi, quàm corporis Medicinam quærere debére, quæ duæ res ad hæc per ſumma capita deſcribenda, vt noſtræ Medicinæ ſacræ in particulari prodroma procelcuſmata nos induxerunt, vt hinc Medicus Politicus, & ſimul Chriſtianus recte conſtituatur, & ijſdem titulis recognitis, & animaduerſis maxima diligentia Medicinam faciat; omnia quidem SS. Matris Eccleſiæ meliori ſenſui, & Cenſuræ parato corde ad palinodiam recanendam (ſi opus fuerit) ſubmittentes.

Rom.

Fontes quoq; limpidiores hominum mortalium aperuimus, ſed qui in Medicina veluti mortales Dij fuere Hippocrates ſcilicet, & Galenus inter Græcos, Auicennas Auenzoar, & Auerroes inter Arabes, inter Latinos vero) vt latiniores recenſeam) colui Franciſcum Valleſiū, Ioannem Fernelium, Hieronymum Mercurialem, Capiuachium, Riolanum, & Sennertū, deque genere Paracelſiſtarum nouiſſimos, quique Iatrochymiam magis coluerunt, & illuſtrarunt, quo mage à ſuo fonte exiſtimato diſceſſerunt (Paracelſum intelligo vt cōmuni voce loqnar) hominem non tam plenum Idiotiſmis, & Caracteriſmis, & Sigillis quam Idiotam rudem ac forſanticum Medicum, ſæpe ac ſæpius mēdicū,

Paracel ſus quis & qualis.

arte

arte ſatanica operantem, quique ſuis verſutijs, & impoſturis dum ænigmata proponit Oedipum ſe præſeferens in Therſitem euadit, à partu montium mus omninò ridiculus, de quo plura in noſtra Iatrochymia; interim ſi placet audire Sennertum *libro de conſenſu, et diſſenſu Chym. & Galen.* iam eius ſiſto verba ſeu potius verborum eius ſenſum. *Hic Helutinus natione* (aiebat) *ſuam bibliothecam non continere ſex paginas, & decem annis ſe nullum librum legiſſe*; fuit hic rudis, omnino linguæ latinæ ignarus, ſycophanta agyrta, Magiæ deditus; Caueant ab hoc fonte Paracelſiſtæ ſed puros latices ſequantur, alioqui quid aliud craſſa Minerua impinguati extrudent quam puras nænias, inſulſoſque liquores, orbem vbiuerſum in elementa, ſeu potius in chaos indigeſtam molem reſoluere tentantes.

Verum poſt Diuina Oracula Sanctos Patres veneror de re medica noſtra tam benemeritos, quam in eius laudem mire exultantes, vt tamen antea à me quædã alia benignè excipias in mei excuſationem, neſcio an explicationem dicam.

Hoc in primis alta mente repoſtum habeto, me omni nixu curaſſe vt ſacram hanc facultatẽ oſtenderem, cum ob eius cum Theologia germanitatem, tum quia animorum ſaluti proſpicit in vitæ termino ac momento illo non iam ſtateræ dicam, ſed omnium rerum à quo pendet æternitas. Multiplici id argumento probare tentaui, an præſtiterim tibi iudicandum relinquo. Conſilia quædam Medicis propinaui à fote veritatis exhauſta ſacra Scriptura ſcilicet, & *Medicinæ Sacræ ſcopus.*

Aa poſt-

à me derelictam conſpicies, quare ſi in aliquibus minus attentum calamum aliquando repereris ne imputa quæſo eius tam obſtinatæ craſſitiei, nam quæ altius metam reſpiciunt ad minora faciliori gradu deſcendunt, ſi quando allicitur cupiditate animus eruendi abſconſa alia, ſed non ita abſconſa, vt ex ijs quę altius obruta erant non poſſit de illis facilius ſperari quia facilius ſcilicet attinguntur.

Claudo igitur fontes hoſce dum finem irrigationis inuenio, ſi poſteris tamen conſuli debet apertum ſemper eſſe malo, quam clauſum meū hunc fontem. Ergo perennet aqua illimis, pura, non toxico erronearum appendicum fucata, ſed vt à fonte ſuo ſcaturit ſemper illæſa. Illæſam dico quia Hippocraticum inceſſum tibi propono imitandum, & quia medicinam meam cōfeci in Dei officina, ſcriptura ſcilicet, & Diuinis biblijs. Audi D. Baſilium Epiſt. 1. ad Greg. Theol: *à ſcriptura vnuſquiſque tanquam ab officina medicinæ appoſitum ſuæ infirmitati Medicamentum inuenire poteſt*; ſi autem flumen aues ecce recludo quia D. Chriſoſtomus aperit os ſuū *hom.* 29. *in Gen. nulla eſt* inquit *in humana natura corporis vel animæ paſſio quæ Medicinam hinc accipere nequeat*: id inculcat etiam os aureum *hom.* 36. *in S. Ioa.* nec omitto P. Binettum Soc. Ieſu ſuo *de ægrorū conſolatione* libro, qui densè non minus quam ornatè rem noſtram firmat; ergo iam tādem claudamus neſcio ne dicam an recludamus fontes.

Sacra Scriptura vniuerſalis eſt Medicina, & Medicamētorum Arca.

Claudite iam fontes calami, ſat charta potauit
Artis Apollineæ hic vndæ alimenta ſacræ.

Motio autem hæc Angeli non vim aliquam vel qualitatem phyſicam ad ſanandum quoslibet morbos imprimebat, hanc enim neq; Angelus ipſe poterat efficere, neque aqua recipere. Motio igitur hæc ſignum erat virtutis pręparatiuæ, & diſpoſitiuæ ad recipienda auxilia Diuinæ gratię, & actionis Diuinæ quę ægrum illum erat ſanatura, qui prior diligentia ſua ſe mouiſſet, & in quam deſcendiſſet, ibique Dei beneficium medio aquarum thermalium, & miraculum illi quaſi occurrēdo primus excepiſſet; præcedebat autem primò motio, quę erat ęgrorum inuitatio ad ſanitatem captandam in aqua mota, ſic enim omnes excitabat vt alter alterum pręueniret, qua in re magna erat omnium feſtinatio, & perturbatio, quare hic languidus applexia detentus conquerebatur cum Chriſto Archiatro morborum inſanabilium Curatore his verbis: *hominem non habeo*.

Appoſitè verò hoc motionis ſignum Angelus vſurpauit, quia virtus aquę dum mouetur acuitur, & fit magis efficax, & viuida, vita enim in motu conſiſtit mors verò in quiete, & torpore, hinc aquæ viuæ dicuntur illę, quę mouentur, & fluunt, vti ſunt fontium, & fluminum, mortuę verò quę ſtant, & ſtagnant, eiuſmodi ſunt lacuum, & ſtagnorum.

Hinc poſſet quis anſam arripere quòd aquę thermales aptę non ſint ad ſanitatem inducendam, quia ſtagnant, quod tamen gratis & falsò aſſumitur, quia licet oculis ipſis ſtagnantes videantur re vera tamen fluunt, & refluunt con-

tinuo ſed inſenſibili motu; habetur autem ex Sacris interpretatibus Probaticam hanc Piſcinam fuiſſe locum illum in quo Ieremias templi ſacrum ignem abſcondit, quem poſt reditum à Babylone Iudęi perquirentes pro igne aquam craſſam inuenerunt, quę notę ſunt huiuſmodi aquarum.

Pag. 188. *poſt Iren. verba.*

VIdeamus autem operationis huiuſce miraculi modum cęcum enim luto illuminauit, quod magis oculos obturat,& obcęcat,vt oſtenderet ſe in omnibus miraculis inſignitum operatorem; ſignis vero naturalibus illa perpetrauit, cuiuſmodi eſt ſaliua, ex qua factum eſt collyrium generis humani, ſaliuam autem adhibuit vt ſignificaret carnem ſuam ſalutarem eſſe, & vim medendi ſupernaturalem habere, quare ipſius contactum applicauit eius oculos leniendo.

Adde quod cum hęc ſit viſus recuperationis ſymbolum à ſale denominatur de cuius energia plura in Iatroch., vel potius ſaliua dicitur quia veluti ſaluia plurimos morbos ſanat Gal. teſte cum etiam illa oculis prurientibus, & aurium fluctuationi immediatè proſit, & ſi obfuſcati fuerint hac etiam ſubleuantur, lippitudineſque tollit, quam vſus plurimùm commendat, ſerpentiumque morſibus opitulatur; quare remedium naturale, & illi contrarium quis dicat adhibuit.

Sed ego puto congruenti ratione dici poſſe

tui

ſuiſſe lutum venę tutiæ quod eſt maximę pro oculis perfectionis cuiusmodi etiam exiſtimo fuiſſe aquam fontis Siloe, ad quem miſſus eſt, non enim tollitur miraculum cum á ſeculo non ſit auditum datum eſſe lumen oculis cęci nati niſi à Patre Luminum.

Fons enim verò hic primo erupit precibus Iſaię ex Epiphanio, at cum interruptis vicibus emanaret, & incertis horis ebulliret, cumque in Paleſtina vtpotè calidiſſima regione ſit aquarum penuria deriuabatur aqua fluens cum ſilentio, & ſine ſtrepitu vt habetur Iſaiæ c. 8. v. 6. quæ ſunt veræ notę aquę thermalis.

Confirmatur ex P. Bonifacio libro 2 de perenni cultu terrę ſanctę qui hęc habet: aquę Siloe cum ſilentio fluunt, & faciunt natatoria plura, ex quibus noſtratium Thermarum conſtitutio habetur, ad primum autem cęcus hic natus miſſus fuit.

Plura addit P. Franciſcus Quareſmus Laud. Ord. Min terrę ſanctę Pręſes, & Commiſſarius tom. 2. l. 4. c. 27. qui loca illa diligentiſſimè eſt perſcrutatus, & pręantiquitate, vel deuaſtatione, vel immutatione non amplius eius ſtructura, ſicut neque Piſcinę poteſt ad amuſſim delineari.

Hæc ſunt quæ neceſſariò hic addenda habui vt meos ſenſus aperirem, alia de induſtria ſilentio inuolui, cum ea tantum indicauerim, quæ fuſius ſum elucidaturus; Videat autem hinc ille qui typis operam dat quantum preſit, & vrgeat præſentia aſſidua.

SYLLABVS CAPITVM.

LEctori Sacrarum literarum, & Medicinæ Sacræ ſtudioſo. p. 1
Medicinæ Sacræ Proluſio. 5
Cap. 1. Inſtituti Ratio. pag. 11
Cap. 2. Medicinæ ſacræ diuina origo, & commendatio. pag. 13
Cap. 3. De Medicina à Deo facta p. 22
Cap. 4. De Medicinæ Præſide, p. 26
Art. 1. Tobiæ acta enumerantur, & oculorum morbi, & remedia exhibentur. p. 28
Art. 2. Hiſtoria Tobiæ de piſce, & eius virtute ad incudẽ reuocatur p. 33
Appendix 1. De oculis admirandum. p. 39
Cap. 5. De Medicina à Prophetis facta, & celebrata. p. 41
Art. 1. De Medicina Moyſis. p. 41
§. 1. De Pane Azymo, & de Alimento, & de Medicamentis. p. 42
Appen-

Appendix 2. Quale debeat eſſe alimentum. p. 49
§. 2. *Sequitur Panis Azymi elucidatio. p.* 50
Digreſſio 1. De vita Antiquorum, & Neotericorum. p. 55
Corollarium 1. De vita Moyſis, & de mortis quibuſdam portentis. p. 59
§. 3. *Sequitur de victu Hebræorũ, & pro pane azymo maior elucidatio. p.* 63
§. 4. *De Carnibus, & præſertim ſuillæ vſu.* 66
Appendix 3. De primi hominis formatione, vbi obiter de Antichriſto. p. 70
§. 5. *Sequitur carnium meditatio p.* 73
§. 6. *Medicina Moyſis magis aperitur. p.* 77
§. 7. *De Ligno quo aquæ ſunt dulces effectæ, vbi obiter de Ligno Vitæ. p.* 82

Art. 2. Medicina ab Eliſæo facta propalatur. p. 86
Art. 3. De Medicina ab Iſaia facta, deque Solis miraculo retroacti. p. 90
Coroll. 2. Vlcerum notio, & curationis ratio. p. 94
Digreſſio. 2. Podagra, *eiuſque nonnulla remedia explicantur. p.* 96
Art. 4. De Eſdræ Medicina. p. 101
Art. 5. De Salomonis Medicis præceptis. 102
§. *1. De vomitu, deque eius vſu, ac vtilitatibus. p* 105
§. 2. Crapulæ incommoda enumemerantur. p. 112
Coroll. 3. De cholera morbo. p. 115
Coroll. 4. Abſtinentiæ commoda, & vtilitates recenſentur. p. 117
Digreſſio. 3. Bacchi, & Epicuri Grex damnatur. p. 121
Art. 6. De Medicina ab Iſaia, Ieremia, & Ezech. Dei Prophetis ſum-

ſummis pertractata. p. 126
Cap. 6. *De Medicina à Christo inſtituta, & exercita. p.* 127
Art. 1. De febri à Christo Domino ſanata. p. 135
Append. 4. Noua opinio, & altercatio de corde, & iecore, vbi de iecoris influxu ad febris accenſionem. p. 137
§. 1. Febrifugus. p. 142
§. 2. De Chriſti Domini contactu ad corporales morbos abigendos. p. 145
§. 3. De vi verborum, & muſices energia in Medicina facienda. p. 150
Art 2. De Mania, deque inſanientibus præ amore, cum Hippocratis loco illuſtrato. p. 156
Art. 3. De Paralyſi. p. 161
Coroll. 5. De languido Piſcinæ Bethſaidæ, de Aqua Iordanis fluminis, ac de Aqua B.V. Saonenſis, & de incorruptis naturaliter Cadaueribus. p. 163
Art 4. De Sãguinis fluxu ab vtero p. 170

Art. 5. *De aridura, & Hydrope. p.* 175
Art. 6. *De vocis reſtitutione, & Dæmonis expulſione, deque muſices energetica vi pro morborum ſanatione. p.* 179
Art. 7. *De cæcitate, & oculorum morbis. p.* 183
Coroll. 6. *De Natatoria Siloe, & obiter de Hydrophobia. p.* 186
Cap. 7. *Sub Medico Ieſu Diſcipuli eius exercentur. p.* 193
Cap. 8. *De Sacerdotibus Medicis. pag.* 197
Cap. 9. *De Sanctis Medicis. p.* 206
Cap. 10. *De Medicinæ vſu, & commendatione per Sanctos viros. pag.* 211
Corollar. 7. De *Aqua, & vini conſtitutione, & vſu. p.* 212
Art. 1. *Medicamenta à Sanctis, vel denominata, vel facta panduntur. p.* 217
Art. 2. *SS. Patres de Medicina*

bene-

benemeriti enumerantur. 219
Digreſſio 4. De *vini, &* Aqua *vſu in Medicina, & eiuſdem vi in Mundi primordiijs. p.* 222
Art. 3. *Sancti PP. Medicinam commendant. p.* 226
Art. 4. *Medicinæ neceſſitas per SS. PP. & Theolog. demonſtratur p.* 230
Corollar. 8. *De oleo, & vulnerum curatione. p.* 233
Cap. 11. *De legibus tam Canonicis quam Ciuilibus à Sancta Eccleſia promulgatis. p.* 238
Cap. 12. *Medicinam etiam Ethnicorum teſtimonio rem ſacram eſſe demonſtratur, eiuſque Cronologia reſeratur. p.* 242
Art. 1. *Platonis pro Medicina encomia. p.* 248
Art. 2. *Progreſſus Medicinæ recenſentur. p.* 250
Digreſſio. 5. *Cenſura Plinij pro Medicina. p.* 251

Appendicula 1. *de lacte. p.* 256
Art. 3. Medicinæ Profectus recitatur. p. 257
Art. 4. *Medicinæ* Apotheoſin *deducit* Arnaldus *ab Hippocrate eius dictatore. p.* 259
Art. 5. Elucidatur magis Medicinæ Apotheoſis *ex ipſomet Hippocrate. p.* 261
Art. 6. Medicorum Abuſus *aliqui enumerantur, deque Medicinæ profanatione, & recta eiuſdem exercitatione. p.* 266
Appendicula *2.* De *mulieribus Medicis inſignioribus. p.* 276
Appendicula. *3.* De *Honoribus, & Præmijs Medicinæ. p.* 279
Cap. 13. De proprijs Medicinæ rationibus ipſam illuſtrantibus p. 283
Art. *1. Medicinæ dignitas, ac difficultas explicantur. p.* 285
Art. *2. Medicinæ dignitas ſacra ex eius operibus arguitur. p.* 297

Art.

Art. 3. *Medicinæ finis pro animæ, & corporis cura vberius demonſtratur. p.* 300
§. 1. *Probatur idem ex Medicis adductis alijs argumentis. p.* 305
Appendicula. 4. *De animi paſſionibus, & quas vires habeant in corpus, vbi aliqua ſcitu non indigna. p.* 310
§. 2. *Rationibus auctoritates fulciuntur, & experimentis comprobantur. p.* 316
Art. 4. *Medicinam Sacram eſſe ac diuinam facultatem ſuis probatur rationibus. p.* 323
Art. 5. Quomodo inſtitui debeant Medicorum boni mores, & de eorum execranda deprauatione. p. 326
Art. Vltimus. Medicinæ ac Theologiæ nobiliſſimus nexus. p. 334
Appendicula 5. De *Theologiæ cum Medicina germanitate, cum additiunculis quibuſdam. p.* 345

Oratio Medici. p. 350
Noua De *morbis ſpiritualibus, ſeù aſtralibus Meditatio. p.* 351
Cap. 14. Precationes pro infirmis. pag. 359
Cap. 15. Auctoris Mens aperitur fontes Medici obſerantur. p. 379
Racemationes. p. 384

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

Abſtinentiæ commoda p. 117.
Alimenta qualia. p. 43. & *ſeq.* 115
Amoris quanta vis p. 157. 310
Animi affectus quales, & remedia. p. 312
Aquæ incorrupta origo. p. 164. & 359
Eiuſdem conſtitutio., & vſus p. 212
Eiuſdem vis in mundi primordijs. p. 223
Ariſtotcles doctrina Moyſis ſectator. p. 8
Eius doctrina qualis. p. 9
Eiuſdem in Hipp. & Plat. iniuria p. 247
Aridura quid, & remedia. p. 176
Aſa morbus qualis: p. 99
Aſtralium morborum cauſa, & cura. p. 311

B

Bellorum noſtri temporis cauſa. p. 303

C

Carnium elucidatio p. 67. & 73
Cæcitatis cauſa, & remedia p. 30. 183. & *ſeq.*
Cæci nati curatio qualis, & quomodo. p. 187. 386
Cauteriorum cautiones, & vtilitates. p. 118
Cholera quis morbus p. 115
Chriſtus Medicus perfectus. p. 14. 127. & *ſeq.*

Corporis

Corporis paſſiones quomodo animum afficiant p. 112
Crapulæ damna p. 116. 121
Curationes mirabiles p. 145. *& ſeq.*

D

Deus Medicus ex Script. & SS. PP. p. 22. *& ſeq.*

E

Ezechiæ morbus qualis, & quomodo ab Iſaia cu-ratus. p. 90.

F

Febris notio p. 135. *remedia* p. 142. *ex Sancto Ambroſio etiam.* p. 221
Febris hectica ex amore. p. 311
Frugalitatis vtilitates. p. 117

G

Gal. labores & ſtudia pro Medicina p. 257. *& ſeq.*
Gulæ damna ex SS. & S.S. PP. p. 124

H

Hipp. pro Med. labores, & ſtudia p. 242. *& ſeq.*
Hominis formatio qualis. 70
Hoſpitalium S. Lazari origo. p. 80
Hydrops quid, & remedia. p. 177
Hidrophobiæ cauſa, & curatio. p. 192

Iaponum

INDEX.

I

Iaponum ægrotantium victus. p. 53
Iuuentutis renouatio an poſſibilis, & quomodo. pag. 56. 120

L

Lactis commoda. p. 68. 256
Lepra, & de eius remedijs p. 78. & 87
Ligni vitæ Elucidatio. p. 82

M

Mania quis morbus. p. 156
Medicina ſacra qualis, & quotuplex. p. 2
Med. in omnibus libris ſacris ſparſa p. 10
Med. ſacra laudes p. 13. & ſeq. 211. 217. 226. 238. & ſeq. 323
Med. patronus quis p. 26
Med. cum Sacerdotio nexus. p. 201. 204. 262. 299. 305. 318.
Et cum Theologia etiam 16. & 202. & 334.
Medicinæ exordia, & incrementa p. 242. & ſeq.
Medic. dignitas ex Laurea Doctoratus p. 15.
Ex S. S. P. P. 219
Eiuſdem ſcopus p. 381
Sancti medici qui p. 206. & ſeq.
Eiuſdem neceſſitas paſſim, & p. 230
Eiuſdem vtilitas in toto opere.
Medici viri qui p. 195. 270. 285. 339

Medici

Medici Reges. p. 280
Medicæ Mulieres. p. 276
Medici mali qui p. 12. 263. 264. 266. 273
Medicorum boni, & mali mores qui. p. 327
Medicinæ præmia, & honores p. 280. & *ſeq.*
Medicinæ difficultates. p. 292
Menecratis Medici ambitio. p. 263
Miraculorum dilucidatio ex Medicis. p. 128. 346
Morbi ſpirituales qui, & horum cura p. 351
Morbi dificilimi, & ferè incurabiles qui p. 300
Mortis portenta quædam p. 61
Moyſes Medicus excelſus p. 41
Eius medicina qualis p. 77. & *ſeq.*
Muſices vis in Medicina qualis, & quanta p. 152. 179

N

Naami lepra eiuſque curatio p. 86
Naſi oculati mirabile p. 39
Natatoriæ Siloe, & Cæci nati elucidatio p. 187. 386
Nic. V. Pont. Medici digna laudes. p. 358
Nouitatum quanta ſtudioſitas. p. 10
Nutrientia quæ, & qualia. p. 49

O

Odorum pretium, & exiſtimatio. p. 189
Olei notio conſtitutio, & vſus. p. 213
Oratio quotidie à Medico recitanda. p. 350

Panis

INDEX

P

Panis Azymi noua quæſtio. p. 51. & 64
Paralyſis quid, & remedia. p. 161
Paracelſus quis, & qualis. p. 380
Peſtilentia quomodo ſit ab ore magi. p. 352
Plato à Moyſis doctrina edoctus. p. 7
Eius pro Medicina encomia. p. 248. & ſeq.
Plinij mendum contra medicos. p. 19
Eiuſdem errores. p. 251
Pharmacorum cautiones. p. 46
Philoſophia vera quæ ſit p. 10
Quis eius præceptor. p. 16
Piſcis Tobiæ qualis eiuſque dilucidatio p. 33
Piſcinæ, & languidi noua meditatio. p. 163. & 384.
Podagra, & eius remedia. p. 97
Politica Medica quæ p. 272. 274
Prophetæ Medici. p. 126

R

Res primo creatæ perfectiores. p. 220

S

Sacerdotes Medici qui. p. 197
Sacra ſcriptura maxima dignitas. p. 5
Salomonis Medicina. p. 17
Eius præcepta. p. 102. & ſeq.
Salutatores Medici qui. 168
Sanationes admirandæ. p. 145

San-

Sanguinis fluxus remedia. p. 171
Solis retrocessio miraculoſa. p. 92
Spiritualium morborum cauſa, & curatio p. 351
Sudor Chriſti qualis. p. 88
Syrmaiſmus quid. p. 255

T

Tarantularum affectus, & remedia. p. 180
Tobias quo pacto ſanatus. p. 28. & ſeq.

V

Verborum vis qualis in Medicina p. 150
Vini damna, vtilitates, & vſus. p. 213. 222. 314
Vomitus commoda, & incommoda. p. 105. & ſeq.
Cautiones. p. 108. & ſeq.
Vlcerum notio, & cura. p. 94
Vnctionis extremæ neceſſitas. p. 130
Vocis amiſſio, & reſtitutio. p. 179
Vulnerum remedia. p. 234

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LECTORI BENEVOLO.

SCribo doctis, non Medicinæ oſoribus, nec *trutinantibus verba labello* quo fit vt typographi incuria, & litteras componentis non ſedula animaduerſione quamplurimi errores irrepſerint, quorum cumulus mea abſentia, & mala corporis valetudine in vaſtiſſimam molem excreuit. hinc factum eſt vt laboris impatiens, & pedagogis locum concedens me ab eorum ſeria enumeratione ſubtraxerim; leuiores cuiuſmodi ſunt accentus, diphtongi, interpunctiones ſpongia deleas, vel penicillo addas ſi deſiderentur, craſſos verò veru infigas, craſſiſſimos denique litterali lancea confodias, à græciſmis de induſtria abſtinui, quia nec adſunt calcographi, nec prompta eſt in componente horum intelligentia; cęterum cũ totus hic liber index ſit copioſiori manum non adhibui cum margo tibi pro pharo eſſe poſſit. Humiliori etiam ſtylo ſubiectæ materiæ apto vſus ſum, iam diù enim eſt à quo Oratorium puluerem non verſo ſed ad philoſophicam chlepſydram, & lucernam mea ſcripta ſatago compaginare.

Errata

Errata corrige, quæ oculum non effugerunt quæ ſemel correcta ſemper ſint.

pag. 1. l. 21, verum at dele at ſemper.
pag. 3. l. 21. tibi lege te
ibid. l. 10. præaſſume dele præ.
pag. 6. l. 10. recipiam, l. recludam
pag. 8. l. 30. Eluonem, l. Heluonē
pag. 10. in marg inſectādus d in
ibid. l. 29. quærimonia ſine æ
pag. 11. l. 20. decoramenta, l. decora monumenta. ſic etiā ſemper
ibid. l. 22. exanthlandam, d. h.
ibid. tergota l. terga.
pag. 12. l. 3. argytis l. agyrtis ſic ſemper.
ibid. l. 4. ambuonibus l. ambronibus.
ibid. l. 20 Turſullini l. Turſellini
ibid. l. 24. loquens l. loquitur.
ibid. l. 28. conualidant l. circumuallant.
pag. 13 l. 2. inſectantur l. conſectantur.
ibid. lin. 4. recitat l. recenſet.
ibid. l. 12. commendutio l. commendatio.
ibid. l. 19. coilluſtruta l. colluſtrata.
pag. 16. l. 3. ciuſmodi l. eiuſmodi.
ibid. l. 19 Acrotocotonibus Argytis l. Acrotocochonibus Agyrtis
ibid. l. 28. chriſtallinis l. chryſtallinis.
pa 24. l. 1. etipiunt l. eripuit.
pag 30. l. 20. ax. l. ex.
pag. 36. l. 2. iueiunio l. ieiunio.
ibid l. 22. popellitur l. propellitur.
pag. 41. l. 7. Profetis l. Prophetis.
pag 68. l. 20. euicunt l. euincunt.
pag. 72. l. 4. ſtatu l. ſtatua.
pag. 76. l 13. cuore l. cruore.
pag. 82. l. 25. qui l. quæ.
pag. 90. l. 4 Pertio l. Tertio.
pag. 134. l 18. nocterícornm l. neotericorum.
ibid. l. vlt. famulatur l. famulantur.
pag. 136. l. 14. circunſtipantur l. circumſtipantur.
pag. 138. l. 7. vuiens l. vniens.
pag. 139. l. 4 corde l. cordi.
pag. 140. l. 20. ſupetias l. ſuppetias.
pag. 146. l. 14. quarum l quorum
pag. 147. l 22. currenſes, l. currentes.
pag. 147. l. 22. currenſes, l. currentes,
pag. 149. l. 16. Siueſter, l. Silueſter.
pag 150. l. 16. Dæmonieca l. Dæmoniaca.
pag. 151. l. 6 congtue l. congruæ
pag. 152. l. 17. ſumpte l. ſumptæ.
ibid. l. 29, idem, l. ideſt.
pag. 154. l. 1. præaſſumebat l. reſumebat.
pag. 155. l. 2. animaduertem l. animaduertam.
ibid. l. 18 Politico morbis l. Politico pro morbis.
pag. 158. l. 27. inficeti l. infaceti

pag.

pag. 160. l. 31. Dæmonum l. Dæmon.
pag. 162. l. 26. puteolofæ l. Puteolanæ.
pag. 163. l. 19. indeptus l. adeptus.
pag. 164 l. 18 fit l. fit.
ibid. l. 16. latitantem, l. latitante
pag. 171. l. 11. deſtinatuum l. deſtinatum.
pag. 172. l. 6. examinatæ, l. exanimatæ.
pag. 194 l. 11. & 1. leg &c.
ibid. l. vltima impertertitos leg. imperterritos.
pag. 198. l. 26. uccurri l. occurrit.
pag. 200. l. 18. Medinam. l. Medicinam.
pag. 202. l. 15. admiratione leg. admirationem.
pag. 203. l. 22. Benedictum leg. Benedictinum.
pag. 206. l. 5. conſcripit l. conſcripſit.
pag. 208. l. 26. Sacro l. Socro.
pag. 214. l. 12. ſententiã l. ſententia
pag. 218. l. 25. diſcriptum le. deſcriptum.
pag. 225. l. 14. cornirur l cernitur
pag. 241 l 3. ixta l. iuxta.
pag. 255. l. 19. paradoxapæis l. paradoxopæis.
pag 261. l. 29. eſt l. eſte.
pag. 262. marg. eſſet l. eſſe.
pag. 263. l. 14. ſycophauta, leg. ſycophanta.
pag 266 l. 2. Modicorumleg. Medicorum
pag. 258. l. 26. memoriliter le memoriter.
pag. 278. l. 21. bonarum l bonū.
pag. 279. l. 14. deſtribuamus l. diſtribuamus.
pag. 289. l. 31. couiectura leg. coniectura.
pag. 290. in m. malus l. modus.
pag. 291. l. 18. compléxio, leg. complexio.
pag. 291. l. 16. barba l. barbara.
pag. 292. l. 12. conſideretur. leg. conſideretur.
pag. 292. l. 2. difficultatas l. difficultates.
pag. 293 l 2. Madicinam leg. Medicinam.
pag. 301. M. feciunda l. faciunda
pag 302 l. 11. orginem l. originē
pag. 307. in m. deſcrimen l. diſcrimen.
pag. 324. l. 8. lætiferiæ l. letiferæ.
pag 335. l. 1. animum l. animam.
pag. 343. l. 2. pollet l. pollent.
pag. 364. l. 15. infirmites l. infirmitates.
pag. 61. l. 18. Conuenitu leg. Conuentu
pag. 61. l. 19. Tintinnabulum, leg. Tintinabulum.
pag. 73. l. 22 ſunta Crux leg. Sancta Cruz
pag. 73. l. vlt etia l. etiam.
pag 93. l. 20. Medecinalibus, leg. Medicinalibus.
pag. 93. dicta l. Cymeliarchium leg. Cimeliarchium.
pag. 100. l. 21. quantu mque leg. quantonque.
pag. 108. l. 4. ad l. ab.

pag 109 l. vlt. conſtipat. leg. conſtipat.
pag 110. l. 22. peſtridie leg. poſtridie.
pag 116. l. 1. facultatem dele. quia duplicatur.
pag. 121. l. 25. eſt dele.
pag. 125. l. 5. pagimis l. paginis.
ibid. l. 24 lætiel lætitia.
pag. 127. l 7. iuſtrumenti leg. inſtrumenti.
pag. 128. l 29. narra l. narrat,
pag 129. l. 26. vidicem l. vindicem.
pag. 131. l. 22. omnipotes leg. omnipotens.
pag. 135. l. 11. inanti l. innati.

Hæc ſunt quæ oculi acutiſſimam aciem non effugerunt, tu capitis debilitatem excuſa, & incuriam, impatientiamque calcographiſtæ incuſa.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

[illegible] Google